dei caritatē Cum em̄ in infinitū diligat ani
mas: tāto recōciliatō deo est acceptior quā
to plus diligit illud qd̄ offert̄ nam de īfini
ta erga nos eius caritate d̄r Jheremie. xxxi.
In caritate perpetua dilexi te. Qui ergo re
conciliat ei hoc quod ab eterno dilexit ⁊ in e
ternum diliget non potest facere obsequiuz
magis gratum. Tercio talis recōciliatio ac
cepta est deo ꝓpter deuotōis nobilitatē. Ip
sa em̄ p̄fert ymaginem mediatoris dei et ho
minum ihū xp̄i qui nos recōciliauit ꝑ mor
tem suam ⁊ sanguinē patri suo dicēte ap̄lo
Rom. v. Qui recōciliauit nos deo patri ꝑ
mortē suā Item. ij. Corin. vi. Deus erat in
xp̄o m̄dm recōcilians sibi. Ergo nobilis est
deuotio eius qui vicem gerit xp̄i: ex n̄s me
diator dei ⁊ hoīum obicem se offerēs deo vt
recōciliet peccatores. Ex hac ergo triplici cā
gratissima ⁊ acceptissima ē ista d̄uotō quip
pe quia ex eo deus occasionē accipit miseren
di. Quis enim nesciat q̄ grata sit ista īter
cessio patri per cuius occasionē parcit filio
quem forsitā dilexit ab eterno. Q̄ autē talis
recōciliatio sit ei acceptissima ex hoc patz q̄
tam doloro se conq̄rit̄ se paucos recōciliato
res habere d̄ns per Eze. xxij. Quesiui d̄ eis
virum qui interponeret sepem ⁊ staret oppo
situs cōtra me nec inueni. Item in eodē. im
ꝓperat his qui sibi magni videbant̄. Non
ascēdistis ex aduerso nec opposuistis vos mu
rum ꝓ domo israel vt staretis in p̄lio in die
d̄ni. Item Esa. lxiiij. Non est qui inuocet
nomē tuum qui cōsurgat ⁊ teneat. S
Tercio vidēdum est de recōciliātium vtili
tate: ⁊ sunt tres. Sunt em̄ sup̄ deum poten
tes. singulare meritū cumulātes deum con
tra seip̄m adiutorē h̄ntes. Primo dico eoꝝ
vtilitas est q̄ h̄nt sup̄ deuz ptātem. Cū em̄
solius dei gl̄am ⁊ peccatoꝝ salutē desiderēt:
nihil eis deus poterit denegare. Unde cum
moyses ꝓ tot milib⁹ grauissime peccātibus
d̄nm exorasset. R̄ndit d̄ns. Dimitte me vt
irascat̄ furor meus cōtra eos. Quod expo
nens Greg. dicit. Quid est seruo dicere di
mitte me: nisi pensa q̄tum in hac recōcilia
tione apud me valeas ⁊ cognosce quia obti
nere poteris quicquid ꝓ ꝓp̄lo exorabis. Se
cundo sunt singulare meritū cumulantes:
quia nō solum suas saluant animas sz etiā
ꝓ alioꝝ salute sunt soliciti apud deuz de sin
gulis reportantes meritū quēadmodum ꝓ
seip̄is. quippe qui omniū hominū detrimē
ta lugēt tāq̄z sua ⁊ sil̄r gaudent de bonis om
nium vt de suis. Unde talib⁹ dicere possu
mus illud hest. iiij. Ne putes quia aīam tu
am tm̄ liberes que in domo regis ꝓ cunctis
es. Si enim nunc silueris per aliā occasiōez
liberabimur ⁊ tu ⁊ domus patris tui peribi
tis. Unde nos miseri qui in cōspectu dei tā
q̄z vere miseri ⁊ abomīabiles non audemus
compere ⁊ idcirco magnorum intercessiōi
bus indigemus dicere possumus id qd̄ ibi
dem vt supra subiūgit̄. Quis nouit vtrum
idcirco ad regnū veneris. i. vtꝝ ad hoc mag
nus ⁊ potēs apud deū factus es vt in tl̄i tē
pore parares. Tercio tam nobilis est ista re
conciliatō vt deum cōtra seip̄um hēant ad
iutorem. quia nisi deus in cordib⁹ eoꝝ affec
tum aspirauerit nō p̄nt facere quicq̄z ⁊ hoc
est quod dicit Greg. Omēs qui ire dei ob
uiant ab ip̄o accipiūt vt cōtra impetum per
cussionis eius opponant̄ atq̄z vt ita dixerim
cum ip̄o se erigūt contra ip̄m eosq̄z vis di
uina sibi opponit secum. q̄ in eo q̄ aduersū
seuientis iram foras se opponūt intus eos
gratia irascētis fouet ⁊ famulātes interius
leuat quos quasi aduersantes exterius tole
rat. portat ergo cōtradictōem dep̄cantium
quā aspirat ⁊ velut nolēti imponit̄ quod ab
ip̄o vt fiat impatur. Has ergo tres vtilita
tes habent recōciliantes. s. q̄ magna possūt
apud deum q̄ maioris sunt meriti ceteris
q̄ deum h̄nt in cordib⁹ suis nō sicut alij de
uoti sed tam efficaciter ⁊ interminata virtu
te vt habeant eum adiutorem cōtra semet
ip̄m. Rogo ergo oēs deuotos qui ad hanc
dignitatem in hoc ip̄m positi sunt vt me pec

De scō thoma aplo.

V

catorem apud deū ꝓmoueant acuētes ⁊ assuefaciētes deuotōem suam ⁊ discant in me quomō in tempe iracūdie recōciliare peccatores debent apud deum. Q aūt sanctꝰ Nicolaus in tpe iracundie apud deum sit ⁊ fuerit efficax reconciliator patet tam ex crebra supplicātium inuocatōe q̄ꝫ miraculoꝝ exhibitione. Nam de primo. s. crebra inuocatōe dicit Beruar. Post memoriam virgīs gloriosam tam dulcis pietas tā pia dulcedo in cordibꝰ fidelium obseruat. vt in die tribulatōnis nomen nicolai teneat in ore reqescat ī corde. Si choruscatōes fulgurāt ⁊ ꝓcell' tonantibꝰ de supius vindicta timet. nicolaus in patrocinium assumit ⁊ dulciter acclamatur. Si tempestas seuiens ⁊ crudelitas maris magni nauigātibꝰ mortem intendat: nicolaus fidel'r exorat vt audiat. supplicit īuocatur vt veniat. misericorditer acclamat vt eruat. Secundo idem patet q̄ sit efficax recōciliator ex crebra multiplicium miracl'oꝝ exhibitōe vt patet ex eius legenda

V De sancto Thoma sermo primus

Domine nescimus quo vadis ⁊ quomodo possumus viaꝫ scire. Verba sunt apl'i thome Johan. xiiij

T Dicit sapiēs Salomō Eccle. xij. Verba sapiētium sicut stimuli et quasi claui ī altum defixi que ꝑ magistroꝝ consilium data sunt a pastore vno. his amplius fili mi ne inquiras. Verba ista scdo loco ꝓposita huic gl'oso principi thome possunt non incōgrue adaptari. qui vnus de cōcilio. i. de conuētu magistroꝝ. s. apostoloꝝ accepit cū alijs apostolis copiam ꝓfunde sapīe ab vno pastore scꝫ ihesu xp̄o. qui cum ab ip̄o pastore suo sapiētiam nō eam que mdi est sed etiā desursum est descendens a patre luminum didicerunt. Ideo verba eoꝝ per eos ad nos trāslata nobis debent esse tanq̄ꝫ stimuli ⁊ eis tāq̄ꝫ claui in altum defixi. Nobis inquam debent esse tanq̄ꝫ stimuli per que stimulamur vt sequamur dn̄m ⁊ apl'os. ⁊ eis sunt tāq̄ꝫ claui ꝑ quos in ꝓfundum eternitatis cū domino sunt cōfixi. Igitur gl'osus iste princeps fonti dīne sapīe: ⁊ pastori ihesu xp̄o familiariter adherens ⁊ veram ab eo sapīam hauriens. ex quo veraciter sapiēs factus quattuor verba loquit in scriptura. que deuote intellecta tanq̄ꝫ stimuli mouere nos dn̄t vt ad dominum cōuertamur ⁊ nichilominus in eisdem verbis instruimur quibꝰ exercitijs et q̄ via hoc facere dēamus vt tādem aliquādo ꝓmouente gratia nos sicut nūc eos tanquā claui cōnectant dn̄o in eternum. ita vt eadē verba in hac via qua ambulamus sint nobis stimuli ⁊ in patria fiāt claui. Primum ergo verbum thome ponit Jo. xiiij. vbi dicitur. Dn̄e nescimus quo vadis ⁊ quomodo possumus viā scire. Scdum ibidem. xi. Eamus ⁊ nos moriamur cum ip̄o. Terciū iterum Johan. xx. Nisi videro in manibꝰ fixuram clauoꝝ ꝛc. Quartum ibidem. dn̄s meꝰ ⁊ deus meus. Hec quatuor verba tam profundas cōtinent sn̄ias vt si premantur studio diligēti. eliquat ex eis doctrina q̄ omībꝰ imitātibꝰ sufficiat ad salutem. Primū eniꝫ verbum docet nos de vie dei inquisitōe. Secundum de inuēte vie ꝓgressione. Terciuꝫ monet nos de magnanītatis cōtētōe. Quartum de termī ꝓuentōne siue premij assecutione. In virtute hoꝝ quatuor verboꝝ beatus thomas in hac via ⁊ vita ꝑfectiōem vite attingebat ⁊ in patria ad supremū cumulum gl'e perueniebat. In quoꝝ verboꝝ virtute ⁊ nos supremā vite pn̄tis ꝑfectōem ⁊ in futuro magnam cōsequimur gl'ificatiōem. Hec ergo quatuor ꝑ ordinem ꝓsequētes: primo dicimus q̄ primū verbum nō tpe sed ordīe hic ꝓposito est illud Dn̄e nescimus quo vadis ⁊ quō possumus viam scire. qd̄ non desperando sed inquirēdo dixit. In quo verbo beatus thomas primū inquisiuit de via per quam eundum foret ad deum insinuās nobis in eodem q̄ ante omīa inquirēdum est nobis de via que ad deuꝫ directo itīere nos ꝑducat. eo q̄ hoc sit nobis summe necessarium ad salutez ꝓpter infinita deuia q̄ dn̄s vocat latam viam que ducit ad perditōnem si non cognoscamus deuia vt ea declinamus sed arripiētes rectam viam vt in ea ambulemus. quia sicut ꝓuerbio. xvi. dr̄. Est via q̄ videt homī recta ⁊ nouissima eius ducunt ad mortem Item Ecele. iiij. Vidi impios

appli citio

eā q̄

quatuor verba thoma

inquisitio de via veritatis ō dubitāo ē

in inferno sepultos qui cum adhuc viuerẽt in loco sancto erant ⁊ laudabant in ciuitate quasi iustoꝝ opm ¶ Propter qđ sciendum qꝫ licet infinita sunt vt ꝑmisimus deuia. Augꝰ. tamẽ vnus nobis ꝓuidens in tria omĩa cõstrinxit di. Tria sunt genera hominum que odit deus scz remanẽtem-retrocedentem-aberrãtem. ⁊ subiũgit exponendo. Qui nõ ꝓficit remãsit in via. Qui a meliori ꝓposito declinat ad id qđ deteri⁹ est reuersus est retro. Qui vero fidem q̃ p dilectõez opatur deserit a via errauit. Nec ergo duia declinãtes. ⁊ de recta via fidei inquirentes ex ꝓfundo cordis clamemus ad dñm dicẽtes. Nota fac mihi viã in qua ambulẽ vt simus de nũero eoꝝ de quibus dr in psalmo Deduxit eos in viam rectã vt irent in ciuitatem habitatõnis: vt sic p deum ducti gloriari possimus cum psalmi. dicẽtes. In terra deserta inuia ⁊ inaquosa ⁊c: vt videaz tãdem aliquãdo virtutem ⁊ gl̃am tuã Ex dis itaqꝫ ꝑcibꝰ deus victus quippe qui ad ꝓfundas preces se cõtinere nõ potest oñdit nobis vias vite in triplici loco vt vn dictꝫ informati nõ possumus nos de ignorãtia excusare. Oñdit eñ nobis viam in verbi dei instructione-bonoꝝ hoim exemplificatõe-⁊ suiipi⁹ oñsione-vt auditus per verbi dei auditõem visus per bonorum hominum obseruatiõez affectus p sui oñsionem valeat informari. Primo dico docemur viam in verbi dñi auditõne. Nam seculares in ꝑdicatõibꝰ. literati vero in lectõibꝰ de via dei plenissime informantur. In scriptura eñ que formam ꝑfect vie dei omis etas omis status omis cõdictio hoim informat. Nam ex virtute mirifica dulcis dei qui dat saporem verbis q̃ audiunt aures diuersoꝝ verba dei audiẽtiuz diuersas in verbo ꝓ vniuscuiusqꝫ necessitate inueniũt illuminatõnes-vt in vno eodemqꝫ sermone peccatoꝝ ꝓpũgat ad pniam-iustus accẽdatur ad grãz quod p mãna bñ figuratum legimus-de quo dr Sap. xvi. Voluntati vniuscuiusqꝫ deseruiens ad qđ quisqꝫ volebat cõuertebat. Nam p mãna verbũ dei non incõgrue designat. Hinc Deutero. xvi. Facies quodcunqꝫ dixerint qui ꝑsunt loco quem elegit dñs sequerisqꝫ sniam eoꝝ. nec declinabis ad dextrã nec ad sinistram. Si malus ꝑdicat destruens vita quod docz verbis instruit nos dñs Mat. xxiij. di. Que dicũt facite que aũt faciũt facere nolite. Qz autem de via dei in verbo ꝑdicatõnis plenissime informemur: oñdit in psal. vbi dicit In quo corrigit adolescẽtior viam suam: nisi rñdet sibi ꝑ afflatus spũsancto dicẽs: in custodiẽdo sermones tuos. Scdo ad viam dñi addiscẽdam remittit nos deus ad obseruationem bonoꝝ vt diligẽter vitam eoꝝ tanq̃ exemplaria obseruemus: aduertẽtes diligenter quid qualr q̃tum ⁊ quo in moribꝰ in actõnibꝰ in virtutibꝰ agant ⁊ qualiter se deo ⁊ ꝓximo exhibeant: vt ex eis informati piter ⁊ ꝓuocati ipos ꝓ viribꝰ imitemur. hic est quod p Job. xxi. loquit nobis deus dicẽ. Interrogate quẽlibet de viatoribꝰ ac si dic. De via pueniẽdi ad me querite viatores. Qui aũt sint veraciter viatores exponit gregoꝰ sic di. Viator dr qui pñtem vitam esse ñ patriam attẽderit qui in dilectõe ptereũtis seculi cor figere despicit qui nõ remanere in transeuntibꝰ sed ad eterna toto corde peruenire cõcupiscit. quotquot eñ tales sunt vere viatores sunt qui intẽtõem mentis in amore vite pñtis figere dedignantur. Qui autem presentẽ vitam nõ quasi viam sed q̃si patriã attẽdunt viatores nõ sunt. sed tãqꝫ ciues suaz inhitãt regionẽ Qui bene figurati sunt p filios ruben ⁊ gad. ⁊ dimidiam tribum manassen. qui cum vidissent terraz iazer ⁊ galaad aptas alẽdis animalibꝰ venerunt ad moysen di. Terrã quam ꝑcussit dominus in cõspectu filioꝝ israel vberrima ẽ ad pastum aialium: ⁊ nos serui tui bẽmus iumẽta plurima. ꝑcamurqꝫ si inuenim⁹ gratiam coram te vt des nobis eam in possessionem. nec facias nos trãsire iordanẽ Nũeri xxxij. Sic seculares cõsiderãtes q̃ terra ista apta sit ad pascua voluptatis eligũt eaz celestem patriã cõtemnẽtes nisi ponãt in coꝝdibꝰ suis tale ydolum vt vtrũqꝫ velint bñ qđ nulli vnqꝫ legimus euenisse. De his viatoribꝰ dicit Bern̄. Cõsiderãtibꝰ nobis eos qui hanc vitam nõ tãqꝫ patriam attendũt qui se cognoscũt non habere hic manentez ciuitatem sed futurã inquirũt. Illum enim

docemur bene viam. p verbũ dñi.

2 Exposita

inuenimus sacris lectōnibꝫ intendētem·ali
um oronibꝫ incumbentē·alium ꝓ suis exces
sibꝫ lacrimātem·aliū in dei laudibꝫ exultan
tem·aliū vigilātem·aliū ieiunantē·aliū pie
tatis officia fratribꝫ exhibentē·aliuꝫ largas
elemosinas faciētem·aliū paupes colligen
tem·alium pegrinātem·aliū cōtinētē·aliuꝫ
omēs vias suas solicite obseruātem·alium
loco ⁊ tpe his omībꝫ adaptātem·⁊ subiun
git Bern̄. Curre per singulos curre ꝑ omēs
⁊ omēs inuenies hēre facies eūtium in ihe
rusalem·quid ergo de his oībꝫ dixerim nisi
ꝙ sint verissimi viatores ¶ XC Tercio se
ipm̄ nobis deus tanq̄ꝫ viam obijcit in exē
plum qui huius pegrinationis viam tanq̄ꝫ
peregrinus ⁊ aduena ābulabat. quod ī spū
p̄uidens Ihere.xiiij.cōpatiēdo dixit Qua
re quasi colonus futurus es in terra ⁊ qua
si viator declinās ad manēdum? Quare fu
turus es quasi vir vagus ⁊ fortis qui n̄ po
test saluare·nec solū est viator sed qd̄ plꝰ est
ipa via. Sic em̄ dixit thomas q̄renti d̄ via
Ego sum via veritas ⁊ vita·via in cōuersa
tione·veritas in ꝓmissione·vita in ꝑuētiōe.
Cum em̄ diceret se esse viam ne quis ex hoc
magis desparet hn̄s ꝓ impossibili nec talez
viam in deo preoñsam posset attingere·mi
nus aūt ambulare. Ideo statim subiunxit.
Ego sum veritas qui ꝓmisi homīez in hac
via adiuuādū ⁊ deducēdum dicēs deut̄ ix.
Scies hodie ꝙ deus tuus ipe trāsibit añ te
ignis deuorās ⁊ cōsumēs qui cōterat ⁊ di
sperdat hostes tuos añ faciē tuam velociter
Itē in eodē.xxxi. Dn̄s deus tuus ipe est du
ctor tuus: nec dimittet nec derelinquet te.
Hinc Esa. Noli timere qꝛ ego tecū sum cū
trāsieris ꝑ aquas ego tecū ero ⁊ flumīa nō
apient te·cū ambulaueris ꝑ ignē nō cōbu
reris ⁊ flāma nō cōburet te. Et iteꝝ qūo so
let nutrix portare infantulū suū in sinu suo·
sic portauit te deus·Quid aūt daturus sit
his qui hāc viā in deo oñsam p̄sumentes d̄
eius adiutorio aggrediunt̄·subiūxit·⁊ vita
ac si dicat. Ego non solū sum via qua ē eū
dum: nec solū veritas cui est de adiutorio re
promisso credēdum·sed etiā sum vita ad re
munerādum. Inter oīa autē desiderabilia
nihil tm̄ allicit nihil tātū diligit̄ q̄tum vi
ta·⁊ ideo deus ꝓmisit in munere qd̄ maxi
me affectat̄. Hinc Bern̄. Deus volēs suaꝫ
nobilē creaturaꝫ hoīem vicꝫ reuocare. Si
inquit coegero asinum hēbo nō hoīem·eoꝙ
nō volēs veniat. Nūquid asinis dabo reg
num meū: aut nūquid de bobꝫ cura est deo
Optet ergo hr̄e volūtarium. Scio inquit
quid agā Hō timidus est natura l̄r·terrebo
eum si forte sic reuertatur ⁊ ꝯmīatus ē acer
biora que excogitari pn̄t.s.tenebras eternas
vermes īmortales·ignē inextinguibilē. Cū
aūt nec sic reuocaret̄ ait deus. Non solum
timidus est homo sed ⁊ cupidus·ꝓmittam
ergo ei quod oīno desiderabile sit. Deside
rant homīes auꝝ ⁊ argentū ⁊ silīa·sed sup
oīa desiderāt vitam: manifestū est hoc. Si
inquit tātopere desiderāt miserā hāc vitam
laboriosam defectuosam oī bono exosam·q̄ꝫ
tum diligēt beatā quietā eternā ⁊ ex omī bo
no copiosam. Promisit ergo vitam ī v̄bis
supra positis ⁊ talē vitā in qua daturus est
deus·qd̄ s̄m Esa.nec oc̄lus vidit nec auris
audiuit nec in cor homīs ascēdit. Merito i
bunt ergo in suppliciū eternū qui hāc viam
lumīosam deliciosam fructuosam cuꝫ dn̄o
ire cōtēnūt·cōtēnentes nihilominus cū hac
via veritatis ꝓmissionē in adiuuando ⁊ ta
lem vitā ꝓ remuneratōe in ꝑueniēdo cōtē
nunt. De his tribꝫ.s.vie oñsione·ducatus
ꝓmissione·⁊ ꝑueniētiū remuneratōe d̄r ꝓ
uer.iiij. Viā sapīe mōstrabo tibi·ecce prīm·
ducam te ꝑ semitas: ecce scd̄m·quas cū in
gressus fueris non artabunt̄ gressus tui: ec
ce terciū. Hec tria tāgit Bernardus dicens
Plane in deo videbis viam ꝑ quā ābules
ecce primū·cautelam qua ābules: ecce scd̄ꝫ·
ad quā ambules mansionem: ecce tercium.
Quicūqꝫ ergo vie pulcritudine delectatus
ꝓmissionis certitudine securatus·remune
ratōnis magnitudine animatus: viā in deo
nobis preostensam aggredi desiderat. ecce
ex persona sua deus per beatum Bern̄. ꝓpo
nit nobis viam dicens. In via mea cogno
scere poteris viam tuam·vt sicut paupertā
tis et obedientie·humilitatis ⁊ patiētie·ca
ritatis et misericordie indeclīabiles semitas
tenui·sic ⁊ tu eisdem vestigijs incedas·non
declinans ad dexteram nec ad sinistram.

V ¶ In quibꝫ verbis tria principaliter venotantur que deus habuit in vita sua piter et in via. ¶ Nam in tribꝫ habuit paupertatez · in corpe penalitatē · in anima humilitatem ⁊ caritatē. ¶ Nunc vade o homo · ⁊ si vis viam dei aggredi fac similr · quia in eisdem tribus plena ⁊ absoluta cōsistit pfectio. ¶ Nam per paupertatē nos a rebꝫ denudamus · per penalitatē corpus abdicamus · per caritatez vero aiam deo damus. ¶ Qui ergo his tribꝫ ꝓpter deum renūciauerit nihil sibi ex omnibꝫ reti nuit sed se totaliter exinaniuit. ¶ Sed q xps magnam paupertatē habuerit testant diuersorium presepe · ⁊ panni. Unde psal. ¶ Pauper sum ⁊ in laboribꝫ ꝛc. ¶ Q penalitatem habuerit patet. ¶ Nam filius de cruce loquit ad patrem dicens. ¶ Super me confirmatus est furor tuus ⁊ o · fluc. t. induxerunt super me · fluctus penalitates vocans. ¶ Q humilitatem habuit ipe loquitur ad discipulos dicens. ¶ Discite a me quia mitis sum ⁊ humil corde. ¶ Q caritatem habuit patet ipso dicente Johannes. ¶ Maiorem caritatem nemo habet ꝛc. ¶ In his ergo tribꝫ oportet nos ingredi viam dei ne sua tam ꝓmissione q remūeratione priuemur nec nos terreat si non equcurrimus cum gigāte. ¶ Non em hoc a nobis requiritur · quia illa via vt prius ꝓfortata est ⁊ nullus potest ad eam scilz pertingere: Unde Esaie. ¶ Quomodo exaltati sunt celi a terra sic exaltate sunt vie mee a viis vestris · sed si facimus quod possumus: nichil a nobis amplius exigetur opitulāte pietate ⁊ miscdia dñi nostri ihu xpi · qui

VI ¶ De eodem sermo scōs.

¶ Almus ⁊ nos et moriamur cum xpo Johan. xi. ¶ Dicit Bern: hz spiritussanctus passus suos in nobis · sicut em passuz passui quis apponēs ire vel ambulare dr: ira alicui gratiaz quaz in nobis fiat spūssanctus aliam misericorditer apponēs quasi quendā in nobis ꝓcessum facit. ¶ In verbo ergo ꝓposito beatus thomas hortat nos vt post vie oīsionem quaz deus nobis ofdit in seipo cum dño eamus spūalibꝫ passibꝫ ambulantes. ¶ Licet enī beatus thomas in verbo tunc ꝓlato intenderit dñm corpalibus sequi passibꝫ · sed hoc ipm tamē nullatenus facere potuisset si non intus in anima spūssanctus prius eandē ambulatōem spūaliter peregisset. ¶ Beatus igit apostolus hoc intendit in verbo ꝓposito vt nos vna cum eo ⁊ cum dño eamus: et cum dño moriamur. ¶ In quibꝫ verbis duo facit ¶ Primo enim hortatur nos apostolus vt dominum euntez ad passionem sequamur · scdo vt cum ipo moriamur · ¶ Nec em duo se hñt sicut multū ⁊ maius. ¶ Multum em est cum dño pati · sed maius est cum dño mori ¶ Sed quia neutz corpaliter facere possumus? restat vt qui cū dño pati ⁊ mori desiderēt spiritualr hoc agāt ¶ Expedito ergo vno sermōe de via actōnis: nūc dicēdum est de via passionis: quā viā passionis cū dñs inchoasset. ¶ Primo em Jo. xviij. trās torrentē cedron egrediebat · scdo captiuat · tertio ligatur · quarto flagellat · quinto crucifigit · sexto moriebat. ¶ In his sex penalitatibꝫ possumus deū sequi vt tādem ad eū qui iam regnat in celestibus veniamus · si em vt ait apls ꝓpatimur · ⁊ cōregnabimus. ¶ Nec ergo ꝓ ordinē trāscurrētes · prio trāsuadam? cū dño trāsire torrētē cedrō · oīa obstacla vñcū q veniētia ptēnētes. ¶ Cedrō em interpt meror · oīs ei qui primū cōuerti deliberat diuitias honores voluptates relinqn do incidit sine dubio in merorem. ¶ Tūc em mōi vanitas · corpis debilitas · amicoz affinitas · religionis austeritas ⁊ adhuc infinita obstacula mēnbꝫ nostris se obiciūt · ex quoz cōsideratōe vsq ad sūmum tristicia replebimur ⁊ meroze. ¶ Cū em ex vna pte ex consilio rōis cōsentimus legi dei qm bonuz est · ⁊ ex aduerso ꝓpter affectū depravatum ex pdictis obstaculis timem? non posse pficere · qd si decreuimus ichoare fit ārietas sup arrietatē · pugna contra pugnam fit tristicia sup tristiciā. ¶ Et iō aīa omia necesse est vt hāc torrētem cedrō · i. hunc meroze viriliter trāsuadamus ab oculis mētis nostre oīa obstacula abigētes. ¶ Hāc pugnā sentiebat apls in se cū diceret Ro. v. ¶ Cōdelector legi dei sm interiorē hoiez · video aūt aliā legē in mēbris meis repugnātē legi mētis mee · quē meroze dr. exp̄ssius ponit dic.

Pro dnica Exāgesime applicari pt de Ascendendo ℣ Verbi tunc post ocasionem nīl eandem ideo nihil tunc

De sc̄o thoma aplo.

.VII.

Reuera cuꝫ inceperis tristicia implebit cor tuū: si autem ꝑseueraueris in veritate dico tibi. Tristicia tua vertet̄ in gaudiuꝫ. Secū/do dñs iuit ad locum vbi captiuabat̄ dans nobis intelligere. vt si cū eo pati volum⁹ et regnare nō refugiamus cū ip̄o etiā captiua ri: ne ex merore subuersi ꝑ cōsensus inclīati onem ⁊ deliberatōem ad ea q̄ reliquim⁹ re/uertamur. ⁊ hoc est qd̄ nobis Gen̄. xix. p̄ci/pitur. Noli respicere post tergū. qd̄ trāsgre/diens vxor loth versa est in statuā sal'. Sta/tua aūt hec effigiē hꝫ hoīs nec est homo: sic ingrediēs viam dñi ⁊ respiciēs retro. pōt q̄ dem hēre sil'itudinē religiosi. sed non est re/ligiosus vt sit de numero eoꝝ de quib⁹ dicit apl's. Sunt quidē formā pietatis habētes virtutē aūt eius abnegātes. Hinc v̄itas lu ce. ix. Nemo mittēs manū ad aratꝝ ⁊ respi ciens retro aptus est regno dei. Ne ergo tā/q̄ꝫ canis reuersus ad fomitū ad ea que reli quimus reuertamur. Juxta cōsiliū apl'i. ij. Corin. x. In captiuitatē redigamus omnē intellectum in obsequiū xp̄i. Tercio dñs li/gabatur volēs vt ⁊ nos cum eo fidel'r allige mur. qd̄ tūc facimus si ea que captiuauim⁹ ne redeāt per pn̄iam ⁊ fidelē intētōem ⁊ sin ceram dilectōem que est duoꝝ ligatio in do minū ordinem⁹ nunq̄ꝫ aliquid agētes qd̄ ꝑ puram consciam ei attribuere nō possum⁹: Talis em̄ cōnexus oīno necessarius ē ad sa lutem. quia nō erit meritoria vita nr̄a nisi ꝑ caritatis vincl'm simus cum dño colligati: Unde de quibusdā non colligatis d̄r Osee x. Diuisum est cor eoꝝ nūc interibunt. De colligatis aūt vinculo caritatis d̄r Joh. xv Ego sum vitis vera. vos palmites q̄ manꝫ in me ⁊ ego in eo hic fert fructum multum ⁊ bñ d̄r fructū multum. qꝛ bona ⁊ mala nr̄a ⁊ aliena ⁊ oīa que celi ambitu cōtinent̄ coo perant̄ in bonū his qui s̄m ꝓpositu ꝫ siue s̄m hāc ligaturā dño cōnectunt̄. Opa em̄ nr̄a ex se ⁊ ꝑ se sine deo vilissima sunt: ⁊ luce di ei indigna. cum aūt deus ea nobiscū fecerit tūc nobilitant̄ ⁊ meliorant̄ ⁊ sic celestis reg ni meritoria reputaut̄: quia tūc non nostra sed vt dei opera acceptant̄. quod totū cōtin git ex ip̄ius caritatis salutifera ligatura: de qua Eccle. vi. d̄r. Vincula illius alligatura salutaris. A Quarto dñs flagellat̄ vo lens ⁊ a nobis desiderās vt cum ip̄o ⁊ ꝓpter ip̄m simil'r flagellemur. quod tunc nobis e/uenit cum captiuati ne ad mala redeamus vt in dñm alligati vt bona faciamus tanq̄ꝫ serui inutiles castigamur. Uerꝫ quia deꝰ sū me bonus est nichil habet in se ꝑ quod nos puniat ⁊ castiget quippe cuius natura boni tas est ⁊ dulcedo. ꝓprium misereri semper ⁊ ꝑcere. suscitat cōtra nos mala que commisi mus vt exigēte sua iusticia castigemur ī his que cōmisimus cōtra eum vt fiat qd̄ scrip/tum est Sapiē. xi. Per que quis peccat per hec ⁊ torquetur. cui cōsonat illud Jacobi. i. Unusquisq̄ꝫ tēptat̄ a ꝯcupiscētia sua abstra ctus et illectus. Peccata ergo que commisi mus iusto dei iudicio mouent nobis prima bella. et tunc maxime cum recedimus a pec/catis. Sic enim dicitur Ecclesiasti. ij. Fili accedens ad seruitutem dei sta in timore et prepara animam tuam ad temptatōem. qꝛ vt ait Esaias. Qui r̄cessit a malo prede pa tuit. Cum vero in his diutius decocti et ex/ercitati fuerimus: subministrat nobis deus aliquas sorbiunculas diuine consolatōnis tanq̄ꝫ electuarinm confortatiuum vt in his confortati sequentia possimus viribus susti nere. ⁊ hoc est quod dicitur Deuterono. iiij Afflixi te penuria ⁊ dedi tibi manna. quia si cut Thobie dicitur. Non delectatur in per/ditionib⁹ nostris. sed post tempestatem trā quillum facis ⁊ post lamentatiōem et fletū gaudium ⁊ exultatōem infundis. Quinto confortati eamus cum domīo ad spinee co/rone impositōnem. conspuitionem. et cola/phisationem. Quod tunc nobis euenit cū spinis tribulationum vndiq̄ꝫ septi ex om/ni parte cingimur et tribulamur sicut Job qui rebus spoliatus. filijs orbatus. vulne/ribus sauciatus. vsq̄ꝫ ad sterquilinium con sternatus. ab amicis laceratus. ab vxore au tem subsannatus: dixit. Semitam meam deus circumsepsit: ⁊ transire non possum. Quod exponens Gregorius dicit. Cuꝫ tā ta nos afflictio obruit vt ex nullius rei con/sideratione animus respirare possit. iam fla gellis quasi corona cingimur. Quia tribu/lationum verbere ex omni parte circum/

damur. his circūdatus fuit ꝓpheta cum di-
xit. Circūdederūt me mala quoꝝ non ē nu-
merus. Cum dño etiā cōspuimur qñ perse
cutores nostri intimā maliciā euomētes in
faciem. ꝯtumelijs ⁊ obprobrijs nos cōfun-
dunt. De quo Job. xxx. di. Faciē meā con-
spuere nō verent: qd̄ nequaq̄ beato viro ad
lrām euenisse credimus. sed cōsputū se asse
rit cum amici sui cōtumeliose sibi in faciem
exprobrassent. Unde Gregor. expouēs pre-
dictum verbum dicit. Faciem cōspuere est
non tam in absentia bonis detrahere. sed v-
numquēq̄ iustum etiam in p̄sentia conui-
cijs ⁊ obprobrijs cōfutare. quem tūc praui
dum apte irridēdo despiciūt: in eoꝝ contu
melijs fluxa verba quasi fluentes saliuas e-
mittūt. Colaphisamur etiā cum dño: quan
do queq̄ bona opa a prauis homib⁹ tanq̄
pessima subsannant. His trib⁹ lacessit⁹ fu-
it apostolus cum spinis tribulationū vndi-
q̄ septus. ij. Corin. xi. dixit In laborib⁹ plu
rimis in carceribꝰ abūdātius in plagis sup̄
modum. in mortib⁹ frequēter ꝛc: que ibi ꝑ
ordinē recitant. Cōsputus etiam existit cuꝫ
dictum est ei Actuū. xxiij. Tolle blasphemū
tolle maledicū. Colaphis etiam cesus ē cū
i. Corinthioꝝ. iiij. dixit. Usq̄ in hanc horā
esurimus. sitimus. ⁊ nudi sumus. colaphis
cedimur. tāq̄ purgamenta huius mdi facti
sumus oīm ꝑipsima vsq̄ adhuc. B

ad crucifix

Sexto eamus cum dño ad crucis passionē
quod tūc facimus si supra ⁊ infra ad dexte-
ram ⁊ ad sinistrā passiones nos vndiq̄ cru
cifigunt. Nam superior pars crucis cōsistit ī
dīne gratie subtractōne. inferior in affectio-
nis amarissima laceratōne. dextra vero in
omnis ꝓsperitatis elongatōe. sinistra autē
in omniū istorum nulla subuētōne. De pri
mo dicit Bern. Anima que didicit in inti-
mis suis dei p̄sentiam suspirare parit ⁊ gu
stare. nescio an vel ip̄am gehennam experi-
ri ad tēpus horribilius penaliusve ducat q̄
vt a deo derelicta post gustatā gratiam exi-
re denuo ad illecebras carnis ⁊ molestias ex
teriores. Secūdo inferior pars crucis con-
stat ex amarissima affectōne. que fluit ex p̄-
ma. nam subtracta gratia prima que affec-
tiones dulciter nutrit. non relinquit nisi a-
maritudo amarissima. Hinc Ber. Jaꝫ luo
penas iam acerbissime vapulo qm̄ ita exa-
ruit cor meum: coagulatū est sicut lac nec ꝯ
pungi ad lacrimas queo tāta est duricia cor
dis. Tercio sinistꝝ cornu crucis cōsistit ī spi
ritu blasphemie laceratōne. nolens enīꝫ in-
cipit homo dura amara et feda ymaginari
de deo. ⁊ quia intrinsecus deum diligit: in-
cipit ex hoc lacerari ⁊ grauissime grauari. d̄
hac parte tercia d̄r Treno. i. Non est qui cō
soletur eam ex omib⁹ caris eius: oēs amici
eius spreuerunt eam ⁊ facti sunt ei inimici.
Quartum cornu crucis cōsistit in ꝑfidissi
ma suiip̄ius reprobatōne. videns enim cō-
tra se mala vndiq̄ cōgregari ⁊ aggrauari:
⁊ deum nō subuenientem quasi dormitare.
imaginatur se esse de numero reproboꝝ per
fide credens se nō esse de electis. quia clamo
res suos de tātis miserijs sic obaudit. De
hoc d̄r in p̄s. Elōgasti a me amicum ⁊ pro-
ximū ꝛc. Hanc materiā quere latius d̄ inuē
tione sancte crucis. Septimo eamus cū
domino et cū ipso moriamur. qd̄ tūc utiq̄ cō
tingit cū ex p̄dictis omib⁹ pene cōsūpti mū
dus et oīa que in eo sunt nobis mortua sunt
et nos mundo vt dicere possim⁹ cū apl'o. Vi
uo aūt iam nō ego. viuit vero in me christ⁹
hinc. p̄s. Memor fui dei ⁊ delectatus sum ⁊
exercitatus sum et defecit spiritus meus. qd̄
exponēs greg. dicit. Quid est qd̄ ait defecit
spūs me⁹ nisi spūs hoīs spūs elatōis. qꝛq̄
to spūs nr̄ ꝑ cōtinuata exercitia deficit. tāto
ī nobis spūs dei crescit. nec ꝑfecte d̄o place-
re possum⁹ q̄diu de spū nr̄o aliq̄d ē ī nobis
sed postq̄ tot⁹ spūs nr̄ exaltat⁹ fuerit tūc pri
mū pleni deo viuim⁹ vita dei ⁊ sum⁹ de nūe
ro eoꝝ de quib⁹ d̄r. Mortui. n. estis ⁊ vita ve
stra abscōdita ē cū xp̄o ī d̄o. Octauo p⁹ hāc
beatā mortē cū dño vulneramur. quaꝫ vul
neratōem accepit illa in cā. cū dicebat. Vul
nerata caritate ego sum. Qua vulneratiōe
tūc primū cōfigimur cū p⁹ p̄scriptā mortē
illa fortissima caritate q̄ vn⁹ cū d̄o spūs eri
m⁹ vulneramur. in q̄ reliquū soꝑati dulcit̄
req̄escim⁹ in nll'a decetera inq̄etudīe fatiga-
ti. ⁊ iuxta salomonē ꝑfecte iusti facti nō con
tristabimur q̄cquid accidit iuuāte dño nr̄o
ihesu xp̄o qui est bn̄dictus in secula

De scō thoma aplo.

VII ¶ De eodem tercius sermo

Nisi videro in manibꝫ eius fixurā clauorū ⁊ mittam manū meā in locum clauoꝝ ꝛc̄ Joh. xx. ¶ Dicit Gregori. plus nobis thome infidelitas ad fidem q̄ꝫ discipuloꝝ credētium fides ꝓfuit. quia dum ille palpādo ad fidem reducitur. nostra mēs omī dubitatōe postposita in fide solidat. Nos aūt verba ꝓposita non sub significatōne infidelitatis sed magnanimitatis accipimus: ꝓsequētes magnanimitatis eius constātiam ⁊ fortissime spei sue fiduciā quam ad deum sine hesitatione habuit. quia nisi mitteret manus in latꝰ eiꝰ credere recusabat. nihil dubitās nisi a dō secure acciperet quicquid sperare fiduciali ter potuisset. ⁊ hanc eius fortem cōstantiaꝫ. hic ꝓsequimur vt eadem informati ipm q̄ꝫtuꝫ possumus imitemur. nam qd audebat obtinuit iuxta verbum ꝓmissionis Mathei. xi Amē dico vobis quicquid orātes petitis credite quia accipietis ⁊ fiet vobis. Expeditis ergo supra duobꝫ apl'i verbis in duobꝫ sermonibꝫ tercium eius verbum ⁊ quartū sub vnius sermonis cōpendio coartamus. ne ex ꝓlixitate tedium generet. Sicut igit beatus apostolus in primo verbo nobis ꝓposuit de vie inquisitōne. in secūdo de inuēte vie ꝓgressione. sic in isto tercio verbo ꝓpoīt nobis de magnanimitatis deuotōe. q̄ ad magnum nostre salutis ꝓfectuꝫ est necessaria supra modum. Mens em̄ que pusillanimis ē sic paꝝ ꝓficit: sic fidens ⁊ audax deuotō q̄cquid petierit impetrabit. Unde Bernardꝰ. Quantūcunqꝫ quis sperare potuerit tātuꝫ est sine dubio accepturus imo in infinitum amplius ita suaue si tamē talis audacia nō ex meritoꝝ p̄sumptōne sed ex diuine virtutis inspectōe habet ortum. Unde idem ait. Donec habeat ꝑfecte desiderare non potest sed nec perfecte habere donec ꝑfecte desideꝫ Ut ergo ad magna desiderāda deuotōeꝫ nostram ad magnanimitatis audaciam excitare ⁊ ꝓuocare valeamus quatuor sunt in nobis acquitēda: ⁊ quatuor in deo considerāda. Prima quatuor in nobis acquirēda sūt ista scilicet consciētie puritas. feruens charitas. bonorum operum multiplicitas. et mutua dei ⁊ hominis familiaritas. hec si in vita nostra habuerimus spem nostram ⁊ fiduciam erigunt. ⁊ ad magna desiderāda coram deo faciūt nos audaces. Primo ergo plātemus in nobis puritatem. quam tunc acquirimus si omne quod rem ordet conscientiaꝫ pijs exercitijs et deuotis affectibꝫ exhaurimus. tamdiu hoc agentes ⁊ cum augmento exercitiorum cōtinuantes. quousqꝫ consciētia peccatorum pondere prius oppressa aliq̄liter in spe venie respiret. exhaurientes nihilominus reliquias peccatorum quousqꝫ oī suspecto timore expulso de remissione peccatorum ex infusa quadam iocunda leticia fiducialiter consciētia supersperet. Cum eniꝫ spinis peccatorum euulsis inter nos ⁊ deuꝫ non iacet medium quod consciētiam humiliet deijciet ⁊ sugillet. tunc leuare faciē possumus ⁊ presumere altiora De hac fiducia ex puritate ꝓueniente dixit Johan. Si conscientia nostra non reprehenderit nos fiduciam habemus ad deum. de qua Bernardꝰ. O quid audet cor mundum ⁊ consciētia pura. Sicut enim mens mali cōscia suo semꝑ pondere premitur ad infima. sic exonerata malis ad superna erigitur ⁊ audaci fiducia audet magna. Secūdo plantemus ī nobis caritatem. quam ex supposita prima gratia faciliter acquirimus. quippe que ex pura caritate habet ortum. hanc enim legem ⁊ virtutem habent diuine gratie vt vna gratia ex altera generetur. Sic enim dicitur Gen̄. i. Q vnumquodqꝫ habet sementem sui generis in semetip̄o. ⁊ ideo anima sentiens se remissionem peccatoꝝ a dño accepisse. contīere se non poterit nisi dirigatur in dulcorem que vicꝫ caritas crescit ⁊ ꝓficit. ⁊ ex cōtinuo beneficiorum intuitu incipit calescere ⁊ feruere. Sic enim dicit beatus Augustinꝰ. Ad dei dilectōnem in nobis excitandam nutriēdam ⁊ augmētandam nihil ita valet sic beneficiorum eius frequēs ⁊ diligens r̄cordatio. que cū sic ꝓfecerit audet magna. Hic dicit gre. Plus diligit qui plꝰ p̄sumit. De q̄ audacia di. Bern̄. Caritas reuerētiā nescit.

claudit oculos maiestati dissimulat meri/
ta et vrgente virtute propria audet magna
3 opa bona ꝛ Tercio supaddamus prioribꝫ bonoꝝ
opm multiplicitatē que necessario sequitur
ex p̄dictis. Non em̄ vacue caritati credit. sz
solum illi que opibꝫ cōprobat. Hinc Joh.
xv. Si p̄cepta mea seruaueritis manebitis
in dilectōe mea sicut ego p̄cepta ptis mei
seruaui ꝛ maneo in eius dilectōe. Hic greg
De dilectōe conditoris lingua mēs vita re
quirat. ꝛ subiūgit. Nunqꝫ em̄ est amoꝝ dei
ociosus. operatur em̄ magna si est. si vero ope
rari renuit amoꝝ non est. qui amoꝝ licet sine
opibꝫ vtpote dono dei hoibꝫ infundat; faci
lime tñ euanescit nisi bonis opibꝫ fugit nu
triatur. Sic em̄ dr̄ puerbi. xxvi. Cum defe/
cerint lingua extinguet ignis. bona em̄ opera
sunt rāqꝫ substratoriū mentem eleuās fidu/
cialiter ad deum. Quarto crescit audacia ex
mutua dei ad hoiem ꝛ homis ad deuz fami
liaritate. qui em̄ familiariter se frequentant
4 p̄i familiariter audēt p̄sumere a se magna. familiaritas au
tem hois ad deū nutrit ꝛ pficitur ex crebris
cogitatōibꝫ. frequētibꝫ ꝛ sanctis meditatōi/
bus. peculiaribꝫ orōnibꝫ. ꝛ a frequētia hoiz
alienationibꝫ. ꝛ viceuersa ex dei ad homies
inspiratōnibꝫ. visitatōnibꝫ. cōsolatōnibꝫ. in
ternis āmonitōibꝫ. in quibꝫ dum gustat qꝫ
dulcis est dñs ex hoc ad magnā audaciā p/
uenitur. vt homo audeat tā magna deside/
rare que oīm hoīm merita excedūt. Dic ber
nar. Creb̄a visitatō dat familiaritatē. fami
liaritas ausum. ausus gustū ꝛc. Verum qr̄
p̄dictis quatuor nequaqꝫ nos deo idoneos
exhibemus. eo qꝫ in p̄dictoꝝ fcabꝫ pfunda/
ti nos erigere non valemus. ideo caput de
sterquilinio erigamus bona dñi que etiam
quosqꝫ desperatos subleuāt prēplantes qđ et
fecisse legimus magnos sanctos. sic enī dic
nec sibi fac & sufficiunt se/ psal. Ego sum paup ꝛ dolēs salus tua deus
sideranda in p̄s suscepit me. Cum em̄ suā inspiceret miseri/
4. am: cōsternatus aīo dixit. Ego sum pauper
ꝛ dolens. cū aūt paꝝ erectus sursum aspice/
ret dei sublimia iocūdat? dixit. ꝛ salus tua
deus suscepit me: ac si paucis verbis dicerz
Et si miser sum in me. diues tamē sum in te
Cui simile dixit Bern̄. Ego qđiu me respi
cio in amaritudine moraf oculus meus. si
aūt sursum suspexero scz dīne miserationis
auxilium: tpabit mox amarā visionē mei le
ta dei. Duo ergo quatuor que in deo consi
derata supra modū faciūt nos audaces: scz
veritas promittētis. facilitas omnipotentis.
caritas volentis. ꝛ dignitas largiētis. Pri/ 1 veritas promitt.
mum quod supra modum nos erigit est ve
ritas promittentis. qui promittens cum nō so
lum sit verus: imo in abstracto sit veritas e
terna adeo vt sue promissionis iota minimū
impossibile sit irritari. quia mentiri non po
test. nihilominus tamē iurauit se daturum
quicquid desiderare possumus vel audem?
sic enim dicit Marci. xi. Amen dico vobis
quicquid orantes petieritis credatis qr̄ ac/
cipietis ꝛc. Hinc Sapiē. xvj. Juramenta et
cōuentōnes dedisti bonarum promissionum.
Promisit enim nobis spūs̄anctum in pre/
senti regnum celoꝝ vitam eternam ꝛ seip/
sum. quod patet tz ex veteri qꝫ ex nouo
testamēto ex preallegatis. Unde pet?. Pre/
ciosa promissa nobis donauit. Verum qr̄ mul/
ti veraces sunt qui promissa soluere nō pos/
sunt. Secundo consideretur in deo facilitas 2 facilit
omnipotentis qui solo nutu voluntatis sue dantis
potest soluere omnia que promittit: dicente
psalmista. Omnia quecunqꝫ voluit domi/
nus fecit ꝛc. Item Sapien. xvj. Subest tibi
cum volueris posse. Et iterum Ecclesiast. xi
Facile est in oculis dei subito honestare pau
perem. Unde ꝺ hīs qui pusillanimitate p̄s
si non audent petere magna dicit Job. xvij.
Quasi nihil possit facere omnipotens sic e/
stimabant eum. Unde dñs dixit apostolis
adhuc modice fidei existētibus. Elsqꝫ modo
non penitis quicqꝫ. licet enim tunc peterent
tamē respectu eius quod daturus erat qua/
si nihil petebant. Ardesto qꝫ aliquis sit ve
rax in promittendo: facilis in soluendo. mi/
nus autem diligat eos quibus dona ꝛ bene
ficia sunt promissa addatur tercium videli
cet caritas: que prioribus addita multū co/
git. Tercio ergo consideranda est caritas lar 3 Caritas largientis
gientis: que maioꝝ est super singulos electo/
rum qꝫ sit spacium inter celum et terram:
adeo vt quemlibet electum plus diligat qꝫ
omnis creatura angelorꝝ ꝛ hominū diligat
deū. qppe cū finitū ꝛ infinitū nullaz adiuicez

hēant compatōnēm·quis ergonon videat q̄z delectabit ſua bona tribuat ſic dilectis. De hac caritate dr Jo. Maiorē caritatem nemo hz r̄·quod exponēs Gerñ. dicit. Lu maiorē habuiſti o bone ihesu: quia aīam tu am poſuiſti p inimicis tuis. Nam ſm apoſtolum cū adhuc inimici eſſemus reconciliati ſumus deo p mortez filij ſui. Quid mō aliter reconciliatis cōtinere poterit aut quo vt verbis vtar apli: non oīa nobis cuz illo donauit·qui vt nos audaces faceret i petendo dixit Luce.xi·Si ergo vos cū ſitis mali: noſtis bona data dare filijs veſtris: q̄z tomagis pr̄ veſter de celis dat ſpūm bonū pe.ſe. Hic ſi di. Si oēs pres q̄tumcūq̄z crudeles imo omnes patres cupiunt filijs ſuis bona: qui pōt capere capiat·quāto affectu deus pat velit & deſideret vobis bonū. Sed eſto q̄ vnus hēat oīa prius dicta: ſi aūt degener legnis humil' cōditōis ſit & indignus ex hoc ſolo reſtringit & ne magna poſſit facere, phibetur. Quarto cōſideret in deo dignitas infinita·qui tā ꝓpter ſui dignitatē q̄z diuitiaruz immēſitatē q̄tum in ipo eſt nō pōt dare p ua. Si eñ rex diues & inclitus rogatus p munere daret fabā valde ridiculoſum eſſet q̄to magis deus cuius dignitatis & magnitudinis nō eſt nūerus neq̄z finis. Uñ Eſa. lxvi. Celū ſedes & ſcabellū terra eſt pedū ei? Unde & ſi nos indigni ſumus vt magna ñ dēat nobis dare·ipe tñ cum ſit digniſſimus digniſſime dabit magna·& hoc eſt qđ dr Eze.xxxvi. Non ꝓpter vos ego faciā ſed ꝓpter nomē meū magnū // Et his quatuor p ſideratōib deus ſanctos ſuos ita inebriat & facit magnanimes·vt nō mō quecunq̄z ſua ſed audeāt petere ipm deum·oīa ſua audeo dicere p nihilo reputātes niſi eis tribnat ſe metipm. Uētio: ſi hoc nō periuit moyſes Exodi.xxxi. cum dicebat·Si inueni grām in cōſpectu tuo·oſtende mihi faciē tuā vt ſciāte·& ſponſa in Cā.i. Indica mihi vbi cubes in meridie. In hunc ergo affectū cū magni ſancti puenīt & aliquādiu in eo decocti fuerint: vt videlicet fiant humiliores & a pulueribz peccatorz mūdiores tūc ruit in āplexus dicens·Ecce aſſum. Ex cuius pītia deus tota īnitas aīaz mirifice illuſtrabit·que ſcz aīma diuinitus afflata duplici affectu: vicz reuerētia & amore tāq̄z duobz brachijs vt ait Bernardus. dilectū apprehendit amplectit & ſtringit dicēs ex ꝓfundiſſima āmiratōne & ex intimiſſima dilectōis flagratōe illud quartū verbum thome quod in principio ꝓpoſuimus ſcz dñs meus & deus meus Unde ſicut thomas ex viſu & cōtactu deum pītem intelligens ineffabili gaudio replet? clamauit. Dñs meus & deus meus·ita aīa ſancta vt ait Bernar. ex virtute qua īmutat & caritate qua inflāmat deum pītem intelligens ex affectu ammiratiōis & gaudij inebriata clamat dñs meus & deus meus: ſentiens ſibi veraciter exhiberi qđ filius ꝓmiſit Johā. xiij. dicens. Ad eū veniemus & mānſionem apud eū faciemus·ponēs hec verba in plurali ꝓpter trinitatē ꝓſonaz·quod exponens Gerñ. dicit. Tanta eſt dignatō verbi tantaq̄z beniuolētia patris circa bñ affectatam & bñ cōpoſitam aīmā·vt nō modo ad eam veniāt ſed & mānſionem apud eam faciant tam pater enutriēs q̄z filius erudiēs ita vt ſingule ꝓſone in diuinis ſingulas anime potētias illuſtrent ſua virtute pariter et immutēt. Nam ex patris preſentia voluntas amore inflammat·ex filij preſentia intellect? ſapiētia illuſtratur·ex ſpiritusſancti autem dulcedine memoria dulcoratur De his tribus dicit Bernar. & primo de patre. Quid eſt prēm venire ad aīmā? afficere ad amorē patris enim diligere eſt·& ideo patris aduētus ex infuſa dilectōne comprobatur. De filio autem dicit. Quid eſt verbum vēre ad animam? erudire ad ſapientiam·nam ſi ſentero mihi aperire ſenſum vt intelligā ſcripturas aut ſermonem ſapiētie quaſi ebullire ex intimis·aut infuſo lumine deſuper revelari miſteria·aut certe expandi mihi quaſi quoddam largiſſimum celi gremium & veriores deſurſum influere animo meditationi ymbres non ambigo ſponſum id eſt filium adeſſe·verbi ſi quidem hec copie ſunt & de plenitudine eius iſta accipimus. Si autem perſeuerauero huic dignationi dignis ſemper quantum in me eſt actib & effectib reſpondere et iam manſionem apud me faciet tam pater enutriens q̄z filius erudiens/

Sermo.

Sic ⁊ verissime tam ex eo ꝙ nexus patris ⁊ filij q̄ ex ineffabili delectatōis dulcedīe spiritus sanctus cognoscit esse patris. Ubicunq; eī est pater ⁊ filius ibi eoꝝ nexus .i. spūs cum eis est. Sed quia de hoc sacramēto indigne loquit inexpertus qui nō est conscius huius secreti cōmertij: qui iam nō intīguit calamū lingue in experiētiam cordis. iō ego miser peccator: qui in stercore meo putrui: vt iumētum ꝑcutiēs cor meū redeo ad me/ ipm supplicās deo si forsitan ex hoc veniam inueniā apud eum qui est sup omīa deꝰ bñ dictus in secula ꝛc. Verum quia di. Gre. miracula nō sanctum faciūt sed ostendunt. ideo vt huius gl̄iosi principis thome apl̄i sanctitatē ꝑclarā saltem tenuiter declaremus. Ecce in passionali legit ꝙ patriarcha indoꝝ vnius anni spacio orōnis gr̄a romam nauigio ꝑuenit. qui requisitus a summo pontifice de thoma apl̄o ⁊ eius miracul̄ coram clero ⁊ ꝓpl̄o ita vt nouit rñdit dicēs. Ciuitas in qua venerabilis thome corpꝰ requiescit vlna vocat. totiꝰ regni nostri caput per mediū aūt ciuitatis illius physon vnus de ꝑadisi fluibꝫ emanat. que a fidelissimis xp̄ianis tota vt decet inhabitat. inter quos nullus erroneus aut infidelis habitare pōt quin aut citius resipiscat aut inopinatu casu moribūdus corruat. Paululuꝫ aūt extra menia vrbis illius mōs sepatus est aquis ꝓfundissimi lacis vndiq; septus in illo mōte est turris excelsa: in cuius sūmitate beati thome apl̄i eccīa posita est in circūitu aūt eiusdem lacus de foris in honore .xij. apl̄oruꝫ xij. sunt monasteria. Predictus aūt mons vbi thome apostoli monasterium est nll̄i hominum accessibilis est infra annum: neq; illum temere adire aliquis audet. sed et patriarcha in die thome sacra misteria celebraturus nō nisi semel in anno cum circūquaq; aduenientibꝫ locum ⁊ ecclesiam ingredit. Aduenīēte aūt annua festiuitate apl̄i .viij. diebꝫ ante festum ⁊ .viij. diebꝫ post festuꝫ lacus predictū mōtem circūdans ita totus euanescit vt vix discernat vtꝝ aqua ibi fuerit ⁊ ideo fit cōcursus fidelium ⁊ oēs male habentes lāguoꝝ suoꝝ remedia meritis apl̄i īdubitāter cōsequunt. Est etiā intra sācta sāctorm illius eccīe ciborium argēto ⁊ lapidibus ꝑciosis mirifice decoratū. intra qd̄ preciosissima concha argēteis dependet cathenis: hñs intra se ꝑciosum illum thesaurum scꝫ corpus apl̄i quod adhuc integꝝ ⁊ illesū ac si illa die sit depositum ꝑseuerat. in q̄ concha tāq̄ adhuc viuus erectus stare videtur. Añ cuius cōspectum aurea lāpas plena balsamo argēteis restibꝫ pendet. que semel ī anno accēsa nec balsamū diminutū nec lāpas extincta reꝑitur. quo balsamo quicūq; ꝑunctus fuerit sanabit a quacunq; infirmitate. Deīde ꝑdictus patriarcha accedēs ad missarum solēnia cum suis suffraganeis ꝑdictam conchā expādit ⁊ corpus apostoli in sede aurea collocat sup altare. cuius adhuc figura ⁊ integritas talis ꝑmanet qualis fuerat cum ꝑ mdm̄ discurreret ꝓpter deum. Facies eius tanq̄ sydus rutilat. capillos hēns rubeos ⁊ pene vsq; ad humeros defluentes. Barbā vero ruffam ⁊ crispā sed non ꝓlixaꝫ vniuersam formā visui pulcerrimā. vestiuꝫ etiā duricia ⁊ integritas eadem adhuc permanet. Itaq; corpe eiꝰ sacro in cathedra posito statim missaꝝ solēnia celebrant. Cū autem eucharistie ꝑcipiēdi tp̄s aduenerit: patriarcha cōsecratas hostias in altari componit: ⁊ cum magna reuerētia ad locū vbi apostolus sedet eas defert. ⁊ flexis genibꝫ eas apostolo offert. quas apl̄s extēsa manu dextera suscipit vt nō mortuus sed viuus eē credatur. Susceptas aūt hostias in palma extensa cōseruat singula singulis mox daturꝰ. Uniuersꝰ itaq; vtriusq; sexus populꝰ cum magna deuotōe ⁊ reuerētia accedit vnꝰ post alium. ⁊ hostias de manu apl̄i ore suscipiūt apl̄o porrigēte. Si quis aūt infidelis vel alia qualicūq; peccati macula infectus communicaturus accesserit: omībꝫ videntibus apl̄us manū cum hostijs retrahit et claudit nec q̄diu pñs est peccator eam apit. Peccator autem ille nunq̄ euadit quin aut statiꝫ resipiscat ⁊ pnīa ductus ab apl̄o cōmuniōeꝫ sumat. aut āteq̄ exeat moriat. qd̄ cernentes quiq; infideles relicto errore suo mox ad fidem cōuertunt. His omībꝫ solēniter ꝑactis ⁊ tota illa ebdomoda in laude apl̄i transacta: patriarcha cum ep̄is suis sacꝝ corpus a

postoli in locum suū cum debita reuerentia reponūt singulis cum laude in sua redeūtibus. Post hec tota illa laci ꝓfunditas montem cingētis aquis alueum suū vt antea fuerat vberrime replet: ⁊ in latum ⁊ ꝓfunduꝫ sicut ante fuerat se extēdit Talibꝫ autem patriarcha referēte auditis Calixtus papa secundus cū toto clero dominuꝫ laudauit pariter ⁊ bñdixit

VIII De natiuitate dñi nostri

Ortus est sol Magna legētiū vt dicit Gre. debet esse discretō vt in sacro eloquio cum vnꝰ quisqꝫ sermo dr̄ non semꝑ vnam eademqꝫ rem signare credat̄. Nā vnus idemqꝫ ſmo ꝓlatus vnā significatōem sepe auditui īgerit: ⁊ aliā cordi imprimit. ꝑ quod informam̄ vt tāto fidentius ad interiorē sensum recurratur quāto euidētius claret ꝙ quis ꝑ exteriorem sensum mīme edificat̄. quod in ꝓposito innuit̄ euidēter. Quid em̄ huic festo cōfert laudis si ſm exteriorē sensum thema nostrum exponat̄. vt scꝫ dicamus hodie solem oriri: qui heri ⁊ nudiustercius sibi oriebatur quāto ergo minus est qd̄ sonat exterius tāto diligentius querat̄ quod latet interiꝰ. cū ctis em̄ liquet ꝙ ꝑ solem xp̄s designat̄. Vñ canit eccīa. Ex te em̄ ortus est sol iusticie xp̄s deus noster. Et hic sol hodie ortus est super terrā. qd̄ huic festo ꝓ maxima laude applicatur. hoc em̄ p̄coniuꝫ nulli alteri diei poterit applicari. Hinc greg. di. Sepe sacro eloq̄o dñs solis appellatōe figurat̄ sicut ꝑ ꝓphetaꝫ Zachariam vl. dr̄. Vobis timētibꝫ nomen meū orie t̄ sol iusticie. ¶ G Verba itaqꝫ ꝓposita de sole xp̄o intellecta exponi possūt dupl'r. allogorice ⁊ tropologice. hoc est misterialiter ⁊ moraliter. Misterialiter de xp̄o ⁊ eccīa: moraliter vero de qualibet aīma fideli cui dñs in spū oritur ad salutem Primā acceptōem breuiter ꝑcurramus vt secunde acceptioni morosius intēdamus. De prīo sciēdum ꝙ verbum ꝓpositum in sacra scriptura quadrupl'r cum totidē effectibꝫ inuenitur. Erat em̄ totus mds̄ añ ortum hꝰ solis quatuor malis oppressus. que vicꝫ mala sol xp̄s in ortu suo miscd̄iterā mouebat. Fuit īqꝫ totus mds̄ ante ortum solis xp̄i errore excecatus. affectū carnali deprauatus. demōibus subiugatus. inferno deputatus. Prīo dico āte ortum huius solis hoc est āte natiuitatem xp̄i totū genus humanū paucis exceptis ydolatriā sequebātur. adorātes lapides ⁊ ligna volucres celi ⁊ bestias terre. De quibꝫ dr̄ Gen̄. vi. Sensus ⁊ cogitatō hūani cordis in malū ꝓna sunt ab adolescentia sua. ⁊ apl's Roma. i. Mutauerūt gloriam incorruptibilis dei in ymaginē corruptibil' homīs ⁊ volucꝝ ⁊ quadrupedū ⁊ serpentiuꝫ ⁊ seruierūt creature potius qꝫ creatori. Deus ergo veniēs in mdm̄ tenebras erroris ꝑ p̄dicatōem illumīauit di. Johan. xiiij Si creditis in deum ⁊ in me credite. ac si dicat Lapides ⁊ ligna que tanqꝫ deos colitis ipsi non sunt dij sicut ego sum deus. nam vt ait psal. Omēs dij gentium demonia. De hoc ortu dr̄ Naum. vi. Ortus est sol ⁊ auolauerunt locuste. per locustas saltātes dans ītelligere errores: qui quasi de malo in malum saltāt. Scd̄o āte ortum huius solis totum humanū genus fuit carnali affectu deprauatum: sic em̄ dr̄ Gen̄. vi. Oīs caro corruperat viā suā. Venit ergo xp̄s ⁊ ꝑ suā amarissimam passionē oēm carnalem affectum in electis suis penitus arefecit. vt ſm apl'm. ij. Cor. v. Qui viuūt iam nō sibi viuāt: sed ei qui ꝓ omībꝫ mortuus est. qꝛ vt idē ait gal'. v. Qui sunt xp̄i carnem suā crucifixerūt cū vicijs ⁊ cōcupiscētijs. De hoc ortu ⁊ eiꝰ affectu dr̄ Jac. i. Ortus est sol cum ardore ⁊ exiccatum est fenū. s. carnalitatis. Iuxta illud Esa. Omīs caro fenum. Unde Bernardꝰ. Pudeat sub spineo capite membra ducere vitā delicatā. Tercio āte solis huius ortum humanū genus demonibꝫ extitit subiūgatum. Nam ex originali ⁊ actuali peccato totum humanuꝫ genus paucis exceptis erat sub iugo dyaboli nec ꝓpria virtute ab hoc liberari poterat sed optuit vt hoc fieret ꝑ deū incarnatum. Hinc Joh. xij. Nunc prīceps huius mdi eijcietur foras. quod expoīt glo. Princeps mdi. i. reproboꝝ eijciet̄ foras de cordibꝫ electoꝝ. Quod pulcre sub methaphora Job. lx. declarat̄ vbi dr̄. Absorbebit

fluuiū ⁊ nō mirabit̄ ⁊ habet fiduciam ꝙ in/
fluat iordanis in os eius. quod exponit gre.
dicens. Quia behemoth ab origine mundi
exortum vix paucis euadētibus humanum
genus vsq; ad redēptoris tēpora quasi quē
dam fluuiū in se traxit. Ideo etiaꝫ nūc post
mediatoris aduētum habet fiduciā vt influ
at iordanis in os eius. ac si dicat. Ante rēdē/
ptorem pene mdm totum absorbuit. sed qd
grauius est post redēptoris aduētum eos q̄
baptismatis sacramēto per iordanē designa
ti sunt deglutire se posse ꝯfidit. nisi qꝛ maxil
lam eius ꝑforauit dn̄s per pn̄iam eius cor/
poralem. De qua subiūgit Greg. Quisq̄s
nondum captus est maxillā vehementiꝰ fu/
giat. quisquis vero iam captus est non de/
speret. sed per pn̄iam foramē in maxillam q̄
rat. Humanū ergo genus quod a mdi exor
dio fuit demonibꝫ subiugatū. nūc ꝑ redem
ptoris pn̄iam est misericorditer liberatum.
nō ꝙ modo nō impugnet̄. sed ꝙ nemo nisi
volēs subiugat̄. De hoc ortu solis ⁊ eiꝰ effe
ctu dr̄ hester. x. Sol ortus est ⁊ humiles ex/
altati sunt ⁊ deuorauerūt inclitos. quia ho/
mines prius humiliati ⁊ in fedā seruitutez
demonū redacti modo exaltati sunt per dei
liberatōem vt nō solūmodo nō sint sub iugo
demonū sed ip̄i demones sint sub iugo eoꝝ
¶ Secdo ergo iusti erimus ex nostre spei erectione: spem nrām ad deū fiducialiter erigentes. qua vt potenter possimꝰ erigere tria debemus deuote ꝓsiderare scz promittentis veritatē: volentis caritatem: ⁊ oīpotentis facilitatem. hec tria si deuote ꝓsiderabimus spem nrām ad deuz erigunt supra modum. Hanc nrām spem conabat erigere Bernc̄ dicebat. Si decreuerit deus saluare nos continuo liberabimur si viuificare voluerit vita in voluntate eiꝰ est si premia eterna largiri licet ei qđ vult facere. ⁊ subiūgit predicta tria dicēs. Quādo eīm speranti in se potest deesse illa veritas tam veraciter promittens. illa caritas tam dulciter stringens. illa maiestas tam potenter soluens. que tāto affectu rogat in se sperari. ꝙ autē talis spes constituat iustū siue iusticia tribuat dicitur puer. xxviij. Justus vt leo ꝓfidit. Talis eīm fortis spes hoīem facit fortissimum nihil timens nihil metuens sicut leo: qui ad nullius pauebit occursum vt dicit ibidez. sic homo qui totā spem suā in deū posuit nihil timet. Tertio amplius iustificabimur p fidelem ꝓfessionē accusantes nos super oīa iniusticia: quā meminimus nos ꝓmisisse. In eo aūt ꝙ nrām iniusticiā accusamus displicentes nobis metipsis: in hoc iam iusti apparebimus cor̄ deo. Naz accusanti iniusticia remittitur: illa aūt iniusticia dimissa statim iusticia suboꝛnatur. qz nō est mediū ponere inter illa. Qui aūt ꝓfessio iustū constituat dicitur puer. xxiij. Justus prior accusator est sui. ¶ Est aūt triplex ꝓfessio. mētalis. sacramentalis ⁊ generalis. Mentalis quādo ꝓpuncti interius humili recognitōe deo mentaliter ꝓfitemur. de q̄ dicit in ps. Dixi confitebor aduersum ꝛc̄. et illud. Cogitatio hominis ꝓfitebit tibi. Sacramentalis illa dicit que per xp̄m instituta ⁊ p aplos ꝓmulgata est q̄ consueto vsu sacerdotibꝫ clauem habentibꝫ ꝑm morem ecclesie ꝓfitemur. De qua Leui. xiij. Plaga lepre si fuerit in hoīe adducetur ad sacerdotē. Expertius aūt in nova lege Matth. v. cū cuidam leproso mūdato dixit Jesus. Vade ostende te sacerdotibus hinc. i. Johan. i. Si ꝓfiteamur peccata nra fidelis est deus ⁊ iustus vt remittat nobis peccata nostra. Generalis dicit que in articulo necessitatis fieri potest cuilibet xp̄iano. de q̄ dicit Aug⁹. Tanta est virtus ꝓfessionis. vt si desit sacerdos in articulo necessitatis: confitens habens desiderio ꝓfitendi potest cuilibet ꝓfiteri. Verū quia nō valet ꝓfessio nisi sanctificatio subiūgatur. Quarto iusticiā ꝓsequimur per strenuaz oationem: exercētes nos fideliter in oīm genere boni per que speramus nos deo posse placere. Hec autē iusticia necessario iūgitur ad predicta. quia nec fides nec spes nec cōfessio quicq̄ ꝓderit nisi opa adiungant. maxime si ad huiusmodi exercitia tp̄us accesserit oportunū. ¶ B. Hec aūt opera in triplici genere exercentur nec extra illa aliqđ exercitiū potest esse: scilicet cogitatiōe. locutione ⁊ oatione. ⁊ in his occurrit tibi campus latissimus spaciandi. In cogitatione q̄ cogita tua defectuosa. dei beneficia copiosa. mūdi ruinosa. dei magnalia gloriosa. ⁊ ex his nra deuotio excitat. sine qua opa nostra parum valent. ⁊ ideo hortatur nos apostolus. i. Thimo. iiij. Exerce te ad pietatem: hoc est ad deuotionem interiorem. quia exercitatiō corporalis ad modicū utilis est. subaudi sine interiori deuotione. dicit enim Hugo de sancto victore. Ut sibilis actio quasi corpus est. deuotio vero quasi anima. ⁊ sicut corpus sine anima mortuū est: sic actiō sine deuotione: ⁊ sicut anīa corpus viuificat: sic deuotio actionem. Similiter exerceamus nos in locutione loquētes proximis utilia dei magnalia econtra cauētes vana ⁊ scurilia ꝛc̄. Ad quod hortat nos apostolus Col. iiij. Sermo vester semp in gratia sale sit conditus: vt sciatis quomodo oporteat vos vnicuiq̄ respondere. Sic etiam opera nostra tripliciter faciamus. scilicet cum diligentia. sapientia. frequentia sicut in alijs sermonibꝫ est expressum. de quibus operibus cum eorum diligentia. iterū dicit apostolus Col. vt supra. Quodcunq̄ facitis ex animo operamini sicut deo ⁊ non hominibus. scientes ꝙ a deo recipietis retributionem. Qui autem iusticiam ex his cō sequamur dicitur Eccles. xxix. Justus cor

suum tradet ad vigilandum diluculo ad do
minū qui fecit illū · quod exponēs Bern · di
cit. Vigilemus sup opera nostra ne vel ob
mittamus quod preceptū est: vel qd prohi
bitum faciam⁹. Vigilemus etiā super vba
nostra ne vel in eis deū offendere vel proxi
mo nocere contingat. Similiter sup cor no
strum est precipue vigilandū · quod scdum
sapientem omni custodia est seruanduz · quo
niam ab ipo vita procedit. Quinto iusticiā
consequimur ex mandatoꝝ dei opatione: vt
si omnibꝫ bonis intendere nō possumus sal
tem ea que magis vrgent ⁊ omnino necessa
ria sunt faciamus: ⁊ ad hoc merebimur dici
iusti. Sic em̄ · ij · Mach · ix · dicit. Justuz est
subditum esse deo: vt qd ipe precipit subdi
ti faciamus. ¶ Sunt autē tres cause
ꝓpter quas mandatis dei est fideliter inten
dendum: scz ꝓpter presentis tpis quietatio
nem · inferni euasionem · regni adeptionem
De primo dicit Esa · xliiij · Utinā actendis
ses ad mandata mea facta fuisset sicut flu
men pax tua intendens de illa pace que est
vnanimis susceptio emergentiū in tempo
re: quā nullus habere poterit nisi sanctus ·
de scdo dicit ꝓuer · xviiij · Qui custodit mā
datum custodit animā suaz scz ab inferno ·
de tertio dicit Math · xix · Si vis vitaz in
gredi serua mandata. Q si mandatoꝝ ob
seruatio ꝓpter eoꝝ multitudinē cuiq̄z nimis
difficilis videatur · ecce ⁊ in hoc prouidit no
bis deus vt obstruatur os loquentiū iniq̄:
⁊ fiat mūdus omnis subdit⁹ deo dans vnū
mandatum caritatem videlicet: in quo oīa
alia includūtur: dicēte aplo ad Gal · Oīs
lex in vno sermone instauratur scz dilige pro
ximum tuū: ⁊ iterū plenitudo legis est cari
tas legē continens ⁊ ꝓphetas · quaz si solum
seruabimus omnia sunt seruata. Verum quia
difficile est vt mandata omīa obseruentur · tm̄
est vt q in illis minus agit elemosinis sup
pleat. Sexto ergo iusticia acquirit elemosi
narum largitione. Justum quippe est vt ra
tione affinitatis q̄ inter nos ⁊ proximos no
stros cadit: vt is qui abundat ei subueniat
qui nō habet. Qui g̃ hanc exercet iusticiā iu
stus erit · hinc ꝓuer · xij · Qui negligit dam
num ꝓpter amicū iustus est · qui em̄ sibi dā
num facit vt proximo indigenti subueniat
iustus est · hinc iterum Pruerbiorum · xxi ·
Qui iustus est tribuit ⁊ nō cessat · ⁊ iteꝝ ibi
dem · xxix · Justus nouit cām paupertim.
De Ut ergo largitioni elemosinarū deuo
tius intendamus: tria bona q̄ ex elēosina no
bis eueniūt attēdamus. Tollit em̄ a nobis
damnationē delictoꝝ: facit purgationem et
eternam meret glorificationē · quod in vna
sentētia expresse legim⁹ Thob · iiij · Elemo
sina ab omī peccato ⁊ a morte liberat: ⁊ ipsa
est q̄ purgat peccata: ⁊ subdit nō longe post
⁊ facit inuenire misericordiā ⁊ vitam eternā
In quibꝫ verbis predicta tria lucide expri
mūtur. Septimo iusti denominatiue a iu
sticia noīantur vt veraciter dicātur iusti qui
iusticiam opantur: quia sicut albus ab albe
dine · niger a nigredine: sic iustus a iusticia
nominatur hinc · i · Joh · iij · Qui facit iusti
ciam iustus est. Verū cum sm̄ Bern · Justi
cia sit virtus reddens vnicuiq̄z quod suum
est · hoc fac reddendo inferiori equali ⁊ supe
riori vnicuiq̄z qd suū est ⁊ eris iusticie obs
uator. Da ergo tibi tanq̄z inferiori veraz co
gnitionem · eq̄li id est ꝓximo dilectiōem · su
periori · i · deo subiectionē. Primo dem⁹ no
bis veram cognitōem vt nosmetipos veraci
ter ꝯgnoscamus: quia nemo (vt ait Bern ·)
absq̄z cognitione sui saluabit. ⁊ alibi idē di
cit: q hoc ꝓuerbiū · homo scito teipm̄ · dici
e celo cecidisse. Initium em̄ omīs salutis e
gratie ꝯgnitio nostri est. Scdo demus ꝓxi
mo dilectionē que adeo necessaria est vt ca
dat etiaz sub precepto: qz nec deus reputat
se diligi nisi ꝓpter eū ec̄ ꝓxi⁹ diligat. Tertio
subiectionē humilimaz dem⁹ deo: qd ex oī
debito iustissimū est · de q̄ ps · Subdit⁹ esto
dño ⁊ ora eum · item Eccle · li · Subijcite col
lum vestrū iugo eius. His septē particula
ribꝫ iusticijs paulatim de die in diem a no
bis exhaurimus iniusticiā quousq̄z tandez
aliqn̄ tota exalata ꝑfecta iusticia subintra
bit: ⁊ hoc est qd dicit ps · Exercitatus sum ⁊
defecit paulisper spūs me⁹ · qd exponēs gre
dicit. Quid est q dicit spiritus meus nisi
spiritus elationis ⁊ spiritus iniusticie: qui
quanto quotidie in nobis deficit: tanto spi
ritus dei in nobis proficit ⁊c.

XVII. De sancto Vincencio.

Si quis vult venire post me abneget semetipm̄ ⁊ tollat crucem suam ⁊ sequatur me Math. xvi. ⁊ Lu. ix. ¶ E ¶ Dicit apostolus Hebre. x. Voluntarie peccanti iam non relinquit̄ hostia ꝓ peccato: nisi quia nō illi denuo crucifigitur xp̄s: nō complantat̄ iterū similitudini mortis eius ꝑ bapismum sed ꝓpria iam ab eo lacrimarū vnda exigit̄. ꝓpriam baiolare crucē. ꝓpria mortificare mēbra: eo ꝙ sola scd̄i ade. i. xp̄i tribulatio purgat quos ꝯtaminauit preuaricatio sola prioris ade. vbi g̊ ꝓpria macula fuerit. propria purgatio iure requirit̄: nō ꝙ ꝓpria cuiq̄ satisfactio sufficere possit. Quid em̄ est vniuersa penitētia nostra: s̄m ꝙ nō compatiamur omnino ñ possum⁹ ꝯregnare: ⁊ tūc quod in nobis min⁹ est ip̄e supplet. modicū tñ id qd̄cunq̄ est: nō patit̄ reseruari sed vult de⁹: vt qui sponte membra nr̄a dedimus arma iniquitati ⁊ peccatis. sponte etiam patiamur vt per ꝓpriam passionē diluamus qd̄ voluntarie est cōmissum. Fuit ergo pia iusticia vt q̄ ex alieno peccato scz originali obligati fuimus. ex aliena etiā pena absolueremur: sed qui ꝓpria mala cōmittit iustū est vt per propriam penā diluat ⁊ emendet: ⁊ s̄m aplum om̄es peccauerūt ⁊ indigent gr̄a dei. necesse est vt qui post ꝓpria cōmissa deū sequi voluerit ꝓpriam tollat crucē: ⁊ sic sequat̄ deum: et hoc est ꝙ dicit veritas in verbo ꝓposito. Si quis vult venire ⁊c̄. ac si dicat. Si quis est de numero eoꝝ qui peccata ꝓpria commiserunt ⁊ ducti penitentia volūt venire post me necesse est vt tales tollant crucē suā ⁊ sequātur me. ¶ F ¶ In quibꝫ verbis q̄ttuor intelligimus: scz humani arbitrij libertatem. diuini exempli nobilitatē. ꝓprij meriti sublimitatem. eterni premij securitatē. Primū ibi. si quis vult venire post me. scd̄m ibi: abneget semetip̄m. tertiū ibi. ⁊ tollat crucē suam. quartū ibi: ⁊ sequat̄ me. In primo mēbro adhuc tria inteligim⁹: scz dei largitatem hoīm libertatem. venientiū paucitatē. Primū ibi. si quis. scd̄m ibi. vult. tertiū ibi. venire post me. Hec om̄ia ꝑ ordinē exponētes primo dicimus ꝙ in hoc nomine distributiuo quis: dei intelligimus largitatē qui oībus se offert nulli se denegans. vt sit sensus Si q̄s. i. q̄cunq̄ cupit nō deneget̄ illi benign⁹ occursus ad grām offerendā. qd̄ tam ꝑ figurā q̄ꝫ ꝑ scripturam possum⁹ declarare. Per figurā q̄z incarnat⁹ ꝓ nobis semper in medio inuenit̄: ad insinuandū ꝙ oībꝫ se exhibeat. Vñ nat⁹ ꝯtinuo in medio aīaliū ponitur ⁊ in medio templi offertur. iuuenis in medio doctoꝝ inuenitur. in medio latronum crucifigit̄. resurgens a mortuis in medio discipuloꝝ apparuit. qd̄ totū factū est ad insinuandū ꝙ oībus se exhibeat. Hoc etiā ꝓbare possum⁹ ꝑ scripturā. dicit̄ em̄ Leui. xxvi. Ponā tabernaculū in medio vr̄i ⁊ nō abijciet vos aīa mea scz q̄ntū in me est. idē dicit̄ deutero. xx. Dñs deus vr̄ in medio vr̄i. hinc Actuū. x. dixit petr⁹ In veritate cōperi. q̄z nō est ꝑsonaꝝ acceptor de⁹: sed in omni gente qui timet deū ⁊ opatur iusticiā acceptus est illi. in quibꝫ oībus dei ꝯgnoscim⁹ largitatē Scd̄o in hoc verbo vult intelligim⁹ hūani arbitrij libertatē: ꝑ quā homo dignificatus est sup̄ ceteras creaturas. q̄ libertas iō ei data est: vt si volens bonum eligat digne remuneretur cū possit malū. si vero volens malū eligat digne puniat̄ cū possit bonū. De q̄ libertate dicit apostolus Gal. Vos in libertatem vocati estis: tm̄ ne detis eam in occasionem carnis. quod exponens Bern. dicit Hec est libertas qua nos christus liberauit vt nulla penitus creatura alia auellere nos ab eo aut violenter auertere possit. sola illū nostra deserere possumus voluntate ⁊c̄. erit forsitan peccatum in foribus sed appetitus eius sub eo est. tm̄ aperire recuset. renuat cōsentire. ⁊ sic in his que dicta sunt declarauimus humani arbitrij libertatem que est prime decisionis membrum ⁊ subdiuisionis scd̄um. ¶ G ¶ Tertio in hoc verbo venire post me. viuentium intelligimus paucitatem. licet enim facultas veniendi ad regnum celorum data sit omnibus sicut in euangelica patet parabola in qua om̄es ad nuptias sunt vocati: pauci tñ venire dignātur: excusationis verba nuncijs rñdentes. quia a ꝓpria ꝯcupiscentia abstracti ⁊ illecti

XVII.

singuli ad negocia sua vadunt. Vñ sensus est. qui vult venire post me id ē si aliquis est qui velit venire veniat. Hanc paucitatē conqritur dominus Mich. vij. cū dicit. Ve mihi qꝛ factus sum sicut qui colligit racemos vindemie in autumno: non est botrus ad comedendū: qđ adhuc apertius dꝛ Math. xxij. Multi sunt vo. p. v. el. Causaꝫ vero huius iteꝝ veritas in euāgelio insinuat dicēs. Arta est via q̄ ducit ad vitā. super qđ verbū dicit Crisꝰ. Si quis viā que ducit ad vitaꝫ laboriosam existimat: sue desidie imputet et non vie. Si em̄ tempestates pelagi. nautis vulnera militibꝫ. frigora ⁊ glacies agricolis leuia ⁊ portabilia sunt ꝓpter speꝫ premij tēporalis. multo magis dū celū placet nulluꝫ debet sentiri periculū. Nullus g̊ aspiciat in viam ꝙ arta sit sed quo ducit. i. ad celū: nec aliam ꝙ lata sit: sed quo ducit. i. ad infernū. Quid g̊ in causa est ꝙ pauci veniūt. qꝛ experimur inquirēdo rōis cecitatē. ꝯcupiscibilis peruersitatē. fallentis dyaboli subtilitatē. in nobis cadendi pronitatē. resurgēdi difficultatem. resistēdi debilitatē. retrahentiū multiplicitatem. ⁊ iō conquerit dñs Esa. xxiiij. Quō si pauce oliue q̄ remanserūt excutiantur ex oleo ⁊ racemi cum fuerit finita vindemia. sic dyabolus q̄si totā messem colligit et deus q̄si post tergū eius colligit qđ remāsit. vt dicere possit deus illud Ruth. ij. Vadā in agrū ⁊ colligam spicas q̄ fugerūt manus metentiū. ¶ H ¶ Sequit scđm membrū principale scꝫ abneget semetip̄m. In q̊ meriti nostri sublimitas designat. qđ ad sequēdum deū valde necessariū est. Cū enim ꝑm Esa. i. a planta pedis vsqꝫ ad verticē non sit in nobis sanitas: sed oīa certatim a deo nos retrahunt. ideo necesse est vt qui deuꝫ sequi desiderat ꝑ fortissimā resistentiam his resistat. Vñ Bern. super predicto verbo Esa di. Qđ in homīe purū poterit inueniri ab intꝰ manat. de corde exit pestiferū virus ac deinceps corpus occupat vniuersuꝫ. Oportet g̊ nos hec oīa abnegare: qꝛ nō solū ꝑ ꝓmouēt sequentē sed impediūt proficere cupientem. Sciendū ꝙ tria sunt q̄ nos oportet penitus abnegare: scꝫ nostra. nos ⁊ nostros de quibꝫ om̄ibꝫ dicit Gre. Aliqñ monet nos dñs vt nostra relinq̄mus vt est illud. Nisi quis renunciauerit oībus que possidet non potest meus esse discipulus. Aliqñ monet vt negemus nō soluꝫ nostra sed nosmetip̄os vt est illud. q̄ vult venire post me abneget semetip̄m. Et fortasse nō est laboriosum relinquere nostra: sed valde laboriosum est relinq̄re nosmetip̄os. minꝰ quippe est abnegare qđ habet. multū aūt valde est abnegare qđ est. nec tm̄ sufficit relinquere nr̄a nisi relinquamus ⁊ nos. Sed quid est ꝙ dicimus relinquamus ⁊ nos. si em̄ nosmetip̄os relinquimus quo ibimus: sed aliud sumꝰ per peccatū lapsi. aliud per naturā cōditi. aliud qđ fecimus. aliud qđ facti sumus. relinq̄mus ergo nosmetip̄os q̄les peccando nos fecimus ⁊ maneamus nosmetip̄i q̄les per grāꝫ facti sumus: ⁊ subiūgit exemplū. Ecce etem̄ q̄ superbus fuit. si cōuersus humilis factus est semetip̄m reliquit: sic de alijs vicijs ⁊ peccatis. de quibꝫ dicit ꝓuer. xij. Verte impios ⁊ nō erunt: non qꝛ om̄io nō erūt per essentiaꝫ sed nō erūt in impietatis culpa. Nisi g̊ quis a semetip̄o deficiat ad eū qui sup̄ ip̄m ē non appropinquat. nec valet apprehendere qđ super ip̄m est si nescierit tractare qđ est. Aliqñ monet nos dñs vt nr̄os relinq̄mus dicens Math. x. Qui amat patrē ⁊ matrē plus q̄ꝫ me: nō est me dignꝰ. In q̊ omnis carnalitatis affectꝰ exprimit: qui om̄es reliquēdi sūt penitus ꝓpter deū: sed iā qui se a vicijs abnegat exquirēde sunt ei virtutes vñ crescat. ¶ I ¶ Sequit ergo tertiū principale scꝫ tollat crucem suā. in quibꝫ verbis tria intelligimus: scꝫ sufferendi promptam voluntatem tribulationis asperitatē. discretiōis q̄litateꝫ. Primū ibi tollat. scđm ibi crucē. tertiū ibi suam. Primo ergo cum dicit tollat querit deus in nobis promptam voluntatem. qui enim aliquid tollit ad illud plena facie se conuertit. Per faciem autem volūtas accipitur que quanto ad sufferendū est promptior tanto apud deum tribulatio est nobilior ⁊ acceptior: dicente Jaco. i. Omne gaudium existimate cum in temptationes varias incideritis: quia vt ait apostolꝰ. ij. Corinth. viij. Si voluntas prompta est ꝑm illud quod habet accepta est deo. Scđo dicit

crucem in quo tribulatiōis tangit acerbitatem. Noīe eñ crucis acerbior passio denoīatur. Verū qr effusio sanguinis ab ecclesia iam recessit. iō loco crucis ⁊ effusiōe sanguinis dura ⁊ aspera corpis exercitia per q̄ paulatim de die in diez sanguis extrahit a dño acceptantur: vt fiat qd̄ dicit. iij. Re. ij. Effudit sanguinē belli ī pace. Q aūt talia exercitia ꝓ martirio computentur expresse dicit Bern. Vere martirij genus est ⁊ effusio q̄dam sanguinis in quotidiana corpis afflictione: illo nimirū quo cedūtur mēbra ferro: horrore quidē mitius ꝫ diuturnitate molestius. sic quippe in firmis ⁊ pusillis corde necesse est vt quez semel ꝓ xp̄o fundere non sufficiūt saltem minori q̄dam sed diuturniori martirio sanguinē fundant. Tertio subiūgit suā. in q̄ tangit discretionis moderataz q̄litatē: vt sit sensus. Tollat crucem suam. i. suis viribꝫ ꝯmensuratā: ne ꝑ indiscretiōis impetū deficiant añ tp̄us: ⁊ per ꝯñs corona perseuerantie āmittatur. ꝓpter qd̄ dicit p̄s. Fortitudinē meā a te custodiaz ⁊c̄: ⁊ aplus hortat. Ratōnabile sit obsequiū vestruz: qr nō coronabit nisi q̄ legitime certauerit. Legitime aūt non certat qui deficit ante finē.

R. Sequit quartū principale: scz ⁊ seq̄tur me. Quō autē ip̄m seq̄mur vt sui grām ꝯseq̄mur. Sciendū q̄ dupliciter est sequendus ꝫm duplex esse suū scz hūanū ⁊ diuinū ita vt per nr̄m sensum interiorē suuz spūm id est diuinitatē: ⁊ per nostrū hoīem exteriorem suū hoīem exterius fideliter sequamur. De prima imitatiōe hortatur nos dñs deutero. xiij. Dñm deuz vestrum sequimini. Quō aūt ip̄m sic seq̄mur statim subiungit. Ip̄m timete. mandata illiꝰ custodite ⁊ audite vocez eius. In quibꝫ oībus hortamur eū sequi ꝫm diuinitatē. qr nonduz apparuit deus hō. sic secutꝰ est euz iob q̄ dicebat. Vestigia eius secutꝰ est pes meus. viā eius custodiui: nō declinaui ex ea. Quō aūt hoc faceret subiūgit. A mādatis labioꝝ eius non recessi: ⁊ in sinu meo abscondi verba oris eiꝰ. De scd̄a imitatiōe dicit. i. pe. ij. Xp̄s passus est ꝓ nobis vobis relinquēs exemplū vt sequamini vestigia eiꝰ. hinc ex ꝑsona hoīs dicit bern. Sicut ego paupertatis ⁊ obediētie hūilitatis patientie ⁊ misericordie indeclinabiles semitas tenui. sic ⁊ tu eisdē vestigijs incedas nō declinās ad dextram nec ad sinistram. De his duobꝫ modis sequēdi dñm dicit Bern. Actēde o hō qr olim priusq̄ verbum caro fieret ⁊ habitaret in nobis. antiq̄ patres deū sequebant soli spūi eiꝰ solo suo spiritu adherentes. nunc aūt nō solo spiritu sed ⁊ corpe sequēdus est: adeo vt cū predicti prēs terrenis legant abundasse substantijs de cetero nisi quis renunciauerit oībus que possidet nō posset eiꝰ esse discipulus. Seq̄mur g̊ deum q̄ntū ad diuinitatē per voluntatis ꝯformationē: seq̄mur hoīem xp̄m imitantes corpalem eius ꝯuersationē: quod nobis prestare dignetur ⁊c̄.

XVIII. In conuersione sancti Pauli.

Imitatores mei estote Philip. iij. L. Dicit beatus Crisꝫ. in libro de laudibus pauli. Quicquid patriarche. quicquid ꝓphete. quicquid apl'i sen quilibet sancti siue iusti in se potentiꝰ aliquid acceperūt siue ostenderunt. hec oīa simul colligens paulus cū tanto habuit cumulo cū q̄nto nullus eorū bonū quo excellebat impleuit. ⁊ subiūgit Abel obtulit sacrificiū ⁊ inde laudatur: sed si pauli hostiā adducimus in mediū. q̄ntū celū a terra superior apparebit siquidē seip̄z per singl'os dies imolabat ip̄o dicēte. Quotidie morior ꝓpter vr̄az gloriā fratres. Sed nec hoc ꝯtentus qui mundū vniuersum studuit imolare: sed ⁊ abraam mirant oēs q̄ ad iussum dñi reliquit patriam ⁊ amicos. Sed quomodo paulo possit equari qui nō solum patriam sed totuz mundum ⁊ seip̄m reliquit. Stupent crucez Iob omnes homines propter patientiam. Sed quis pauluz possit aspicere. qui nec a tribus aut quattuor amicis obprobria sustinuit: sed ab omnibus infidelibus ⁊ nihilominus pro eisdem cupiuit anathema dicēs. Optabam anathema esse ꝓ fratribꝫ meis. Moysen paulus satis eminēti virtute transcendit: qui ad aq̄s ꝯtradictōis de v̄bis dñi diffidēs dixit. Nō de petra ista ꝓducere possumꝰ aq̄s. Paulꝰ vero de v̄bis dñi tm̄ ꝯfidebat vt ꝯstāter di-

In conversione pauli.

Et si nos aut angelus de celo euãgelisat aliud q̃ euãgelisamus vobis anathema sit. restat vt paulũ angelis cõparemus: ideo reliquentes terraz etiam celoꝝ fastigia transeamus. Quid ergo magnificũ in angelis predicamus. quia ꝓfecto om̃i diligẽtia deo adherent ⁊ obediũt incessanter. paulus ꝟo mole corꝑis adhuc grauatus adeo adhesit deo vt cõfidenter diceret. Certus sum ꝙ neq̃ mors neq̃ vita ⁊c̃: vsq̃ potuerit nos separe a caritate que est in xp̃o ihesu. ⁊ tãq̃ cum ipsis angelicis spiritib̃ degẽs iugi mẽtis contemplatõe morabat̃ in celis dicens. Nostra conuersatio in celis est: vsq̃ huc. vera sunt. Cri. Nos vero laudẽ eius amplius ꝓsequẽtes facil̃r astruimus ip̃m maiorem ꝓphetis ⁊ apl̃is extitisse. Naz ꝓphete tam sobrie spiritusancto inspirati fuerãt: vt ventura ꝟbis consuetis ⁊ vsitatis hominib̃ nunciarent. Paulus vero in abissum deitatis tam profunde immersus extitit: vt tam archana acciperet a dño verba. que non licz homini loqui. ex quib̃ tam inebriatus fuerat ꝙ vtrũ in corꝑe esset vel extra corpus nescirz. Quid autem de apostolis dicimus quib̃ licet minorem se ꝓpter humilitatẽ dixerit Ego sum minimus apostoloꝝ inquiẽs. cõfidenter tñ dicit se plus omnib̃ laborasse. Sed dicerz aliquis. Cum paulus vt dictũ est suꝑuolet vniuersos. quid ẽ ꝙ tam absolute se monet imitari? Ad quod rñdet Cri. dicens. Possibile est dei iussa perficere si tãtummodo velimus. ⁊ omnẽ nature trepidatõem alacritatis virtute suꝑare. nihilq̃ impossibile est eorum que a xp̃o hominib̃ imꝑantur. si eniz q̃tum in nobis est virium ponere velimus maximũ deus adiungit auxilium. qꝛ si ꝓmpta in nobis volũtas fuerit nihil erit quod nos a ꝟtute possit ꝓhibere. quia tale illi corpus fuit quale nobis est. talis aĩma tales cibi. sed volũtas in illo mirabil̃ fuit ⁊ p̃clara deuotõ. ⁊ hoc fuit ꝑ qd̃ ille talis ⁊ tãtus effectus est. Ut ergo pauli gñalem exhortatõez qua se iubet imitari ad certos limites r̃strin gamus ¶ Di ¶ Sciẽdũ ꝙ ip̃m dẽmus in quatuor imitari: in quib̃ oẽ eius exercitiuz total̃r exhaurit̃. s. in ꝑfecta cõuersiõe. corꝑali exercitatõe. virtutũ acquisitõe. sublimi ꝯtẽplatõe. Hec ꝑ ordinẽ ꝓseq̃ntes. prĩo imitemur ip̃m in ꝑfecta cõuersiõe. Hec em̃ conuersio fuit initiũ salutis sue. ⁊ sil̃r nos ꝑ cõuersionem initiabimur ad salutẽ. de q̃ hortatur nos dñs iohel̃. ij. vbi d̃r. Cõuertimĩ ad me in toto corde vestro ⁊c̃. i. sil̃ toti vertimĩ. In quib̃ verbis ꝑfecta cõuersio d̃signatur Ad ꝑfectã aũt cõuersionẽ tria requirunt̃. s. terminus a quo r̃cedamus. termin⁹ ad quẽ veniamus. ⁊ motus quo trãseamus. Terminus aũt a quo nos vertamus nosip̃i sumus eo ꝙ ex nobis ⁊ a nobis nihil boni facere possumus. ⁊ ideo cũ simus sic inutiles a nobis necessario recedemus. hinc Math. xiij. Si quis vult veni. post me ⁊c̃. qd̃ exponẽs greg di. Nisi quis a semetip̃o deficiat ad euz qui super ip̃m est nõ a ꝓpinquat. nec valet app̃hendere qd̃ suꝑ ip̃m est nisi a ꝓpinquat. nec valz apprehendere qd̃ suꝑ ip̃m ẽ si nescierit mactare qd̃ est. ¶ N ¶ Sed di. ali. quis a semetip̃o põt recedere? dico ꝙ a nobis recedimus si volũtatẽ ꝓpriã abnegamus. qd̃ facere monemur Eccle. xviij. vbi d̃r. A voluntatib̃ tuis auertere. quare? qꝛ sicut osee d̃r. Cõfundet̃ isr̃l in volũtate sua. qꝛ null̃m bonum deo placere poterit factũ ex ꝓpria voluntate. hinc Esa. d̃r. Ecce in die ieiunij vr̃i inuenit̃ volũtas vr̃a: ⁊ subiũgit. Nũquid tl̃e est ieiuniũ qd̃ elegi? ac si di. non. De q̃ ber. Ego aũt nõ solũ hoc de ieiunio meo: sed de omĩ obseruãtia monachi vbi inuenit̃ volũtas sua idip̃m sentio. Grãde est ergo malũ ꝓpria volũtas qua fit vt bona tua nõ sint bona. ab hac ergo r̃cedam⁹ qꝛ nihil penit⁹ cõfert boni. Termin⁹ aũt ad quẽ nos vertam⁹ ẽ ip̃e deus quo nihil meli⁹. nihil digni⁹. nihil vtilius poterit hẽri in hac vita ꝑiter ⁊ futura. sic. n. ip̃e de se di. Eccle. xxiiij. In me gr̃a oĩs vie ⁊ veritatis. Nihil ergo meli⁹ q̃ vt ad ip̃m cõuertamur. iugũ. n. ei⁹ suaue ẽ et onus eius leue: ita vt f̃m gre. ꝓ amore ei⁹ ꝑsecutio placeat. ⁊ oĩs ꝓ eo affiictio in mẽtis dulcedinẽ veniat. nihil etiã dignius ẽ q̃ vt ad dñm cõuertamur. q̃ppe qui ꝓpter nos de celo veniẽs in oĩ sua mĩa se totũ ad nos total̃r inclinauit omĩa q̃cunq̃ fecit in celo et ĩ terra in nostram salutem ordinauit. quod considerans Psalmista admirando dixit.

Quid est homo quia magnificas eum. aut quid apponis erga eum cor tuū? Itē: nihil vtilius est q̄ vt ad dñm cōuertamur. q̄ vt ait apostolus. In ip̄o sunt omēs thesauri sapiētie ⁊ scīe abscōditi. ⁊ ideo qui cōuers⁹ ad dñm ip̄m apprehendit in eo inueniet oē bonum ip̄o dicēte. Qui inueniet me: īueniet thesaur̄. ¶ Q ¶ Tercō dicendū est d̄ motu per quē trāseamus. Hic aūt motus ꝓfect⁹ nostri per plenā ⁊ perfectā volūtatem in nobis ꝓmouet. Cum em̄ in regno aīe voluntas sit regina quocūq̄ se cōuertit. illuc tot⁹ homo totalr̄ se cōuertit. Unde Actu. ix. legitur: cum paulus ꝓstratus in terrā iā ad dominū conuerteret̄: obtulit ei volūtatē suam statim di. Dñe quid me vis facere. ac si dicat. Cōuersus offero tibi volūtatem: tu in forma quid ꝑ eā fieri digneris. Nam vt ait Bern̄. Bona volātas ī animo est origo omnium bonor̄ ⁊ oīm mater virtutum. ⁊ ideo qui bonā habet volūtatē secum habet quicquid ei ad bñ viuēdum opus est. ideo consulit Bern̄. vt omī diligētia cōsiderem⁹ statum volūtatis nostre di. Custos aīe sue valde solicitus esse debet circa custodiā volūtatis sue. vt prudenter intelligat et discernat quid in totum velit vel volēdū sibi sit. sicut est amor dei. quid ꝓpter illud velit. vt est amor ꝓximi. deinde q̄tum velit ⁊ quomodo velit. vt̄ quidē vsq̄ ad cōtemptum sui ip̄ius: oīmq̄ que sunt vel esse p̄nt. d̄ hoc nō tātum ex iudicio rōnis: sed etiā ex affectu mētis: vt iam volūtas plusq̄ volūtas sit vt amor sit. vt dilectio sit. vt caritas sit. vt vnitas sit. vt spūs sit. Expedita autē hac consideratōne volūtatis: nunc qūo in nobis promoueat̄ vt suā perfectōem attingat ē dicen.

¶ P ¶ Sunt aūt de hac voluntate tria percurrēda: per que cognoscemus eius ꝓfectū vel etiā defectum. s. de bone volūtatis q̄titate. qualitate. ꝑfectibilitate. Primo videndum est d̄ eius q̄titate. hoc est q̄ magna esse debeat. Habet aūt triplicē mēsuram: per quā eius cognoscimus quātitatē. Mēsuratur enim ad nrām possibilitatē. cognoscibilitatem. dei voluntatē. Primo dico mensuratur ad nrām possibilitatē cum omīa volumus que possumus viribꝫ adimplere d̄ possibilibꝫ nichil penitus obmittētes. ita vicꝫ vt nec infra ꝑ desidiā remaneamus nec modum ꝑ indiscretū feruorē excedamus. qd̄ cū cōtingit tunc nostra volūtas est debite mensurata. ⁊ omēs tl̄em voluntatē habentes in libro dei. hoc est in libro vite veraciter sūt cōscripti dicēte psal. Imꝑfectū meum videt̄ oculi tui: ⁊ in libro tuo omēs scribent̄. Qd̄ exponēs Bern̄. dic̄. Qui omēs ꝓfecto q̄ qd̄ p̄nt faciūt. hoc est qui voluntatē sue possibilitati h̄nt cōmensuratā. Ad hāc mensuram hortat̄ nos ap̄ls. ij. Cor. viij. di. Nunc facto ꝓficite: vt quēadmodū ꝓmptus est aīus voluntatis. ita sit ⁊ ꝑficiēdi ex eo quod habetis. Si em̄ volūtas ꝓmpta est s̄m id qd̄ habet accepta est deo: non s̄m qd̄ non habet ac si dicat. Si volūtas infra posse nostrum remanet vel supra posse suū se extēderit domino nō est grata. Quomō aūt hanc mensuram apprehendere valeamus docet nos beatus Bern̄. di. Cum volūtas nostra in spiritualibꝫ ⁊ in his que ad deum sunt nō vult quod potest stimulāda est ⁊ cogēda. cū vult quod nō potest ⁊ plusq̄ potest regenda est ⁊ per obīam refrenāda. cum aūt vult qd̄ pōt laudāda est ⁊ ꝓsequēda. Sepe em̄ si non excitatur dormit ⁊ tardat ⁊ obliuiscit̄ quo tendebat ⁊ facile declinat quasi a latere in obligatōnes oblate delectatōnis. hāc mēsuram pauci seruāt quod lamētabilr̄ conqueritur Bern̄. di. Vix est aliquis qui in eis que ad deum sunt experiri velit quid possit etiā qd̄ ꝓmptissime potest q̄ncunq̄ s̄m carnem vel seculnm vel timor impulerit vel cupiditas traxerit. sed si fallimus homīes inscios nō nos ꝑmittas vt quasi fallere volētes te fallamus nosmetip̄os. non laboramus q̄ non possumus vel nō posse nobis videmur. vel cōsuetudine ocij vel deliciar̄ nostrarū nos non posse efficimus. Q si dixeris illud prouerbi. xxiiij. Vires non suppetūt. Rn̄det salomon ibidem. Qui inspector est cordis ipse intelliget ⁊ obseruatorē anime tue nichil fallit. ¶ Q ¶ Scd̄o nostra volūtas commensurāda est super scire nostr̄: vt sine dr̄a exceptōnis omīa velimus que scimus esse bona. ⁊ ecōtra omīa nolimus que scim⁹ esse mala. Hāc em̄ p̄rogatiuā hēmus p̄ ceteris

In conversione pauli.

creaturis quod scire et cognoscere possumus bonum et malum per iudicium rationis. et bonum cupimus ex naturali desiderio affectionis dicente boecio. Inest mentibus humanis naturaliter boni inserta cupiditas. Si ergo naturam iuuabimus facilius gratuito bonum volemus. Unde quando propter deum volumus omnia que scimus et cognoscimus esse bona. tunc enim nostrum negocium bene se habet. quia tunc omnia que sic scimus opere veraciter si possumus adimplere debemus. si autem non possumus et vellemus coram deo vt ait Aug. reputabitur esse factum. De primo dicitur Ephe. vi. Scientes quoniam vnusquisque quodcunque fecerit bonum hic recipiet a domino: siue seruus siue liber. De secundo dicitur Jaco. iiij. Scienti bonum et non facienti peccatum est illi. Tercio commensuranda est nostra voluntas ad dei voluntatem. vt vicem velimus omnia que vult deus. et contrario affectu execremur omnia que non vult deus. Nobis .n. ex magna parte notum est quid velit deus. informati tam ex scriptura ex rerum figura quam etiam ex rerum natura. et ideo de negligentia non possumus habere excusationem. Hinc Baruth iiij. dicitur. Beati sumus israel quoniam que placent deo manifesta sunt nobis: Quomodo autem hec mensura agenda sit docet nos Bernar. dicens Scio omnem creaturam aliam ab homine velit nolit subiectam oportere esse creatori. sed a rationali voluntaria exigitur. at subiectionem istam triplicem necesse est esse. vt quod certum est deum velle illud nos velimus omnino. et quod certum est deum nolle id nos similiter execremur: quod autem incertum est vtrum deus velit an nolit. nec velimus ex toto nec penitus nolimus et subiungit Bernardus. In hoc medio fratres totum stat periculum religiosorum. quia hinc accidit vt dissimulemus domini querere voluntatem. quia nostram facere volumus et aliquam habere de ignorantia excusationem. Quis enim dyabolus est ille monachus qui velle audeat quod certum est deum nolle aut econtra. propterea rogo fratres diligenter attendite: quoniam vt arbitror nihil modo possetis vtilius audire: quam vbi certa est voluntas dei omnino sequatur. in his vero rebus vbi certum nihil possumus inuenire. nihil certum nostra voluntas designet sed magis pendeat in vtrumque et preceptoris sui in hmoi se subdat iudicio. optima enim custos voluntatis est obedientia in talibus ambiguis.

R. ¶ Secundum principale est dicere de voluntatis qualitate. hoc est qualis esse debeat nostra voluntas. Hanc autem formam accipere possumus ex similitudine divine voluntatis. que licet sit vniformis et simplicissime essentie: prout est in deo. quia idem est quod deus. secundum tamen effectus gratie quos operatur in nobis variatur. secundum quod homines plus et minus ad voluntatem suam in nobis eis perficiendam se disponunt. quam diuersitatem tangit apostolus Roma. xij. cum di. Obsecro fratres renouamini in nouitate sensus vestri vt probetis que sit voluntas dei bene placens et perfecta. Nam in eo quod dicit voluntas in singulari: tangit voluntatis simplicitatem. in tribus autem illis que subiungit tangit in nobis effectuum multiplicitatem. De hac dei voluntate dicit Bernardus Voluntas dei est bona in nostra conuersione. beneplacens in conuersorum promotione. perfecta in perfectionis consummatione. Verum quia deus bona sua que in se habet per occultam quandam vim generatiuam plantat et generat in nobis que essentialiter sunt in eo et accidentaliter in nobis dicit Bernardus. Amor dei amorem anime parit et illius precurrens intentio: intentam animam facit. solicitudoque solicitam. et subiungit Nescio enim qua vicinitate nature cum semel reuelata facie gloriam dei speculari poterit anima mox illi conformari necesse erit atque in eandem ymaginem transformari. sic a simili voluntas dei bona nostram facit bonam. bene placens bene placitam. perfecta perfectam. Primo ergo nostra voluntas erit bona quando ex bona voluntate dei nouiter conuersi omnia que facimus solum in satisfactionem et divine offense placationem ordinamus nichil aliud de omnibus que facimus intendentes nisi vt deum placemus et peccata que commisimus emendemus. que postquam dimissa fuerint: quod minime nos latere poterit. nam ex remissione peccatorum serenata et exhilarata surgit conscientia tanquam aurora post noctem que certissimum est signum remissionis. incipimus iam placere deo mundati a feditate peccati et non habentes maculam neque rugam ex cuius placentia etiam incipit nobis placere deus. Secundo nostra voluntas

erit bñplacēs cum ex p̄missa remissione in/
cipit nobis deus dulcescere·ita vt omnia q̄
facimus solum in dei bñplacitū ordinam⁹·
nihil oīno de vtilitate ꝓpria cogitātes vt di
cere possimus cū a pl'o.ij.Cor.v. Contendi
mus siue absentes siue p̄ntes placere d'o·fi
ducialr̄ sperātes ex his que in nobis sunt ꝙ
⁊ nos placeamus deo: sic em̄ ait Augu. Ille
placet deo cui placet deus. Item Bernar.
Qui nō placet deo nō potest illi placere de
us·⁊ cui placet deus deo displicere non po/
test. Tercio nostra volūtas erit ꝑfecta cum
ex cōtinuatis prioribꝫ exercitijs deus īcipit
habere erga nos ꝑfectam volūtatē·hoc ē īci
pit habere plenam volūtatem ꝑficiēdi vitā
nrām cuius executōem in tercio mēbro ꝓse
quimur ¶ S. Terciū principale est dice/
re de volūtatis nostre ꝑfectibilitate. Plena
autē ⁊ absoluta ⁊ summa ꝑfectio nostre vo/
luntatis cōsistit in tribꝫ.s.in dei dilectiōe·tē
poralium abiectōne·boni ꝓ malo reddibitō
ne. Primo dico nostra volūtas plene perfi
citur in dei dilectōne·hoc est cum voluntas
in tātum ꝓmouetur vt trāseat in amorē· exi
ens a terminis suis vt amor sit ꝓprie ⁊ ñ vo
luntas·⁊ hoc est qd̄ dicit Bern̄. Magna ad
deum ⁊ ꝑfecta volūtas amor est·dilectio ē·
adhesio est·caritas est·fruitō est·⁊ subiūgit.
Vnitas aūt spūs homīs cum deo volūta/
tis ꝑfectio est: cum iam nō solūmō vult qd̄
deus vult·sic non tm̄ est affectus sed in affe
ctu ꝓfectus·vt nō possit velle nisi quod de/
us vult: velle aūt quod deus vult· hoc ē iaꝫ
silem deo esse. Scd'o volūtatis perfectio cō/
sistit in tp̄alium abiectōne· quod contingit
cum homo in tm̄ absorbet̄ in deo vt de tēpo/
ralibꝫ nec cogitare libeat nec hēre ⁊ hoc ē qd̄
beatus Gre.di.cum ait. Bone voluntatis
sacrificium nunq̄ plene ꝑficitur nisi huius
mūdi cupiditas ꝑfecte deserat̄·nam quicq̄d
in eo cōcupiscit̄ hoc ꝓcul dubio ꝓximis īui/
demus. Tercio ꝑfectio volūtatis cōsistit in
boni ꝓ malo reddibitōne·vt vicꝫ mansueti
ad omēs ꝓ malo bonum omībꝫ exhibeam⁹
De quo.i.Thi.v. Videte ne quis malum
ꝓ malo reddat alicui·sed semꝑ qd̄ bonū est
sectamī inuicē ⁊ in omēs·hoc est enim volū
tas dei in xp̄o ihesu in omnibꝫ vobis· scim⁹
autē ꝙ volūtas dñi est perfecta. De hac au/
tem volūtate ex his tribꝫ collecta d'r Colo.
iiij. State perfecti ⁊ pleni in omni volunta
te dei. Quod nobis

XIX ¶ De eodem sermo.ij.

Castigo corpus
meū ⁊ in seruitutē redigo. ꝛc.i.
Cori.ix. ¶ T. Gre.ille mōis
omnibꝫ dꝫ ad exēplum viuēdi ꝑtrahi: qui
cunctis passiouibꝫ carnis moriēs tm̄ spūali
ter viuit qui ꝓspera mūdi postponit·q̄ nul
la aduersa ꝑtimescit·qui sola interna d'side
rat·qui nulla illicita perpetrat·⁊ perpetrata
ab alijs deplorat·qui ex affectu cordis alie/
ne infirmitati compatit̄·sicq̄ in bonis proxi
mi sicut in suis letat̄·qui se imitabilē in cū/
ctis que agit insinuat ⁊ nichil in se hēat qd̄
erubescat·qui sic studet viuere vt ꝓximoruꝫ
arētia corda fluētis doctrine valeat irriga/
re·⁊ subiūgit·Ecce fedus homo pulcrū de/
pinxit hoīem. Verꝫ quia tales nūc nr̄is tem
poribꝫ in eccīa aut non inueniunt̄·vel si sūt
in sua humilitate abscōdunt̄·quia sic in pri
mitiua eccl'a ad alioꝝ edificatōem sancti sig
nis ⁊ prodigijs oñdebant̄·sic nūc mundus
tantis malis plenus est vt necessario abscō
dant̄. Ideo mō tales in exempluꝫ ponendi
sunt qui de hoc seculo trāsierunt ⁊ vitā suā
manifestāte deo nobis in exemplnm viuen
di reliquerūt·qui mortui in corpe nec d' lau
de timeāt ⁊ tamē alios per exēplū doceant.
scriptum nanq̄ est. Ne laudes hoīem in vi
ta sua. Sicut igit̄ gl'osus iste princeps pau
lus in priori sermone seip̄m nobis posuit in
exemplum ꝑfecte cōuersionis di. Imitato
res mei estote·sic in isto sermōe se iteruꝫ no
bis ponit in exemplū corpalis exercitatiōis
di. Castigo corpus meuꝫ. Vt aūt huic mē/
bro omne corpale exercitium includamus.
¶ V. Sciendū ꝙ corpale exercitium in tri
plici d'ra exercet̄.s.in bonorum operatione·
maloꝝ reluctatōe·aduersoꝝ perpessione· in
his tribꝫ omne corpale exercitium comple
ctit̄. Dicit ergo apostolus·castigo cor.meū
ac si di.quia bona volūtas nulla est nisi ꝓ/
cedat in opus·quia bone volūtatis proba/
tio exhibitio est operis·ideo quēadmoduꝫ

In conversione pauli apli.

in priori sermone me vobis proposui in exē/
plum perfecte ꝯuersionis que potissimū cō/
sistit in ꝓprie volūtatis abdicatiōe ⁊ diuine
voluntatis executione. sic nunc pono me vo/
bis in exemplū corpalis exercitatiōis. quia
nulla volūtas bona potest existere que cū po
test nō curat in opus ꝓcedere. nec bona pote
rit iudicari si nō poterit opē cōprobari. Pri
mo ergo de bonoꝝ opatione ꝓsequētes dici
mus ꝙ opa nostra ad hoc vt grata a dño ac
ceptentur triplicē debent habere decorē. De
bent eñ esse fidelia. vtilia ⁊ difficilia. Fide/
lia deo. vtilia ꝓximo. difficilia nobis. in qui
bus decorata gratissima erūt deo. Primo g̃
opa nostra debent esse fidelia: vt in oībus q̄
agimus. nō qđ nobis vtile est sed dei gl'am
⁊ eius beneplacitū inquiramus dicētes cū
p̄s. Non nobis dñe non nobis. Qđ valde
ꝯgruū est ⁊ omīo debituꝫ deo nr̄o. quippe q̄
oñia que in celo et ī terra opatus est ꝑm de/
um ⁊ hoīem: nō sibi opat⁹ est sed misericor/
diter oīa nobis. dicente apl'o. i. Corinth. iij.
Oñia vestra sunt siue paulus siue appollo
siue cephas siue mūdus siue vita siue mors
siue pñtia siue futura: oñia vestra sunt. vos
aūt xp̄i. xp̄us autē dei. Hanc fidelitatem ex
medullis cordiū amplectētes vicissitudinē
ei rependamus: vt sicut ipe ꝓ nobis omnia
opa sua fecit. sic ⁊ nos viceuersa ꝓpter eum
oñia opa nostra faciamus: sūme cauentes
ne aliquid faciam⁹. qđ teste ꝯsciētia nō pos/
sit in eius obsequiū ordinari. ne ex hoc nr̄m
obsequiū fiat infidele. De his fidelib⁹ dici
tur in p̄s. Oculi mei ad fideles terre vt se ꝛc̄
qꝛ sicut dicit ꝓuer. xij. Qui fideliter agunt
placent deo. ⁊ merito. qꝛ sicut dicit Eccle. vi
Amico fideli nulla est cōpatio: ⁊ nō est di/
gna ponderatio auri ⁊ argenti circa bonita/
tem fidei illi⁹. Qui tanto sunt acceptabilio
res q̄nto pauciores. nā in alijs virtutib⁹ sal
tem aliqui: sed vere fideles pauci inueniun
tur. sicut dicit ꝓuer. xx. Multi sunt miseri/
cordes. virū aūt fidelez quis inueniet? Te
eñ perdere q̄si nō sis. factus tibi tanq̄ vas
perditū: ⁊ omīo obliuiōi tradit⁹ tanq̄ mor/
tu⁹ a corde vt soli deo in oībus intēdas. hoc
eñ omnib⁹ virtutib⁹ mirabili⁹ iudico. ⁊ iō
pauci sunt qui taliter sint fideles. qđ insinu
abat dñs Lu. xij. dicens. Quis putas est fi
delis ꝑuus ⁊ prudens quē constituit dñs ꝛc̄
Paulus tñ hoc bonuꝫ habuit qui. i. Thi. i.
dixit. Gratias ago deo qui me cōsortauit in
xp̄o iesu. qꝛ fidelem me existimauit ponens
in ministerio suo. ¶ X ¶ Scđo opa nostra
debent esse ꝓximis nr̄is vtilia: vt vel per do/
ctrinā informētur: vel per bonoꝝ opeꝝ exem
pla edificentur. qꝛ tunc opa nostra simpla
tanto multiplicant quāto plures ex eis edi/
ficantur. Si eñ ex mandato ꝓximos nr̄os
tenemur diligere vt nosmetip̄os. Cur non
intendimus saluti eoꝝ sicut nobis. Sint er
gs opa nr̄a vtilia eis ⁊ nobis: vt nobis me/
rita cumulemus ⁊ ꝓximos edificem⁹. qđ re
uera fecit apl's. i. Corint. ix. dicens. Ego sic
pugno ꝛc̄. Ad hec vtilia opera hortatur nos
apl's tam in scriptura q̄ꝫ in suiip̄ius exēpla/
ri figura. In scriptura cum dicit Rom. xv.
Unuquisq̄ vestrū proximo suo placeat in
bonum ad edificationē. etenim nō xp̄us sibi
placuit: sed sicut scriptū est improperia ex/
probantiū tibi ceciderūt sup̄ me. ⁊ iteꝝ Co/
rin. x. Nemo qđ suū est querat: sed qđ alteri
us. Hoc ip̄m ostendit in exemplari figura.
hoc est in semetip̄o cū. i. Corin. x. di. Omni
bus per oñia placeo. nō q̄rens qđ mihi vti
le est sed qđ multis. Tertia opera nostra de/
bent esse difficilia vt ex hoc corā deo nr̄ affe/
ctus ⁊ deuotio cōprobetur. Nā debilia ⁊ in
firma opera deo nauseam ꝓuocant ⁊ nostra
in eis apparet tepiditas. aqua nos excutere
dñs desiderat cū per Esa. xxxv. dicens. Con
fortate man⁹ dissolutas ⁊ genua debilia ro
borate. dicite pusillanimes ꝯfortamini. ⁊ a/
pl'us Hebre. xij. Curramus ad ꝓpositū no/
bis certamē aspicientes in auctorē fidei ꝛc̄.
⁊ subiūgit. Recogitate eū qui talē sustinuit
a peccatorib⁹ adnersum se ꝯtradictionez: vt
nō fatigemini animis vestris deficiētes. nō/
dum eñ vsq̄ ad sanguinē restitistis aduer
sus peccatū pugnātes. qui dñs iesus ꝓpter
passionis difficultatez in agonia prolixius
orans q̄si guttas sanguīs sudauit. et ad hoc
ydoneū exemplar taliter agētes non impro
peret nobis dñs illud Hiere. xlviij. Nec iu
xta qđ poterat conatus est facere. Q si dixe
rimus illud Prouer. iiij. Vires ñ suppetūt

Respondetur qd̄ ibidem subditur. Qui in
spector est cordis ipe intelligit: ⁊ obseruato/
rem anīe tue nihil fallit: qꝛ si corpus asuetū
delicijs recalcitret ⁊ remurmuret: tu age ꝓ
temetipo. ⁊ sicut dicit̄ eccle. xlij. Seruo pes/
simo latera sanguinare. De his tribꝫ cōdi/
tionibꝫ operū seip̄m ponit apl̄s in exemplū
dicens ad Thessa. Ipsi scitis frēs quō vos
oporteat imitari: neqꝫ enim panem gratis
manducauimꝰ: sed in labore ⁊ fatigatiōe no
cte ⁊ die fuimus opantes: vt nosmetipsos
formā daremus vobis. ¶ V ¶ Scd̄o cor/
poralis exercitatio habet fieri in maloꝝ relu
ctatione: in qua iteruꝫ paulus seip̄m nobis
ꝓponit in exemplū volens vt ip̄m in hoc imi
temur. sic em̄ dicit Gal. iij. Continuo nō ac
quieui carni ⁊ sanguini ⁊c. Hoc autē mem
brū sicut ⁊ primū iteꝝ in triplici differentia
exercetur ꝑm ꝙ a tribꝫ hostibus crudelissi/
me impugnamur: scꝫ a carne mūdo dyabo
lo: quibꝫ in labore ⁊ sudore est fortissime resi
stendū. dicentes singulis cū nos impugna
uerint illud Cañ. v. Laui pedes meos. quō
iterū coinquinabo eos? Q aūt his tribus
sit viriliter resistendū: ptꝫ per singl̄a discur/
renti. Nā de carnis impugnatōe dicit̄ Ro.
viij. Si ꝑm carnē vixeritis moriemini. De
scd̄o hoste mundo vicꝫ dicitur Josue. xxiiij.
Si volueritis haꝝ gentiū adherere errori/
bus ⁊ cū eis miscere cōnubia atqꝫ amicici/
as copulare. iam nūc scitote ꝙ dn̄s deus ve
ster nō eas deleat: sed erūt vobis in foueam
⁊ in laqueū ac in offendiculū ex latere vr̄o ⁊
sudes in oculis vestris donec vos disperdat
De tertio hoste dyabolo vicꝫ dicit̄. i. Pe. v.
Fratres sobrij estote: vsqꝫ. cui resistite for/
tes in fide. De his tribus generaliter dicit̄
Math. Non esto ꝯsentiens aduersario tuo
dum es in via cū eo. De his tribꝫ hostibus
in speciali dicit Bern. Tres hostes habemꝰ
precipuos ⁊ precipiciū persuadentes scꝫ car
nem mundū ⁊ dyabolū. Ex qnibꝫ duo et si
aliqn̄ intermittūt: nunqꝫ tn̄ penitus dimit
tunt. Tertius aūt id est dyabolus ita inexo/
rabili odio aduersum nos cōiurauit: vt nū/
qꝫ ab eo inducias ad momentū vel ad ictuꝫ
oculi obtinere valeamus: sed mille nocēdi
artibꝫ corda hoīm temptare nō cessat. His
tribus hostibꝫ viriliter paulus restitit: quē
pro nr̄is viribꝫ sequamur. di. ad Gal. Qui
christi sūt carnē suā crucifixerūt ⁊c. de scd̄o
. i. Corint. Qui vtūtur hoc seculo sint tanqꝫ
nō vtant̄: ⁊ ad Ro. xij. Nolite ꝯformari hu
ic seculo. de tertio dicit̄ ad Ephe. vi. Indui
te vos armaturā dei: vt possitis stare aduer
sum insidias dyaboli. ¶ Z ¶ Tertio corpa
lis exercitatio agit̄ in aduersoꝝ perpessione
per quā om̄es exercent̄ qui deo placere cupi
unt in hac vita. iuxta illud Eccle. ij. Fili ac/
cedens ad ꝑuitutē dei sta in timore ⁊ prepa/
ra aīam tuā ad temptationē. cui ꝯsonat esa.
lix. Qui recessit a malo p̄de patuit. quia si
cut Judic. xiij. dicit̄ omnes qui placuerūt
deo ꝑ multas tribulationes fideles transie
runt. hinc angelus dixit ad thobiā: quia ac/
ceptus eras deo necesse fuit vt temptatio ꝓ
baret te. ideo dn̄s de paulo dixit Actu. viij.
qꝛ vas electionis est mihi iste: ego ostendaꝫ
ei q̄nta oporteat eū pati ꝓ noīe meo. Et q̄re
hec omnia? Quia sicut ibidē dicitur. xiiij.
per multas tribulatiōes oportet nos intra
re in regnum dei: ⁊ ideo vt in eodem regno
gloriosius apareamus. om̄es tanqꝫ filij fla
gellamur. qd̄ cum ita sit. Sciendū ꝙ casti/
gationes ꝑm diuersitaiē statuuꝫ electis dei
inferūtur. iuxta illud Mat. xxv. Dedit vni/
cuiqꝫ ꝑm ꝓpriā virtutē. vn̄ aliter incipientes
aliter ꝓficientes. aliter vero ꝑfecti tribulati/
onibꝫ exercentur. Et est ratio. Cū em̄ ꝑm gre
goriū electoꝝ sit bona facere ⁊ mala perpeti
⁊ bona nostra sint vilia ⁊ penitus q̄si nulla
oportet vt mala sufferant̄: vt qd̄ minꝰ est in
opibus: passionibꝫ suppleat̄. Cū ergo pau/
lus statū ꝑfectiōis tenens nūc in passionibꝫ
sicut prius in actionibꝫ se prebeat in exem/
plum: expedit vt tales passiones hic ponan
tur: que ꝑfectiori statui cōgruere videantur
¶ A ¶ Que videlicet passiōes in triplici dif
ferentia ꝯtinent̄. Quicūqꝫ em̄ ad exemplū
pauli citra ꝑfectionis statuꝫ misericorditer
suut ꝓmoti triplicē sistinent passioneꝫ. Ca/
stigantur em̄ ex ꝓprie vite insufficientia. mū
di displicentia ⁊ dei absentia. Primo dico
castigant̄ grauiter ex ꝓprie vite insufficien/
tia. Cū enim ad placendū deo tam vehemē
ti desiderio inardescant: vt q̄ntūcūqꝫ bona

In conversione pauli.

faciant respectu eorũ que desiderant se esti-
ment penit⁹ nil fecisse. euanescũt oĩa q̃ faci-
unt respectu eoꝝ q̃ faceer ꝯcupiscũt. Et hec ẽ
p̃cipua cã ꝓpter quã oẽs sancti se iudicant
inutiles ⁊ penitus nihil esse: qui solas negli
gentias suas graues reputant: ⁊ bona q̃ faci
unt nihil curãt. Hic paulus stetisse estimo
cũ dicebat Phil. iij. Que retro sunt oblit⁹
ad ea q̃ sunt priora me extendo. hic iacobus
fuisse reor cũ in canonica sua. iiij. dicit. Que
est em̃ vita nr̃a vapor ad modicũ parens. de
his ⁊ similib⁹ dicit p̃s. Pro nihilo saluos
facies illos. ac si dicat. Qui p̃ nimio deside-
rio nihil se facere reputãt: imo seip̃os nihil
esse iudicant. hi tales ꝓ suo beato nihil secu
rissime saluant̃. Scd̃o affligũtur ex mundi
displicentia. quanto em̃ ampli⁹ apud deus
ꝓficiunt: tanto magis mũdus ⁊ om̃ia que
in eo sunt abominabilis erit eis. Hic paul⁹
stetit veraciter cũ dixit Gal. vi. Mihi mun
dus crucifixus est ⁊ ego mundo. B
Qd̃ adhuc tã in figura q̃ in scriptura eui-
denter oñditur. In figura Ezech. i. cũ dicit̃
Quocunq̃ ibat spirit⁹ illuc eũte spũ ⁊ ro-
te pariter leuabant̃ sequentes eum. Quid
per spũm nisi spũalis vita. ⁊ quid per rotas
nisi tribulatio accipit̃: que vitã spũalem se-
quitur siue deficiat siue crescat. Idem ostẽ-
ditur ꝑ scripturã. Dicit em̃ Gre. Quanto
quisq̃ altius ꝓfecerit: tanto in hoc mundo
inuenit qd̃ durius portat. q̃ cum a p̃nti se-
culo mẽtis nostre delectatio deficit: eiusdem
seculi aduersitas crescit. Tertio castigãtur
ex dei absentia. q̃nto em̃ amplius ex dei pre-
sentia delectantur. tanto ei⁹ absentia cruciã-
tur. Hinc ꝑ Osee. ix. dicit deus. Te eis cum
recessero ab eis. de quo ve dicit Bern. Ani-
ma q̃ semel a dño accepit intrare ad semet-
ip̃am ⁊ in intimis suis dei p̃ntiam suspira-
re. nescio an vel ip̃am iehennam experiri ad
tempus horribilius penali⁹ ve ducat: q̃ post
spũalis studij hui⁹ gustatã semel suauitatẽ
exire denuo ad illecebras et molestias car-
nis. De his trib⁹ corpalibus exercitijs scz
bonorũ opatione. maloꝝ reluctatiõe. aduer
sorũ perpessiõe gloriat̃ apl̃s. ij. Corin. xi. di-
cens. In laboribus plurimis. in carceribus
abundantius. in plagis sup̃modũ. in mor-
tibus frequenter ⁊c̃. que longo sermone ꝓ-
sequitur. que nos miseri culices vix audire
possumus nominare ⁊c̃.

XX. De eodem sermo tertius.

Flecto genua
mea ad patrẽ dñi nostri iesu
ex quo om̃is paternitas in ce
lo ⁊ in terra nomiatur. vt det
vobis s̃m diuitias glorie sue virtutẽ corro-
borari ꝑ spũm ei⁹ in interiori hoĩe Ephe. iij.
C Dicit Bern. Quãtũlibet te afflictes
q̃ntũlibet te crucies. nõ dabit tibi copiaꝫ sui
qui dñs virtutũ dicit̃. nisi fueris virtutib⁹
adornat⁹. ac si ambo dicant. Priora exerci-
tia nihil valent nisi virtutib⁹ adiuuentur ⁊
hoc est qd̃ alibi ait apl̃s. Corpalis exercita-
tio ad modicũ vtilis est. pietas vero ad oĩa
valet. q̃ videlicet pietas consistit in interio-
ribus virtutib⁹. iõ hortando orat apl̃s ⁊ orã
do hortat̃ vt p̃dictis exercitijs virtutes ad-
iungantur: eo q̃ priora nullaten⁹ acceptent̃
nisi virtutib⁹ adornent̃. q̃ sicut aĩa est pre-
stantior corpe. sic bona aĩe sunt corpalibus
meliora. Dicit ergo. flecto genua mea. ac si
dicat. Quia om̃is gl̃a regis abint⁹: oro ad
deũ vt s̃m diuitias gl̃e sue bonis corpalib⁹
(de quibus in prioribus dictũ est) bona spi-
ritualia q̃ sunt virtutes aĩe supaddat. Et
licet paulus qui nobis ad imitandũ ponit̃
in exempluꝫ virtutib⁹ oĩbus abundaret. de
tribus tñ eius virtutib⁹ scz caritate. humili
tate ⁊ benignitate. q̃s excellenter habuit dis
seremus que in ei⁹ vita tanq̃ gemme in au
ro gloriosissime refulgebãt. Nam de sua ca
ritate ip̃e de se dicit ad Ro. viij. Quis nos
sepabit a caritate christi. tribulatio ⁊ angu-
stia. an fames. an nuditas. an periculum. an
gladius. ⁊ subiungit. Certus enim sum q̃
neq̃ mors neq̃ vita neq̃ angeli neq̃ prin
cipatus neq̃ virtutes neq̃ instantia neq̃
futura neq̃ fortitudo neq̃ altitudo neq̃ ꝓ-
fundum neq̃ creatura alia poterit nos sepe
rare a caritate dei que est in christo iesu. De
quo verbo dicit augustin⁹. Nimis dolendũ
ait Sicut deus pr̄ mīa motus dedit nobis filiū sic idē filius om̄ia sua opa in mīa consummauit ꝓpter quod nō solū micors dicitur s̄ mīa anthonomatice noīatur. vñ p̄s. Deus meus mīa mea ꝛc̄. De q̄ adhuc dicitur Esa. xvi. prepabit in mīa soliuz eius scz homīs. Cui gr̄e si nos dignos cupimus exhibere oportet vt pñtem vitā tanq̄z aduene pagamus. dignum quippe est vt qui ciues sanctoꝝ ꝛ domestici dei scripti sunt in celis tanq̄z aduenas ꝛ pegrinos se exhibeāt sup terrā. quēadmod̄ hortamur. j. pe. ij. vbi d̄r. Obsecro vos tanq̄z aduēas ꝛ pegrinos abstinere vos a carnalibꝫ desiderijs. Septīo exhibuit nobis deus septimaz miscd̄iam in spiritussancti missione ad nr̄am sanctificationē ꝛ ad oēs priores miscd̄ias feliciter cōsumendas. de qua d̄r eccle. ij. In oblectatione veniet vobis miscd̄ia hoc est spūssanctꝰ qui cū sit sup mel dulcis delectat aīaz Spiritus em̄ sancti missio nō modicū cor delectat. de hac miscd̄ia adhuc d̄r lu. j. Per viscera miscd̄ie dei nostri vi. nos ori. exal. Ad quā miscd̄iam si digne cupimꝰ suscipi studeamus sp̄ pati ꝛ prepati inueniri. vt cum spūssanctus spirauerit patos nos inueniat. om̄i hora expansos sinus hñtes ad gratiam suscipiendam cum spūi placuerit nos miscd̄iter visitare. qd̄ etiā bern̄ monuit dicens. Licet spūssanctū accipere non sit in arbitrio hominis conātis s̄ in gratia donātis hominis tñ est iugiter preparare cor. volūtatē expediendo ab affectionibꝫ alienis. rationē ꝛ intellectū a solicitudinibꝫ. memoriā a negociosis nōnūq̄z etiā a nccīijs occupationibꝫ. vt in die bona dñi ꝛ in hora beneplaciti eius. cū audierint vocē spiritus spirantis ꝯtinuo ꝯcurrant sibi ꝛ cooperentur in bonū. De his septē miscd̄ijs dicit Bern̄. Secunduz altitudinē celi a terra corroborauit miscd̄iam suā sup timētes se. de his adhuc dicit bern̄. Electi dei ꝯsiderantes dei misericordias sentiūt sup se tanq̄z cumulū misericordiarū quantū est spaciū inter celum ꝛ terrā. ¶ F ¶ Secundo dicendū est de misericordie ꝑticipatōe. hoc est quibꝫ iste mīe ꝓueniāt ad salutē q̄ licet q̄ntū in se est mille vt ita dixerī mdis siue seculis sufficerēt. nō tñ dignos se om̄es hoīes exhibēt vt has miscd̄ias ꝯsequātur. qꝛ reuera pauci saluātur. qd̄ tanq̄z tonitruū esset ab om̄ibꝫ audiēdū. Sūt aūt tñ tria gn̄a hominū quibꝫ ad suā saluatōz debētur mīe sup̄dicte. scz vere penitētibꝫ ꝓximis ꝯpatiētibꝫ ꝛ fiducialiter sperātibꝫ. De pr̄is d̄r sapie Miserus ē dñs penitētibꝫ De scd̄is d̄r mat. v. Beati misericordes. De tercijs dic̄ p̄s. Miserere mei deus miserere mei Quare? Quia in te cōa. mea. Prima g̃ mīa debet̄ ꝟe penitentibꝫ Dicit augꝰ. Si tu cognoscis ego ignosco. qd̄ ex ꝑsona dei dicit. Ob missis g̃ infinitis malis q̄ ex peccatis incurrimus tñ tria ponemus q̄ in euāgelio tangūtur. cū lu. d̄r. homo quidam descen. de iherusalē in ie. ꝛ incidit in latrones ꝛc̄. In quibꝫ ꝟbis tria mala tangūtur. Primuz malum est spoliatio. Hō em̄ qui in statu gr̄e positus est ciuis iā in hierl̄em ascriptus est. ab illo statu descēdit in iericho. i. in mundanū statū plenum pctis. incidit in latrones mortl̄iū pctōꝝ. q̄ primū spoliant eū oībꝫ bonis datis acquisitis ꝛ ꝑticipatis. Datis ꝑ sacramēta eccle acquisitis ꝓprijs laboribꝫ ꝛ ꝑticipatis a cristo ꝛ eccīa. his om̄ibꝫ denudat̄. vñ iere mie. Egressus est a filia svon oīs decor eius. secundum malū est in naturalibꝫ vulneratō. q̄ ꝯsistit in bonoꝝ naturaliū debilitatiōe. que sunt ꝓnitas ad peccandū. difficultas ad resistendum ꝛ pusillanimitas ad sufferēduz q̄ om̄ia ex predictis amplius infirmantur vñ p̄s. Miserere mei qm̄ infirmus suz ꝛc̄. Terciū maluz est seminui relictio. Ille āt d̄r seminuiuus qui mal̄ viuit ꝛ bonis mortuus est sic̄ sunt oēs pctōres ꝛ talis statꝰ inter oēs pessimꝰ est nā ad malū satis esset vt q̄ bonis mortuꝰ esset ꝙ etiā malis mortuus esset vel si malis viueret etiā bonis viueret nūc aūt malis viuimꝰ ꝛ bonis mortui sumꝰ ideo talis status pessimꝰ est. quē si aptis oculis clara luce ꝟitatis ꝯgnoscere incipimꝰ nisi sumus insensibiles ad pn̄iam p̄param̄ Scd̄o mīa debet̄ ꝓximis ꝯpatiētibꝫ math. v. vt sup̄. Bti micordes. Tercio mīa debet̄ fiducialr̄ sp̄antibꝫ. vñ iere. Bñdictus hō q̄ ꝯfidit in dño ꝛ erit dñs fiducia eius ꝛc̄. de quibꝫ plura vide in alijs s̄monibꝫ. Terciū

De scā Agatha.

principale iuxta primā diuisionē est dicere de dantis largitate designata per hoc quod dr̄ in medio tēpli tui. Ad hoc eniz in medio tēpli oblatus dr̄. ad insinuandum q̄ nullū transeat nulli se deneget. s̄ q̄ntū in eo est sinū miscdie omib̄ apiat. et hoc est qd̄ petrus actuū legitur dixisse. In veritate ꝯperi. qr̄ nō est acceptor ꝑsonarū deus. vsq̄z hunc exaudit. ꝓpter qd̄ etiā qñ de loco agitur deus semp̄ legitur in medio extitisse. Nā in carne natus in medio duū animaliū est in presepio reclinatus. ad tēplum veniēs in medio est oblatus. cruci affixus. in medio latronū est collocatus ⁊ resurgēs a mortuis in medio discipulorꝫ apparuit. Ad quid hec om̄ia nisi vt nobis insinuet q̄ ad miscdiam largiendā om̄ib̄ pateat. om̄ib̄ se exhibeat. ⁊ hoc est qd̄ pater dicit ad filiū ꝓuer. Diruent̄ putei tui foras ⁊ in plateis aquas tuas diuide. hinc est q̄ in can. dictus est flos cāpi. eo q̄ om̄ib̄ pateat om̄ib̄ se exhibeat iesus cristus dominus noster ⁊c̄.

XXVIII De btā agatha. s̄mo. I

Gratia super gratiam mulier sancta eccle. xxvi.

Hec Dicit Gre. Quid inter hec nos barbari dicimus. qui ad regna celestia ire per ferrū puellas videmus. q̄ si adipisci regna celorꝫ per bella ꝑsecutōm nō possum⁹. hoc ip̄m turpe nobis sit q̄ deū nolumus saltez per pacē sequi. Ecce nulli nostrū modo dicitur. ꝓ me morere. s̄ tm̄ inte illicita desideria occide. In verbis ergo ꝓpositis hec sancta virgo ⁊ martir agatha a triplici gr̄a cōmendatur. scz a virginitate. passionis acerbitate. vite sanctitate. Primū ibi gr̄a. scdz ibi sup̄ gratiā. terciū ibi mulier sancta. Ex hac triplici gr̄a meruit a deo triplici aureola coronari. Nam pro virginitate vnam. ꝓ passione scdam. ꝓ vite sanctitate q̄ ꝟbo ⁊ exemplo deū docuit ⁊ predicauit terciam aureolam est adepta ⁊ hec pauca de hac virgine dicta sufficiāt. Prosequētes s̄monē quibus exercitijs ip̄am virginē imitemur vt ī hac via ⁊ vita ei saltē tenuiter ꝯformati in regno celorꝫ eius ꝯsortio ꝑfrui meream̄. Verū qr̄ pauci eā in prima gr̄a imitātur. pauciores in scda. saltē in tercia scz vite sanctitate ip̄am quātū possumus imitemur. quod etiā ex ip̄ius nomīs interp̄tatōne facere cōmonem̄. dr̄ eī agatha ab agios. qd̄ ē scā ⁊ theos qd̄ est deus. inde agatha quasi sancta dei q̄re merito eā imitari debemus. Naz ad hoc dirigit nos deus. di. deute. Sancti estote qm̄ ego sanctus sum. ¶ I ¶ Sunt autez sex genera exercitiorꝫ que nos sanctos efficiunt. quorꝫ tria ponit crisꝰ. in legenda huius virginis. scz cordis mundicia. bonorꝫ operꝫ sufficiētia. spiritussancti pñtia. reliq̄ tria ponit bern̄. di. Tria sunt q̄ nos sanctos efficiunt. vicz victus sobrius. actus iustus ⁊ sensus pius. In his sex exercitijs om̄is act⁹ iusticie ꝯtinetur ⁊ totus status homīs includitur ⁊ ideo qui in his sanctificatus fuerit erit sine dubio tot⁹ sanctus. Prīo ergo sanctificemus nos per cordis mundiciam purgantes cor nr̄m ⁊ scopantes ab oīb̄ immūdicijs ⁊ feditatib̄ peccatoruz. qd̄ cū ad plenū factū fuerit erimus sine dubio sancti. si tñ nihil de ꝯtingētib̄ obmittamus. qd̄ facere monemur deute. xxij. vbi dr̄ Sint castra tua sancta ⁊ nihil in eis appareat feditatis. insinuans in his ꝟbis. q̄ ex sola mundicia si in nobis plantata fuerit sine dubio sum⁹ sancti hinc. ij. corin. vij. di. Mūdem⁹ nos ab omni inquinamēto carnis ⁊ spūs. ꝑficientes sanctificatōnē nr̄am in timore domī. Quō autē mundari debeamus docet nos Bern̄. sic di. Ascendat homo tribunal mentis sue. vt audiat causaz preterite vite sue. Assit accusatrix ꝯscīa. testis mēoria. ratō iudex. timor carnifex. et quicquid inuentū fuerit in quib̄ deū offendimus ꝑ cordis ꝯtritionē ꝯteratur. per oris confessionē exhauriatur ꝑ satisfactionē deleatur ⁊ ꝑ resistentiā similib̄ resistatur ⁊ his omnib̄ firmū ꝓpositū adiūgatur. hoc tamdiu ꝯtinuātes quousq̄z spūssanctus affectū nr̄m in aliud gen⁹ deuotōis trahat. in gr̄arꝫ vicz actionē. Ip̄a enī gr̄arꝫ actio ⁊ vox laudis cū ex intimo affectu ⁊ cū ex iudicio ratōis agitur signū est remissionis pctōrꝫ. Unde cū anxia pnīa in iocundam deuotionē gr̄arꝫ actionis ꝑmutata fuerit. hec mutatio dextre excelsi certissimū signū est q̄ oīa peccata nr̄a adeo nobis

liberaliter sint dimissa ex q̄ remissione iam veraciter sumus sancti. ¶ K ¶ Scd̄o sanctificemus nos per bonoꝝ sufficiētiā precipue ⁊ añ oīa illa faciētes q̄ facere cogimur ex p̄cepto. Nam q̄ cadūt sub p̄cepto vtpote legalia de necessitate sunt salutis. ip̄a eī sanctificāt nos pre ceteris dicēte dño leuit. xx. Sanctificamini ⁊ estote sancti. qm̄ ego sum dñs deus vester. In quibꝰ aūt sanctificari debeamus statī subiūgit di. Custodite p̄cepta mea ⁊ facite ea q̄ ego sum dñs deus qui sanctifico vos. ac si dicat. Vos facite ip̄a opa ⁊ ego sanctifico vos. Ut spemus sanctificari nō ex opibꝰ q̄ fecimus nos. s̄ a deo. et q̄nto ip̄a opa fidelius agimus tanto ip̄e deus amplius nos sanctificat. ꝓpter qd̄ cū summa diligētia studendū est vt opera q̄ debētur deo fideliter pagātur. q̄ vt ait q̄dam. plus meremur aduerbijs q̄ nōibus hoc est plus meremur de bñfctō ope q̄ de bono. et hoc est qd̄ di. ꝓuer. ij Qui fideliter agūt placēt deo. sic ecōuerso displicent qui faciūt negligēter iuxta illud iere. xx Maledictus qui facit opus dei fraudulēter siue negligēter. Cum aūt fideliter ⁊ feliciter agimus. si ip̄a nr̄a opa cū diligētia attētiōe ⁊ fideli intētōne dño offeramus. vt per diligentē attētionē oēs sensus ⁊ corpis mēbra ad opus dei ꝯuocemus. cōuocatos adunemus qd̄ facere monemur Eccl. xxx vbi dr̄. Contine ⁊ cōgrega cor tuū in sanctitate et ibidē li. Congregate vos in domū discipline. vt dicatur de vobis v̄raciter illud ꝓuer. ix. Sapīa vocauit ācillas ad artez. hoc ē s̄m glo. sapiēs deuotio vocauit ancillas. i. sensus corpis ⁊ affectus aīe ad artē. i. summuz conatū. Sic etiā opa nr̄a p̄ fidelem intentionē dñt in solum deuz ordinari videlicz vt ip̄a intentio deū ponat in omnibꝰ q̄ agimꝰ fundamentū qd̄ enī sup̄ aliud q̄ sup̄ deuz edificatur transit cū suo fundamēto. quod aūt ꝓpter deū agitur et sup̄ deū ponitur qui eternus est cū deo p̄manet in eternū. hic eccle. Fundamēta eterna supra petrā solidata. petra aūt erat xp̄s. vnde apl̄s fundamētū aliud nemo ponere pōt q̄ qd̄ positu est xp̄s iesus. Tūc aūt opa nr̄a per fidelem intentionē in solum deū ordinamus cū om̄ia que agimus ad laudem ⁊ gloriā suam facimus. nihil aliud ex om̄ibꝰ que agimus intendentes. Ad qd̄ hortatur apl̄s di. Omnia que facitis ad gloriā dei facite Sūt em̄ quoꝝ simplex nō est oculus. intentōis oc̄lm in aliud q̄ in deū nequiter obliquātes. ⁊ hi tales recipiūt hic mercedem. ¶ L ¶ Tercio sanctificamur p̄ spūssancti p̄ntiam. qui licet in prima ⁊ scd̄a sanctificatione necessario nobiscum fuerit. eo q̄ nihil boni facere possumus sine ip̄o. hic tamē singularē post predicta ponimus eius p̄ntiā. q̄ hic in propria virtute. hoc est in sua dulcedine datur nobis. Datur aūt ꝓpter duo scz ad ꝯsolationē ⁊ ad virtutū plantationez. Nobis dat ad ꝯsolationē. q̄ post cordis purgationem ⁊ bonoꝝ op̄m multiplicationez infunditur ad eius dulcedinē degustandam. vt quem prius in opibꝰ faciendis habuimus auxiliatorē. nūc habeamus ꝯsolatorē ne sentientes solū laboris fatigationē ⁊ nō spūs ꝯsolationē sub onere opprimamur Est aūt hec eꝰ ꝯsolatio. q̄ vt ait apl̄s. Spūssanctus p̄bibet testimoniū spiritui nr̄o q̄ filij dei sumꝰ q̄ si filij ⁊ heredes ⁊ sic in hac graciosa attestatione in hac vita de filiatione ⁊ in futura vita de hereditatis assecutōe misc̄diter cōsolamur vt s̄m apl̄m habeamus sanctificationē vite eius que nūc est finē vero vitam eternā. Datur etiā spūssanctus ad v̄tutuz plantationē. nam ex dei p̄ntia deū cognoscimus. ex cuius ꝯgnitione necessario ꝯsequimur caritatē Nēo eī pōt eū ꝯgnoscere ⁊ nō amare. p̄ eius v̄o absentiā nosip̄os ꝯgnoscimus ⁊ inde humiliamur qui em̄ veraciter se cognoscit necessario consequitur hūilitatē. q̄ tūc nr̄e vtilitates ⁊ miserie in lucē prodeunt absente deo. ex quoꝝ intuitu vsq̄ in puluerē humiliamur. Ex intuitu ergo dei habebimus caritatē. ex nr̄o vero hūilitatez nā ex eius p̄ntia amamus. ex eius absentia humiliamur. In hac alteratōe stetit psal. cū dicebat. Ego mēdicus sum ⁊ paup̄: dñs solicitus est mei. nā in eo q̄ se respexit. hūiliatus dixit. Mendicus sum ⁊ paup̄. inde aūt fugiēs ⁊ deū respiciēs. ꝯsolatꝰ ⁊ in spē subleuatus dixit. dñs solicitus est mei De bis di. augꝰ. Dñe deus meus si nō attēde

XXIX

rem miſeꝛiaꝝ tuaꝝ.mee miſerie me pertra/
hꝛent in deſperationis abyſſum .¶Hic gre.
Adeſt ſpūſſanctus vt ſubleuati deum ame
mus.abeſt vt cognoſcētes noſtrā miſeriaꝫ
humiliemur.ſcimus aūt, q̄ ſine caritate ⁊ et
humilitate nō eſt ſalus.¶Hinc Beꝛn̄. Qui
in ſpiritu ambulat nequaq̄ in vno ſtatu p̄
manet.nec eadem ſemp̄ facilitate proficit
nō eſt in homine via eius.ꝫ quēadmodum
ei ſpūs moderatoꝛ diſpenſat prout vult.nē
ſegnius nūc alacrius.que retro ſunt obliui
ſcitur ⁊ ad anteriora ſe extendit.ergo cuꝫ te
coꝛpoꝛe vel accidia affici ſentis.noli ꝓpter ea
diffidere aut deſiſtere a ſtudio ſpirituali.ꝫ
iuuātis require manū trahi te obſecrās do/
nec denuo ſuſcitante gr̄a factus promptioꝛ
alacrioꝛ curras quādiu eſt gratia.ſic delcrā
te in ea vt nō exiſti mes te donū dei iure he/
reditario poſſidere.ne ſubito cuꝫ retraxerit
manū ⁊ ſubtraxerit donū tu animo ꝑcidas
factus triſtioꝛ q̄ oꝑtet.q̄ hec alteratio ſpi
ritus venientis ⁊ recedētis nō agitur in no
bis ad noſtrā inſipientiam.ꝫ ad dei in no/
bis edificandam ſapientiaꝫ.nō ad dei indi
gnationē.ꝫ ad nr̄am ꝓmotionē q̄ foꝛſitan
plus ꝓficim⁹ in gr̄e ſubtractōe quaꝫ in ſue
p̄ſentie ꝓſolatōe.¶Nam q̄ntū nobis deuoti/
onis accreſcit ex ſpūs p̄ſtia in dilectionis
ꝓmpta q̄patōe.hilari iubilatōe.ſublimi cō/
tēplatōe.q̄ oīa in puluerē reuertētur cuꝫ
ſpūs non ſpiraverit.tūc in ſubtracta gr̄a ac
creſcit nobis de dei timoꝛe duro laboꝛe.an/
gꝛietans hoꝛꝛoꝛe.impatiēti languoꝛe.ꝓfun/
da ſuſpiratione ⁊ ſic de aliis.ex quibꝫ omni
bus in ſubtracta gr̄a ſpūſſancti pl⁹ mereꝝ.
ꝫ er p̄ſtia eiuſdem ꝓſolemur. Et q̄ diffi/
culter creditur q̄ ſubtracta gr̄a plus vtili/
tatis ꝓferat quā hꝛa.ecce ad manū eſt ſnīa
beꝛn̄.di. Deus ⁊ ſi iuſtis nō deſit ad meri/
tū.plerūq̄ tūc abeſt ad ſolatiū.illud vtilius
iſtud iocūdius.et ſubiūgit.hētur igit ⁊ la/
tet dū ſenſum coꝛdis mūme tāgit illa ſuaui
tas hꝛa ꝫ abdita nec ex hoc deꝛimētū acci
piet aīa ſancta ſi tū vere deū diligit.q̄ mo/
rā faciente ſponſo.nō tū cū fatuis virgini/
bus doꝛmitat ꝫ crebris ſuſpiriꝫ ercitata.ꝑ
fundis gemitibus exagitata impatiēti lan
guoꝛe diſſimulare nō valet.meſticiā coꝛdis
nec eandem abſcondere q̄ creſcendo ꝓtus
aduꝛit.et ideo aīa deuota ex hiis multum
meritū congregat ⁊ ꝓficit velxmēter.¶ Juſte aūt ſpiritū ſanctū in medio iſtoꝝ ſex
exercitioꝝ poſuimus tanq̄ oīa ordinantē
viuificantē ⁊ oīa facientē ſicut coꝛ in me/
dio coꝛpis poſitū eſt.q̄ nulli opus ꝓſpera/
bitur admerendum q̄ ſancto ſpū nō iuua
tur.q̄ ēm coꝛ facit in coꝛpe hoc ſpūs in ope
re.et ſicut coꝛpus nō viuit ſine aīa.ſic nul/
lum opus ſine ſpū. Unde ſicut per euꝝ oīa
colligūtur ſic ſine eo oīa defluūt ⁊ in nihilū
redigūtur.ipe ēm ſpūſſanctus vt ait Beꝛn̄.
eſt omnipotēs artifex creās hominis ad de
um bonā voluntatē dei ad hominē faciens
ꝓpiationē.formans affectionē.dās virtu/
tem.proſperans opationē.agens oīa foꝛ/
titer ⁊ diſponens oīa ſuauiter.et ſubiun
git.¶Doīes docet deū querere.angelos ado
rare.ſolus ipe ſpūs eſt qui docet inuenire
hte ⁊ frui.ipe tūc eſt ſolicitudo bñ querētis
⁊ in ſpū pietatis ⁊ viras adorātis.ſapiētia
inuenientis.amoꝛ habētis.et gaudiū fruen/
tis. Quē vicꝫ ſpiritū ſanctū hec oīa bona
facientē ſi cupimus hte domeſticū ⁊ inha/
bitantē in nobis.oīa nr̄a interioꝛa ⁊ exte/
rioꝛa ſub cenſura diſcipline deuoniſſime cō
ponamus nihil omnino admittētes q̄ de/
oꝛ ſpiritui aduerſetur.q̄ vt dꝛ ſap̄.j. Spi
ritus ſanctus diſcipline effugiet fictū et au/
ferr ſe a cogitatōibꝫ que ſunt ſine intellectu
quod exponēs Beꝛn̄.di. Et ſi repellere a ſe
ſpiritum ſanctum nō eſt in voto cogitātis.
fit tū ex culpa negligentis vt ſpūs diſcipli/
ne merito ſe auferat a cogitationibꝫ q̄ ſunt
ſine intellectu.et ideo q̄ prioꝛa ꝓmercia ſan
ctiſpūs expiri deſiderat.ſe ab oībꝫ cuſtodiat
q̄ eidem ſpūi aduerſari ꝓſiderat.adiuuan/
te ieſu criſto ⁊c.

XXIX. De eodem. ſmo nonus

Ergo cogitat
q̄ dñs ſūt vt ſit ſcā coꝛpe ⁊ ſpū.i
coꝛ.vij.¶ Audi.gre. Aīa ſine delcrātōe eē
ñ poterit. Aut ei delcrābit in infimis ⁊ caꝛ
ſuꝑmis.aut in ſummis ⁊ ꝓtemnit infima.
Expedita ergo in precedenti ſermone ſan/
ctitate interioꝛi que per coꝛdis mundiciam

spiritualiū opm sufficientiā. spūssancti pñ-
tiam est fideliter acquisita. nūc ad eandem
sanctitatē perfectius possidendaz alia sunt
exercitia adducenda que in exteriori ꝯuer-
satione nos sanctificāt vt fiat qd scribit in
apo. Qui sanctus est sanctificetur adhuc.
In vbis ergo ꝓpositis tria tangit apostol⁹
scz statū excellentē. actū ꝯpetentē. finē con-
gruentē. Primū ibi virgo. Virginitas eī
in om̄i statu excellentior est. scdm ibi cogi-
tat. in quo tangit actū tali statui ꝯpetentez
Virgines em̄ que a debito maritali ⁊ a cu-
ris seculi per om̄ia sunt solute merito cogi-
tare debent que sunt dei vt sicut ꝯiugate ex
vinculo maritali cogitare ꝯpelluntur vt vi-
ris suis placeāt. sic virgines deo dicate intē-
dere debent quō placeāt deo spōso suo. Ter-
ciū ibi vt sit sancta ⁊ corpore ⁊ spiritu in q̄
tangit finē ꝯgruentē. Ad hūc ergo finē om-
nes sacre virgines. cogitationes. locutiōes
⁊ ōpa debent dirigere. vt sint sancte. qui ꝓpe
quoꝝ sponsus sanctus est. a quo nullaten⁹
in thoꝝ maritalem assumūtur. nisi ⁊ ipe si-
militer fiant sancte. Qd etiaz ista gloriosa
virgo de qua nobis est ſmo agatha vicz de-
uotissime studuit adimplere que res corp⁹
⁊ animā posuit vt posset placere deo. et pla-
cuit sicut signoꝝ ⁊ miraculoꝝ euidentia cō-
probauit. que vsqz in finē seculi deus ꝑ eaz
⁊ ꝓpter eā exhibebit ⁊ exhibuit clarificās eā
toti mundo vt ex hoc innotesceret quāta de-
uotione studuit vt corpore ⁊ spū esset san-
cta. quā ideo deus nobis posuit in exēpluz.
vt qui dñm iesum qui se exaltauit vt gigas
ad currendam viā imitari nō possum⁹. pu-
ellam tenerā ⁊ delicatā imitemur saltem te-
nuiter. qd adhuc vtinaz faceremus. Quo-
modo aūt ipam in sua sanctitate imitari d̄
beamus vt ⁊ nos similiter simus sancti do-
cet nos Bern̄. dicēs. ¶ O ¶ Tria sunt q̄
faciūt hominē sanctū. victus sobrius. actus
iustus. sensus pius. in quibꝫ tribꝫ plena et
absoluta ꝯsistit perfectio. Est aūt ſm quod
diffiniūt doctores. sobrietas moderatus v-
sus tpaliū circa solam necessitatē restrictus
cuius obſuantia licet difficilis videat his
qui in carne ambulant. facilis tamen est ill'
qui bona spiritualia gustauerunt. qz parua
bono respectu maioꝝ ⁊ melioꝝ ꝓ nihilo re-
putāt. quod expresse greg. insinuat dicens.
Dulce est esse in hūanis rebꝫ. ſ ei qui ad-
huc de celestibꝫ gaudijs nihil nouit. qz quā-
to minus eterna intelligit. tāto delectabili-
us in tpalibꝫ requiescit. At si quis iam cor-
dis ore gustauit que sit illa dulcedo celesti-
um bonoꝝ quanto illud dulce est qd intus
habet tāto ei in amaritudine vertitur omne
qd foris sustinet. et ideo facile est ei imo de-
lectabile. vt foris ꝓpter deū sobriuz victum
habeat qui intus dulciter pascitur. Et er-
go spūssanctus. de cuius pñtia in priori ser-
mone dictū est passibꝫ ꝓfectuum in nobis
ꝓmoueatur. et nos magis ac magis in eius
ꝯsolationibꝫ proficiamus. necesse est vt ꝑ
sobriū victū carneis ꝯsolationibꝫ funditus
renūciemus. qz nullatenus possūt esse siml'
dicit em̄ aug⁹. Si animus habet vnde de-
lectetur extrinsecus sine delicijs manet in-
trinsecus. om̄ia ergo exteriora de genere cōso-
lationū carnalium per victum sobriuz am-
putemus. Voco aūt sobriū victuz sola ne-
cessaria ab omni superfluitate in omni vsu
penitus restricta sola necessitate contenta.
Ex quibꝫ verbis colligimus. q̄ non solum
sobriū victum vocamus moderatam cibi ⁊
potus sumptionē. ſ omniū rerum ad vsuz
nostrū pertinentiū restrictionē. in quibꝫ oī-
bus sobrium victum accipimus si eis vti-
mur moderate qd nō solum religiosis expe-
dit ſ omni xp̄iano ꝓficit ad salutē. quia si-
cut ꝓpter gulam primi parētes ⁊ nos in ill'
de paradisi gaudijs sumus expulsi sicut ait
Gre. per simoniā ⁊ sobrietatē recto itinere
regredi nos optet. vt fiat in nobis quod de
magis dr̄ math. Per aliā viaz reuersi sunt
in regionē suam. et ideo sicut diligim⁹ pa-
triam sic in om̄ibꝫ vtendis victū sobriū te-
neamus. ¶ P ¶ Que tñ om̄ia ne multi-
tudo confusionē generet ⁊ errorē in triplici
dr̄a colligātur ita vicz vt oīs sobri⁹ vict⁹ fi-
at in tpaliū moderata fruitōe in exterioruz
sensuum disciplinata gubernatione. inter-
norum motuum cauta ⁊ vigilanti cohibiti-
one. Primū ergo sobriuz victū teneamus
in vsu temporalium. vt in omnibus qui-
bus oportet ad vitaz sustentādam siue etiā

Sce agathe v.

XXIX.

conſuandam vt eſt cibus potus ſomn⁹ veſtis ⁊ ſimilia-ſolis ſimus neceſſarijs contẽti nulla vnq̃ ſuperflua ex oĩbꝫ admittẽtes ⁊ hec ſobrietas paupꝛtas voluntaria ẽ vocata-de q̃ dr̃ eccl. Eſt paupꝛ cũ in multis ſit diuiciꝰ. de hac ſobrietate dr̃ eccle-xxx. Sanitas corpꝛis ⁊ anĩe eſt ſobrius potus. noĩe potus vſualia corpꝛis volens intelligi. de hoc vſu dicit Bernñ. Felix ſm tps viatoꝛ qui ciuiũ ſuoꝝ beneficiũ ſine q̃ transire nõ poteſt in obſequiũ ſuũ ſcit conuertere ⁊ vti ad vtilitatẽ. Scdo ſobriũ victuꝫ teneamus in vſu ſenſuũ ⁊ ſenſibiliũ. oĩes ſenſus corpꝛis a vanis nugatoꝛijs ⁊ ſuperfluis ꝓhibẽtes ⁊ ad ſola neccia ordinantes. qđ fideliter faciebat iob qui dicebat. Pepegi fedus cũ oculis meis vt ne cogitarẽ de v̄ginе. Sed cur hoc facit rñdit qꝛ alitus eius ꝓunas ardere facit hoc ⁊ nos facere monemur Eccle. ix. vbi dr̃ Virginẽ ne aſpexeris .ne forte ſcandalizeris in decore ei⁹. de hoc vſu docet nos bernñ. dicẽs. Habeat hõ dei ſenſus ſuos exteriores nõ duces ſ̃ ſuiẽtes. vt dicat huicvadet vadat ⁊ alio veni ⁊ veniat ⁊ ſuo ſuo fac hoc ⁊ abſq̃ ꝓtradictõne faciat. et ſubiũgit. Qꝛ magnus ille eſt qui vſum ſenſuũ ſuoꝝ noluit expendere in ſuã ſalutẽ ⁊ vtilitatẽ ⁊ ecce ſcit in obſequiũ x̄pi cõuertere ⁊ ordinare. et talis ep̃ie ſibi credendus eſt quãtalibet mlitudine querſetur. Tercio ſobriũ victũ teneamus in vſum mutuũ interq̃ oĩes motus illicitos in ſuis pncipijs cohibentes hoc eñ maxime placet. qđ pulcre figuratuꝫ legimus .j. reg. vbi dixerũt philiſtei ad regẽ ſuũ Quõ hic melius poterit placare dominũ ſuũ q̃ in capitibꝰ nr̃is. ſic demões cõflantes intra nos motus illicitos dicere poſſunt. Quõ quis melius placare poterit deũ ſuũ q̃ ſi ꝑcipijs ſtalũ motuũ reſiſtat. qđ q̃ cunq̃ faceret et oĩbꝰ ſeq̃nibꝰ nil timeret quod etiã poſitũ eſt in noſtra plena voluntate. ſic eñ dicitur genñ iiij. Sub te eſt o homo appetitus tuus ⁊ tu dñaberis illius qđ exponẽs Bernñ. di. Poteſt quidam dyabolus excitare in nobis temptationis motuꝫ. ſ̃ in nobis eſt ſi vinci volumus ⁊ nemo noſtrum in hoc certamine deiciet inuitus. De hoc triplici vſu dicit poſtillatoꝛ ſup illo verbo. Mulier gratioſa eſt gloria viri ſui et merito laudanda. que rel domeſticas ad vtilitatem familiam ad honeſtatem ſeipam ad morum venuſtatem bene regit. Sic anima deuota eſt gloria viri ſui. id eſt dei. que predicta tria ſub decẽti moderamine regit. ordinat. et diſponit. nam per hoc q̃ dicẽ res domeſticas tangit ſenſuũ gubernationem. per hoc vero q̃ conducit ſeipſam tangit interq̃ motuꝫ cohibitionem. Qꝛ ſecundum q̃ iuxta Bernñ. nos ſanctificatẽ iuſtus actus. Noſtri aũt actus vt iuſti fiant. ſunt maxime circa noſtros ꝓximos exercendi. nam deo qui ſcrutatur corda manifeſti ſumus qui non indiget vt exteriorib⁹ exhibitionibus informetur. Vt ergo actꝰ noſtros ꝓximis exhibendos virtute iuſticie informemus. inſpiciendum eſt illud glorioſum exemplar qđ eſt deus vt ſm formam quã ipe nobis in ſeip̃o de ꝓximo agendo ꝓpoſuit noſtros actꝰ vt iuſti fiãt ordinemq̃ que videlicet deus veniens in carnẽ ſe totũ cum oĩbꝰ que habebat hoc eſt res corpꝰ ⁊ animã poſuit ꝓ nobis. Nam de rebꝰ ꝓ nobis poſitis dicit dñs ieſus iere. duodecimo. Reliqui donũ meam. dimiſi hereditatem meã de quo ⁊ apoſtolus .ij. corinthioꝝ quarto. Scitis fratres q̃m criſtus propter nos egenus factus eſt cũ eſſet diues vt nos illius inopia diuites eſſemus. De corpꝛe autem ꝓ nobis poſito dicit deus ysaie. l. Corpus meum dedi percu-et ge.me. vel ꝛc De anima vero ꝓ nobis oblata dicit iterum Jeremi. duodecimo. Dedi dilectaꝫ animam meam in manus inimicoꝝ. Bis ergo tribus ꝓ nobis taliter vt dictuꝫ eſt poſitis dicit nobis deus exodi. vicesimoquinto. Inſpice ⁊ fac ſecundum exemplar quod tibi monſtratum eſt in monte qui eſt x̄pus. Item Joſue ſecundo. Quomodo ego feci vobiſcum miſericordias ita ⁊ vos faciatis. Si ergo actus noſtros iuſtificare volumus debemus ⁊ nos res corpꝰ ⁊ animam ꝓ fratribus ponere. Nam de rebus animoꝝ nos Johannes in epiſtola ſua dicens. qui habuerit ſubſtantiam huius mundi et viderit fratrẽ ſuũ neceſſitatem habere ⁊ clauſerit viſcera ſua ab eo. quemõ caritas pris

manet in illo: de corpore autem ponendo
pro fratribus exemplum habemus de xpo q
factus est pro nobis obediēs vsq; ad mortē
De aīa vero ponenda iterū dicit iohā. in
epla sua. Sicut xpus aīam suā pro nobis
posuit ita ⁊ nos debemus pro fratribus aīas
ponere. ¶ R ¶ Incipientes ergo ab vlti
mo hoc est ab aīa eo q ab illa tanq̄ a radi
ce cetera trahāt ortū. nemo em̄ res vel cor/
pus ponit pro ꝓximo nisi per caritatez pri⁹
animā ponat. Primo si iustificare cupimus
actus nostros exēplo xpi ponamus pro ꝓ/
ximo animas. nō vt deus. qui in cruce mo/
riens ꝓ nobis animā suā dedit. ꝫ sic pona/
mus. vt qd̄ facilimū est anime. hoc proxīo
exhibeamus. et hoc est vt eū ex corde veraci
ter diligamus. vt ꝑm regulā naturalē affir
matiuā ⁊ negatiuaz velimus ⁊ nolimus ei
c m̄ia que nobis nolumus ⁊ volumus ex/
hiberi. et iste ē facilimus mod⁹ ponēdi ani/
mā pro fratribus. qd̄ ⁊ saluator monuit con
descendens nostre infirmitati ioh. dicens.
hoc est preceptū meū vt diligatis inuicē sic
dilexi vos. nam ad om̄ia q̄ deus pro nobis
posuit fecit ⁊ exhibuit caritas eum vrgebat
quā si solam haberemus facilime imo gau
denter res corpus ⁊ animā pro fratribus po/
neremus. Scd̄o si actus nostros iustifica/
re cupimus ad exēplum cristi. ponamus ꝓ
proximis corpus nr̄m. qd̄ si illud sicut xps
in mortē dare nō possumus. saltē om̄es ac/
tus de corpe possibiles. vt sunt verba conso
lationis. exhortatōnis. de malo reprehensi/
onis. deuote orōnis. mores sancte ꝯuersa/
tionis. nostris ꝓximis exhibeamus. et que/
cunq; alia fideli exhibitione corporis eius
exhibere possumus faciamus. taliter agen
tes vt omniū mores benigna caritate porte
mus ⁊ a nemine nos portemur. vt veraci/
ter de eo qui eiusmodi est dici possit illud.
ij. mach. Hic est fratrū amator ⁊ ꝑpli israel
hic est qui multū orat ꝓ populo. de hoc dici
tur xxvij. Bonis amici ꝯsiliis aīa dulco/
ratur. Tercio si iustificare cupimus actus
nr̄os ad exēplum xpi. ponamus ꝓ proximis
res nr̄as ꝑ opa misericordie. q̄ subuentio tā
to deo est acceptior. q̄nto res impriende iu
stius hn̄tur laboriosius acquirūtur tenui⁹
possidentur. qd̄ in scriptura on̄ditur euidēter
qz munus abel ex iusta habitione oblatum
aquā dauid ex laboriosa ⁊ periculosa acqui
sitione libata. minuta vidue ex tenui posses
sione sacrificata deo fuerūt adeo grata ⁊ ac
cepta vt in sacra scriptura in eternā sint me
moriā ꝯmēdata. Nec rerū penuria ab hac
subuētōe quēq̄ poterit excusare. qz ab vno
quoq; hoc solum requiritur qd̄ habet. hinc
thob. iiij. Si multū fuerit tibi abundāter
tribue. si exiguū ⁊ hoc ip̄m libenter impertire
q̄ si nihil penitus habemus saltē potuz aq̄
frigide indigēti exhibeamus ꝓ quo merces
a dn̄o est ꝓmissa. q̄ si nec illud fuerit saltez
affectū bone voluntatis exhibere nō negli/
gamus. qz sicut di. gre. cor ⁊ nō subāz pēsat
deus. nec attēdit q̄ntū ꝫ ex quāto offeratur.
nec vnq̄ manus vacua erit a munere si ar/
ca cordis repleta sit bona voluntate. ¶ S.
¶ Terciū principale qd̄ ꝑm Bern̄. nos sancti
ficat est pius sensus. Piū aūt sensum dici
mus in eternā deuotionē. que deo suspirā/
te tantū inualescit. vt in ea dei p̄ntia feliciter
sentiatur. Cum em̄ pietas scd̄m Bern̄. sit
cultus dei ⁊ maxime talis cult⁹ qui agitur
in affectu. hic talis cultus cū intantū profi/
cit. vt d̄us in eo sua miracula opetur. iusto
nomine pius sensus poterit appellari. vt ꝑ
hoc qd̄ est pius cultus dei detur intelligi. ⁊
per qd̄ est sensus qui a sentiendo d̄r. hoc in/
tendatur q̄ ille cultus in anima sentiatur.
Que videlicet deuotio licet in nostra mini
me sit posita ptāte vt iubeamur quasi ex no
bis ip̄is per pium ꝯsensum sanctificari. pos/
sumus tamen aliquid per qd̄ hanc gratiaz
misericorditer mereamur vt ab ea tanq̄ ab
infimo. incipiētes ⁊ per gradus ascendētes
tandem aliquando ad hanc gratiam veni/
amus. Sunt ergo tres gradus per quos in
hanc gratiam ascendemus. scilicet per in/
tellectum. operis affectum. diuinum affe/
ctum. si hec tria in deum ordinamus. hanc
gratiam consequimur. Primo ergo exer/
ceamus nos ad deum per intellectum ip̄m
per iugem memoriam ad deum erigentes.
vt videlicet sine intermissione deum cogi/
temus. hoc enim omnes possumus. Est
enim nec aliquis qui ab hoc se valeat ex/

in cathedra pet.

cusare. et ideo hoc ip̄m strictissimū est man
datū. sic enī dr̄ Deute. Caue ne vnq̄ obli-
uiscaris dñi dei tui. Itē tho. Omni tempo-
re in mente habeto deū. Itē prouer. In oī-
bus vijs tuis cogita illum ⁊ p̄s. Adhereat
lingua mea faucibꝰ meis si nō ⁊c̄. Et si co-
gitatio nr̄a in deū eleuata per surreptionez
ad infima delabitur. eo ꝙ terrena inhabi-
tatio sensum multa cogitantē deprimat. ite
rū eleuetur. ꝙ si iterū defluat iterū atq̄ ite-
rū erigatur. et si adhuc nostra est semp̄ co-
gitatio apud deū. qd̄ intendebat iob. cū di
cebat. xvi. Ad deū stillat oculus meus. In-
tellectū suū oculum vocās. quē ad deū stil-
lare dixit eo ꝙ nō continue. sed per interci-
sa tempa hunc erexit ad deum. ꝙ si sic p̄ in
tellectū ad deū stillamus deum sp̄ cogita-
mus. ¶ T ¶ Secundo exerceamus nos
in deo per opis effectū. vt opari incipiam⁹
omnia que homo xp̄us in sua ꝯuersatione
nobis ꝓposuit facienda. Ad hoc enī induit
hominē vt ex eo prouocati ip̄m pro viribus
imitemur. et hoc est qd̄ dixit luc. xxij. Ego
dispono vobis regnuz sicut disposuit mihi
pater meus. ac si dicat. Sic ego descēdens
a patre ⁊ veniēs in mdm̄ non nisi per labo-
res sudores dolores patre sic disponēte ad
eum redeo. sic ego dispono vobis vt si post
me ad deū venire cupitis eisdez vestigijs in
cedatis nō declinātes ad dextram vel ad si-
nistram. in quo si fideliter agimus nihil de
ꝯtingentibꝰ obmittētes. in hoc merebimur
vt suā nobis ꝯmūicet deitatē. vt sicut ama
ra sui homīs imitando bibimus sic etiā sue
deitatis dulcia degustemus. Tercio exerce
amus nos in diuino affectu quē in dei pre
sentia afflati diuinitus ꝯsequimur. et ideo
vt verius dicamus nō ex nr̄o exercitio. ꝫ ex
dei beneficio tanq̄ premiū predictoꝝ acci-
pimus illud donū. Talis aūt diuinus af-
fectus opatur in nobis ardentē dilectionez
sapīe illustrationē. ministerioꝝ reuelationē
spiritussancti nobilissimā ꝯsolationē ⁊ mlt̄a
similia que nemo ad ꝯdignū v̄bis vllis
poterit explicare dño nr̄o iesu xp̄o operante
hanc gratiā in nobis qui ⁊c̄.

XXX ¶ De cathedra sancti Petri.

Exaltent euz in ec
clesia plebis ⁊ in cathedra seniorū
laudent eū p̄s Dicit btūs Gre. Quanto
electi dei ⁊ dilecti a dño amplius diligun-
tur. tanto in tritura persecutionis duri⁹ cō-
terūtur. Et qꝛ btūs petrus in celesti patria
vt catholice ⁊ religiose creditur. in multis ē
pre ceteris sublimatus. ideo oportuit vt in
hac via ⁊ vita duros sustineret cruciatus.
¶ U ¶ Propter qd̄ sciendum ꝙ anteq̄ per-
ueniret ad celestis patrie exaltationez. tribꝰ
vicijs ⁊ modis super terrā legitur exaltat⁹.
per electionē. opationē. passionē. per glorifi
cationē ⁊ per iudiciarie potestatis assessio-
nē. Primo dico btūs petrus a fidelibꝰ xp̄i
et ab ecclesia sancta in antiochia ad pontifi
calem dignitatē exaltatus fuit. ip̄m per ca-
thedralem honorē summū pontificez ⁊ pa-
storē eligentes ⁊ super vniuersam ecclesiaz
statuentes. qd̄ tamē nō factū est solum ex fi
deliū electione. ꝫ ex dei iam dudum preor-
dinatione. nā in eo ꝙ deus dixit petro. Pe
tre amas me pasce oues meas. hoc ip̄m ter
cio repetēs in eisdem verbis ip̄m super eccle
siam pontificem ordinauit. sic em̄ dr̄ iohan
nis. xxi Manifestauit se iesus ad mare tibe
riadis ⁊c̄. vsq̄. cū ergo prandissent dixit ihe
sus simoni petro. Petre diligis me pl⁹ his
dicit ei. Etiam dñe. tu scis qꝛ amo te. dicit
ei Pasce oues meas. et hec verba vsq̄ ter-
cio repetiuit dans ei in eisdem verbis pon-
tificatus dignitatem ⁊ ligandi atq̄ soluen
di. celum aperiendi ⁊ claudendi auctorita
tem. sic enim dicitur Math. Quodcunq̄
ligaueris super terram erit ligatum ⁊ in ce
lis. et quodcunq̄ solueris sup̄ terrā erit so-
lu. Hoc adijcientes ꝙ in huius v̄bi. Pa
sce oues meas. trina replicatione. hoc dñs
intēdebat vt petrus pastor positus cū om̄i-
bus sequacibus populum sibi subiectū tri-
pliciter pascere debet. ac si dicat. Si diligis
me pasce verbo pasce exemplo. pasce orati-
one. In quibus verbis omnium pastorum
conscientia strictissime cōuenitur. dicit enī
Bernnardus. ꝙ iusto ordine oues pascunt̄
a pastoribus. dignum quippe est. vt qui
lana et lacte pascuntur ab ouibus ipsi

predictis tribꝰ similiter pascāt oues. quod qui nō fecerint audiāt quid cōtra eos dicit dn̄s Ezech. xxiiij. Ve pastoribꝰ qui pascebant semetipsos. gregē aūt meum nō pascebant. et subiūgit. Nonne greges pascūtur a pastoribꝰ lac comedebatis. lanis cooperiebamini. et qd̄ crassū erat occidebatis. gregē aūt meū nō pascebatis. in quibꝰ om̄ibꝰ verbis om̄es pastores d̄ fideli custodia ammonentur. qꝛ sicut sapīe vi. d̄r Durissimū iudiciū fiet his qui presunt. ¶ X ¶ Secūdo btūs petrus exaltatus est per opationez Cum em̄ viderēt tam fideles q̄ꝫ infideles. q̄ tantis miraculis in suis opibꝰ chorustaret. vocabant eū nō hominē. s̄ quasi deū dicentes. act. xiiij. Dij similes facti sunt hoībus. descenderunt ad nos ⁊c̄ quoꝝ errorem in ꝓfundum hūilitatis se ꝓsternēs pie correxit dicēs. Quid nos intuemini quasi nostra virtute aut ptāte fecerimus hunc ambulare. deus abraā ⁊ deus ysaac ⁊ deus iacob deus patrū nr̄oꝝ glorificauit filiū suuz iesum. ac si diceret. Non nos ex his operibus exaltate. s̄ dn̄m magnificate. qui ꝑ nos hec miracula opatur. Intantū ergo petrus extitit exaltatus ⁊ insignis prodigijs ⁊ miris operibꝰ magnificatus vt in plateis ponerēt infirmos in lectulis ⁊ grabatis. vt veniēte petro saltē vmbra illius obumbraret. quēq̄ꝫ illoꝝ ⁊ sanarētur a languoribꝰ suis. Tercio btūs petrus exaltatus est in passione cū a persecutoribꝰ leuatus a terra suspenderetur in cruce pedibꝰ sursum leuatis ⁊ capite dimisso in terrā. per passionē crucis finiens vitā in nomine iesu xp̄i. ¶ Y ¶ Et sciendum q̄ ꝓpter has tres exaltatiōes quibus sup terraz meruit exaltari eccīa sponsa xp̄i triplex de eo festū instituit celebrari. volens vicē reddere sue triplici exaltatōi. Nā ꝓpter primā exaltationē scz electionis festū qd̄ est in manibꝰ extitit institutū. ꝓpter secūdam exaltationē scz opationis inter q̄ opa nō minimū fuerat. q̄ detētus in carcere ⁊ ī vinculis per angeluz extitit liberatus sicut act. xij. d̄r. colitur ad vincula. ꝓpter terciam vo exaltationē scz passionis terciū festū solenniter celebratur. ¶ Z ¶ Quarto ꝓpter merita harū triū exaltationū in celo est gloriosissime exaltatus qꝛ gloria eius tl̄is ⁊ tāta est vt scd̄m apl̄m nec auris audiuit. nec in cor hoīs ascendit q̄ prepauit deus diligētibꝰ se. ideo de hoc nihil amplius loqui presumimus hoc firmiter credentes q̄ sicut in terris est in labore ⁊ sudore ⁊ cruore pre ceteris exaltatus. sic etiā in celo ⁊ nō mediocriter exaltatus. Si em̄ s̄m mensurā caritatis ordinamur in celo. ip̄e qui plus alijs discipulis vt ait saluator. dilexit pre ceteris etiam nō immerito sublimatur. Quīto exaltabitur in iudicio assidens cū christo ⁊ cuz eo iudicās totū mdm̄. et hoc est qd̄ promisit saluator Math. dicēs. Amē dico vobis q̄ vos qui reliq̄. ⁊c̄. vsq̄ꝫ sedebitis super se duo. iudi. duo. tri. israel. Has exaltatōnes intuēs Bern̄. āmirando de sancto petro dixit. Considerās q̄ petrū manus om̄ipotentis regni celestis clauibꝰ inuestit. sup quez fundatur eccīa. cui ptās ligandi atq̄ꝫ soluēdi tradit̄. qui celos claudit ⁊ aperit qd̄ cherubin ⁊ seraphin hr̄e non legi. vehementer ammiror ⁊ subiungit. Consummatus alias inestimatus honor ⁊ dignitas gloriosa hominē in terris positū in celis impare ⁊ interāgeloꝝ choros iudiciarie potestatis exercere virtutē. Assistunt angeli presidētis imperiū expectātes ⁊ amministrorij spūs assignata sibi ministeria sortiūtur. s̄ ligādi atq̄ꝫ soluendi nullus eoꝝ accepit ptātez. Ad est petrus ⁊ ad eius imperiū orbis vniuersitas soluitur ⁊ ligatur. et precedit petri sententia. sn̄iam saluatoris. qꝛ nō qd̄ xp̄us ligat petrus. sed qd̄ petrus ligat xp̄us. iudicat petrus ⁊ petri iudicium ꝯfirmat om̄ipotens. O q̄ꝫ potēs dignitas q̄ꝫ digna potentia ⁊c̄. ¶ A ¶ Et sciendum q̄ hec triplex exaltatio ex radice triplici sumpsit ortū scz ex xp̄i institutōe priore. ꝯgnitione illuminatōre. caritate feruētiore. Primo dico petrꝰ exaltatus fuit per electionem ex xp̄i institutione priore. Audiēs enim ecclesia q̄ xp̄s existens in terris petrū summū pastorē instituit in his verbis Simon diligis me plus his. pasce oues meas. eandem institutionem per suam electionem perducere voluit ad effectum. Scd̄o exaltatus fuit ꝑ opationē. ꝓpt̄ ꝯgnitōz illūinatōrem. vn̄ cū dn̄s

In cathedra petri.

quereret a discipulis de sua cognitõe mat. xvi. di. Quẽ dicunt homines esse filiũ hominis? ⁊ alijs alia respondentibꝫ dixit ihesus. Vos aũt quẽ me esse dicitis? Respondit petrus tanq̃ꝫ pre omnibꝫ illuminatus. Tu es xp̃us filius dei viui. cui dñs. Beatꝰ es simon bar. qꝛ ca. ⁊ sang. nõ reue. t. ꝫ pater meus qui est in celis. ac si dicat. Hãc cognitionẽ nõ habes nisi ex infuso lumine veritatis ⁊ vt deus hãc assertionẽ ꝓbaret esse verissimã vtpote supra quẽ tanq̃ꝫ super fundamentũ edificaret ecclesiã. merito debuit petrũ pre ceteris honorare. et tanq̃ꝫ assertorem profundissime veritatis signis ⁊ miraculis in suis operibꝫ exaltare. Tercio exaltatus fuit in passione, ꝓpter caritatẽ feruentiorẽ vt sicut deum pre ceteris plus dilexit. dicente dño iohãnis. xx. Simon iohannis diligis me plus his. sic etiã debuit euꝫ pre ceteris in passione proximius imitari. Omnes enim martires qui digni inuenti sunt pro nomine iesu contumeliam pati ⁊ passionis subire tormentũ. ex radice caritatẽ veraciter acceperũt. quis eñ tam dira ⁊ dura ⁊ tam gaudenter posset iam subire tormẽta sinon ad hec ꝑ atienda incitaret violẽtia caritatis. hinc Augꝰ. Quomodo corruptibilis puluis contra tam ĩmania tormẽta dominaret. nisi in eo xp̃us habitaret. et hoc ꝑ affectũ dilectionis. De prima exaltatione dicit in psal. Exaltaui electũ de plebe mea De scd̃a ibidem. Dextera dñi exaltauit me per dexterã miracula que solus deus operatur in sanctis suis volens intelligi. De tercia dr̃ eccle. xlvi. Exaltauit eũ de terra. ⁊ hec de exaltatione huius gloriosi principis dicta sufficiant. ¶ B ¶ Nunc dicendum est quibus exercitijs etiam nos exaltari valeamus. vt quẽ delectat exaltatio premiorum. non deterreat exercitatõ laboꝝ. Si ergo huius principis exaltationẽ saltẽ tenuiter tanq̃ꝫ fimbriã tangentes ꝯsequi cupimus. oꝑtet nos per predictos modos exaltationis transire. et induere nos exercitijs eorundem. incipientes ab electione vt ab illa ad operationẽ ⁊ passionẽ iusto ordine adiuuãte gratia veniamus. Primo ergo cupiẽtes exaltari hic per vite meritũ ⁊ in patria ꝑ glorie premium incipiamus ab electione. qd̃ tunc facimus. si per gratiã spiritussancti intrinsecus ꝯpuncti incipimus inspicere vitam nostrã bonũ ⁊ malum. celum ⁊ terram celestem iocunditatẽ. infernalem calamitatem. momẽtaneam delectationẽ. et eternaꝫ damnationẽ. mentis nostre oculis ꝓponentes. et inter ista deliberato cõsilio discurrentes. ipa prout sunt iusta ponderatione cõsiderãtes ⁊ profunde rimãtes quid inter ista sit potissimũ eligendum. Vtrum ꝓpter momẽtaneã delectationẽ incurrere expediat eternam damnationẽ. vtrũ ꝓpter terrena bona carere expediat bonis celi. cum futura bona sint presentibus longiora. in infinitũ meliora ⁊ in oñibꝫ prestantiora. nec dubium si sine dissimulatõne vtrũq̃ꝫ inspiciamꝰ. quĩ deũ cum suis bonis eligamus ⁊ cũ indignatione magna ꝯtraria respuamus. iurãtes et statuentes custodire iudicia iusticie eius quod statim vt factũ fuerit elegit etiaꝫ nos deus transferens nos de ꝟuitio dyaboli ⁊ faciens nos filios dei. ⁊ ex hoc statim sumus non mediocriter exaltati. dicetq̃ꝫ nobis deꝰ illud deute. xxvi. Dñm hodie elegisti vt sit tibi deus ⁊ ambules in vijs eius ⁊ elegit te hodie dñs. vt sis ei ꝓplus peculiaris ⁊ faciet te excelsiorẽ cunctis gentibꝫ quas creauit in laudem ⁊ gloriã suam. Et illud iosue. hodie incipiã te exaltare. An nõ sumus vehementer ⁊ multũ nimis exaltati. cũ de ꝟuis dyaboli adoptemur in filios dei. Quid eñ ignominiosius dyabolo. quid gloriosiꝰ deo nihil. Adhuc etiã scio q̃ ignominiosius sonat ꝟuũ esse dyaboli quã dyabolum esse. eo q̃ oñis ꝟuus inquãtũ ꝟuus inferior sit domino suo ⁊ oñis dñs inquantũ talis superior est illo. De hac feda ꝟuitute dr̃ iohan. quarto. Oñis qui facit peccatũ ꝟuus ẽ peccati. Pcm̃ aũt ex hoĩe facit dyaboluꝫ dicente dño ioh. vi. Nonne ego. xij. vos elegi. et vnꝰ ex vobis dyabolꝰ ẽ. et sic patet q̃ ex nr̃a electõe q̃ deũ elegimꝰ exaltabim̃ vehemẽter. Scd̃o exaltam̃ ꝑ opatõꝫ cũ iaꝫ filij dei facti ⁊ spũ filioꝝ inspirati auide currimꝰ viã dei qd̃ tũc ꝟacit̃ ⁊ fidelr̃ facimꝰ si oĩa opa nr̃a deo exhibenda cuꝫ conatu facimꝰ ⁊ excessu ita vt oĩa q̃ facimus ꝟm ꝯñeꝫ statũ excedãt

operū aliorū. nō contenti ꝓmumbus obse/quijs. sed quantūvires suppetunt cū discre to excessu oīa faciamus vt dicere possim? illud eccle. ij. Magnificaui opa mea. Hic aūt excessus ne indiscretio reputetur ex duobus constat scz ex multitudine ⁊ conami/ne. hoc est vt multa faciamus bona opera ⁊ eadem cū conatu. Hunc conatū opm tam diu ꝓtinuātes. quousqꝫ de excessu ꝫ perū ve/niamus in excessum mentis. de q̄ ps. Ego dixi in excessu mentis mee. Quid aūt dixe/rit ex subtracta gratia ignorabat nihil sci/ens nisi q̄ ꝓiectus esset a grana quam in excessu sentiebat. Hunc excessum opm no/strox docet nos bern̄. di. Bonū est homini sua obsequia ad cumulum dare. verbi grā. Sufficit ad salutē molestias corporis ferre patienter. sed cumulus est etiaz in feruore spiritus eas amplecti libenter Sufficit ad salutē superflua nō requirere. sed nec ꝓpter ipa si desunt necessaria murmurare. sed cu/mulus est exultare ⁊ libenter querere. quo/modo alius magis habeat ⁊ ipe penuriam patiatur. Sufficit ad salutē si nec in patē/nia vel fraude aliqua ad illud q̄d desideras inuitū vel animū prelati tui inclinare. ℔ cu/mulus est refugere ea ⁊ oblata respuere. in quibus voluntatē tuam senseris oblectari.

De Tercio exaltamur cum petro per pas sionē. cū nos quibusdam exercitijs passioni equiualentibus strennue exercemus. Naz cum ꝓpter exercitia merito sancti homi/nes ad contemplationis gratiā admittunt ab oi spē terrene ꝓsolatōis se elōgāt. vt bo nis celestibo abundantius perfruātur. qui/bus vtcūq̄ gustatis cū more suo se subtra/xerit fit amaritudo amarissima. et in patiē ti desiderio languere incipiūt vehementer. Cum esset ad carnales delectationes redire nec libeat nec liceat ambobus carentes. ⁊ tā q̄ inter celum ⁊ terrā suspensi amarissime cruciantur. et talis cruciatus equiualet pas sioni. de hac passione di iob. vij. Suspēdi um elegit anima mea. q̄d exponēs Grego. dicit. Quid per animā nisi mentis intentō quid per ossa nisi carnis fortitudo designat Omne aūt q̄d suspenditur procul dubio ab imis eleuatur. Anima ergo suspendiū ele/git vt ossa moriantur. qz dum mentis intē/tio ad alta se subleuat. omnem in se carnis fortitudinem necat. Sancti esse viri certissi me sciunt. quia requiem in hac vita habere nequaq̄ possunt. et idcirco suspendium eli gunt. qz desideria terrena deserentes ad al ta animū tollunt. suspensi aūt ossibus suis mentē inferunt qz amore superne patrie in virtutū studijs accincti. hoc q̄d fortes prius in mundo fuerant suspensi occidūt. de hoc martirio dicit Bern̄. Cuz gratia ꝓemplan tis celerius nō subuenit. fit obsecranti celuz eneum ⁊ terra ferrea. et cum relicta sibi hu/mani cordis duricia ad votū exaudiri non meretur. anxietas desiderantis negari sibi existimat quicquid differt. et nescio an vel ipam gehennā expiri ad tempus horribili? penalius ve ducat. q̄z post spiritualis studij gustatā suauitatē exire denuo ad illecebras ⁊ molestias carnis. Talis ergo crucifixio ⁊ si nō ferro sanguinē fundat. petri tamē cor/porali martirio adequatur. tales enim inter celi ⁊ terre ꝓsolationes eleuati pendent mi serabiliter desolati. Nonne velud inter duas mensas positi eplantes. hinc inde specta/mus ieiuni. sic sumus omnino sic. vnde er/go sic positis risus vnde ioc? vnde leuitas quando forte nō agnoscimus? ad quā rē.

XXXI. De sancto Mathia. fmo. j.

Cecidit sors super Mathiam ⁊ annumeratus est cū vndecim. act. j. Dicit Aug⁹. Omipotēs de us qui summe bonus est vult omnes homi nes saluos fieri. et ad agnitionē sui nomis peruenire vt fiant participes sue bonitatis. cui ꝓprium est se ꝓmunicare ꝓpter q̄d oēs vocat nullum respuēs. nullum transiēs. o/bus gratias suas offerens. qz non est acce/ptor personarum deus. et ideo sortē sue vo/cationis super oēs mittit licet non capiat apud omnes. In verbis ergo ꝓpositis duo intelligimus scilicet glorioſi huius ꝓnci/pis electionē ⁊ electi sublimationem. Pri mū ibi. Cecidit sors super Mathiam. secū/dum ibi. et annumeratus est cum xi Occa sione ergo huius sortis duo dicemus. vide licet de sortē ꝓtemnēntibus. scdo de insortez

ꝓcessu stabz

De scō mathia apl̄o.

consentientibus. de primo sit prim⁹ sermo. de scdo scds. De primo adhuc tria dicem⁹. primo de sortis descriptiōe. scdo de sortis diuisione. tertio de sortis obauditiōe. // E

Primo g̃ dicamus de sortis descriptione. q̃ (q̃ntum est de pñti materia ⁊ q̃ntum ꝑtinet ad nostrā vocationē obmissa sorte q̃ vsi sunt apostoli. de q̃ nihil certi nobis doctores insinuant) nihil aliud est nisi diuine gratie ammonitio monens intus ꝑ spiritum siue mouēs extra ꝑ hominē ad consentiendum deo. Et hanc sortem sue āmonitionis de⁹ mittit super omnē hominē. nullū transiens nulluz ꝯtemnens: cui si ꝯsenserimus ꝑficiet in nobis sanctificationē vite eius que nūc est pariter ⁊ future. Vñ si sorti sue āmonitiōis cōsenserimus dantes ei ꝯsensum nostrū cum āmoniti fuerim⁹ vel intus a spū vel extra ab homine beati erimus in eternū. si aūt negauerimus nec sorti ei⁹ ꝯsenserimus iusto dei iudicio derelinquimur reprobati. Vnd̄ ad salutem nostrā ⁊ dei grām consequendā p̄dicta duo necessario requirūtur: scz diuine sortis āmonitio ⁊ cōsensus nostri inclinatio Ipsa em̄ sunt de quib⁹ Math. xviij. dicitur Si duo cōsenserint de omni re quā petierit fiet eis a patre meo qui est in celis. De⁹ aūt sortem sue vocationis singul' exhibet. licz oēs per cōsensum oblate gratie nō consentiant. non occurrant. Vñ qd̄ math. v. dicit. De⁹ solem suū oriri facit super bonos ⁊ malos ⁊ pluit sup̄ iustos ⁊ iniustos. hoc. i. paral'. xxvi dicit. Misit sortem ex equo magnis ⁊ ꝑuis. ⁊ hoc qd̄ in his duob⁹ dicit hoc intendebat Job dicens Sup̄ quem nō effulsit lumen eius: ⁊ cū his trib⁹ ꝯcordat p̄s dicens. Nō est qui se abscondat a calore eius. quod enī nos hic dicimus sortē hoc iob lumē ⁊ psal. nominat calorem. ⁊ sic ptz sortis descriptio quā ideo multis noībus exposuim⁹: vt eius significatio euidentius innotescat. // F

Scdo dicendū est de sortis diuisione. hoc ē quot modis dñs sortem sue vocatiōis super nos mittat. Et q̃ntū nunc sufficit quīqz sūt modi quibus nos deus ad se misericorditer vocat: scz criminis obiectione. pene cōminatione. paterna supplicatiōe. beneficioꝝ exhibitione ⁊ premij ꝓmissiōe. His quīqz modis om̄es homines nisi obstinati fuerint alliciuntur: ⁊ ad id qd̄ alliciēs desiderat inducūtur. Primo g̃ vocat nos de⁹ mittens sup̄ nos sortem sue vocationis ꝑ criminis obiectionem. improperans nobis peccata q̃ commisimus: qd̄ tunc agit cū vel int⁹ ea ad memoriā nobis reuocat. vel foris ꝑ os predicatoris insinuat. sic ꝑ iere. nobis nr̄a crimina obijciuntur cū dicit. Transite ad insulas ⁊c̄ ⁊ post plura subiungit. Duo mala fecit populus me⁹. me dereliquerūt fontē aque viue ⁊ foderūt sibi cisternas dissipatas q̃ continere nō valent aquas. In quibus verbis duo tangūtur ꝑ que om̄ia peccata criminalia cōmittūtur scz auersio ⁊ cōuersio. Auersio a summo bono: qd̄ tangit in eo quod dicit. Me dereliquerūt fontē aque viue. Conuersio ad bonū cōmutabile: qd̄ in eo tangit quod subiūgit. Et foderūt sibi cisternas dissipatas. Hoc em̄ bonuz cōmutabile bene cisternis dissipatis simile dicit. qz om̄is vsus tp̄alium cōtra deū cum tp̄e euanescit. Secundo mittit super nos de⁹ sortem sue vocationis per pene cōminationē. reducēs nobis ad memoriā q̃nta mala cōminatus est dñs his qui in criminib⁹ perseuerant q̃z inexorabilis sit eis ⁊ q̃z inflexibilis. dicēs eis illud prouer. i. Ego in interitu vestro ridebo ⁊ subsannabo cū vobis qd̄ timebatis aduenerit. De qua cōminatiōe dicitur deutero. xxviij. Augebit dñs plagas tuas. plagas magnas ⁊ perseuerātes pessimas ⁊ perpetuas: ⁊ conuertet in te om̄es afflictiōes egypti quas timuisti ⁊ adherebūt tibi: insuper languores vniuersos ⁊ plagas que nō sunt scripte in volumine legis inducet sup̄ te donec te conterat. Item Amos. iiij. Jurauit dñs in sancto suo. qz veniet dies sup̄ vos ⁊ leuabunt vos in contis ⁊ reliquias vestras ī ollis feruentibus. Item p̄s. Nisi conuersi fueritis gladiū suū vibrauit ⁊c̄: vsqz sagittas su. arden. effecit. De hac cōminatiōe dicit bern. Deus volens nobilē creaturā scz hoīem reuocare. scio inquit quid faciā. Homo timidus est naturaliter terrebo eū. si forte sic cōuertatur ⁊ viuat ⁊ cōminatus est acerbiora que excogitari possunt scilicet tenebras eternales. vermes īmortales: ignez inextingui-

bilem. ¶ G ¶ Tertio mittit sup nos deus
sortem sue vocationis vocans nos p pater/
nam supplicationē: vt quem criminis obie/
ctio nō moueat. cōminatio nō terreat. dul/
cissima supplicatio alliciat. de qua vocatiōe
dicitur Jere. iij. Reuertere auersatrix et nō
auertam faciē meam a vobis: quia sanctus
sum ⁊ non irascar in perpetuum. ⁊ ibidē. iiij
vulgo dicitur. Si dimiserit vir vxorem suā
⁊ recedens ab eo duxerit virū alteruz. nun/
quid non polluta ⁊ contaminata erit muli/
er illa? Tu autē fornicata es cū amatoribꝰ
multis. tamē reuertere ad me dicit dominꝰ
⁊ ego suscipiam te. item Ezech. Nunquid
voluntatis mee est mors impij dicit dñs. ⁊
non magis vt cōuertatur a vijs suis ⁊ viuat
⁊ quare moriemini domus israel? quia no
lo mortem morientis. reuertimini ⁊ viuite.
Hinc Cañ. v. Reuertere reuertere sunami
tis: reuer. reuer. ac si dicat. O sunamitis id
est misera ⁊ captiua. reuertere primo ꝓpter
beneficiū creationis. reuertere scdo ꝓpter be/
neficiū redemptionis. reuertere tertio ꝓpter
gratias benefactiōis. reuertere quarto ꝓpter
spem etne glorificatiōis: vt si vnūqdqꝫ istoꝝ
singulariter nō moueat: moueant saltez oīa
simul iuncta. Quarto mittit sup nos deus
sortem sue vocationis: muneribꝰ beneficio/
rum nos alliciens inter que nōnunqꝫ facit
nobis prospera arridere ⁊ nulla aduersa ad
herere. Multi sunt enim qui plus bñficijs
inclinantur qꝫ duris minis compellantur. ⁊
ideo tot ⁊ tanta beneficia contulit que etiaz
quosqꝫ ingratissimos possēt obruere. Dedit
enim nobis nosmetipos ꝑm corpus ⁊ aīaz
addidit ⁊ alia per que in bono esse vtrunqꝫ
possit subsistere. dedit celū ⁊ terram ⁊ oīa
que in eis sunt: nec omnibꝰ his contentus
addidit semetipm ꝑm se totū: hoc est ꝑm de
um ⁊ hominē. totam trinitatem ꝑm nume/
rum personarū. Dedit enim filiū in incar/
nationem. spūm sanctū in sanctificationem
se patrē seruauit in eternā glorificationē: in
tantū semetipm ꝓ nobis exinaniens. vt de
oīibus que habebat nihil a nobis penitus
continebat. His beneficijs augꝰ. affectū su/
um excitare voluit cū dicebat. O anīa mea
dilige deū qui dedit tibi celum cū sideribus
aerem cū volucribus. terram cū germinibꝰ.
aquam cū piscibus. spūm sanctū in sanctifi
cationem. filiū in redemptionem. seipm in
eternā fruitionē siue glorificationē ⁊c. Itez
Bern. Quia oīes diligunt munera. venit
deus ⁊ tot ⁊ tanta nobis cōtulit donaria. vt
in arram sue dilectiōis seipm nobis totum
daret cum oīibus que habebat. ¶ H ¶
Quinto mittit sup nos sortem vocationis
sue per premiorū ꝓmissionem ꝓmittens no
bis talia ⁊ tanta que vt ait aplus nec auris
audiuit ⁊c. item ꝓmittens nobis in presen/
ti tempore dulcissimas delectationes. in fu
turo vero eternā glorificationē: que ambo ꝓ
mittit nobis Math. xix. Omnis qui reliq/
rit patrem aut matrē ⁊c vsqꝫ centuplum ac
cipiet ⁊ vitam eternam possidebit. Tanto
eñ affectu diligit nos deus vt nō sit conten
tus post finem laboris copiosa nobis dare p̄
mia: sed in via hac qua ambulamus de pri
micijs celestiū bonorū ⁊ stillicidijs quibus
letabitur germinās nos infundit: vt cogni/
to qꝫ dulcis est dñs viam dei delectabiliꝰ p
curramus His quinqꝫ modis mittit super
nos deus sortem sue vocationis videat ⁊ in
telligat quis consentiat quis sequatur. quic
quid eñ homo de his ⁊ similibꝰ āmoniti/
onibus cogitauerit nō credat has āmoniti/
ones sūas esse cogitationes: sed dñi āmoni
tionem ⁊ sortis sue vocationē. quia oīs bo
ne cogitationes dei sunt āmonitiones: non
nostre cogitatiōes. iuxta illud p̄s. Ego sum
qui loquor iusticiā. quod ex ꝑsona dei dicit
mala vero cū cogitamus nostre sunt cogita
tiones ꝑm illud math. xv. De corde exeunt
cogitationes male. adulteria ⁊c. Vñ bern.
Cum mala versamus in corde. nostra cogi/
tatio est: cū vero bona dei sermo. illa scꝫ ma/
la cor nostrū dicit. hec scꝫ bona cor nostrū au
dit. His quinqꝫ modis nitebatur dominꝰ
iudam ad penitentiā reuocare. Primo per
criminis obiectionem: cū dixit. Juda. oscu
lo filiū hominis tradis: quod cū non aduer
teret. scdo eum reuocauit per pene cōminati
onem dicens. Ve homini per quē filius ho/
minis tradetur. ⁊ cum nec sic proficeret. ter
cio addidit dulcium verborum allocutionē
dicens. Amice ad quid venisti? ⁊ cum nec

De scō mathia aplo.

quin amiciciam ad eum habuerit quem vocauit amicum. ⁊ cū nec sic audierit: q̄rto subiunxit beneficiorū exhibitionem: constituēs eum procuratorem super his que mittebantur. ⁊ maxime quia osculatus est eū. Quintum scilicet premij promissionē nō addidit sciens q̄ obstinatus iam factus premia nō curaret. ¶ J ¶ Tertio dicendū est de vocationis recusatione siue sortis obauditione. Cum enim omnes vocentur ⁊ pauci veniant: expedit vt ponantur cause propter quas obaudiuit dominū sic vocantem. Sunt autem nouem modi ꝓpter quos vocati rennuunt cōsentire. Primi enim desperant sicut cayn ⁊ iudas: quos cū reuocasset dominus improperando eis peccata sua querens in eis locū penitentie dixerunt. Maior est iniquitas mea q̄ꝫ vt veniam merear. Scdi vocati irrident sicut patet de vocatis per loth. de quibus Geñ. xix. dicit. Visus est eis q̄si ludens loqui. Tercij contemnunt sicut pharao: qui signis ⁊ miraculis vocatus recusauit dimittere populū opponens se deo sicut Exo. i. dicit. Induratū est cor ⁊c. De q̄ aug⁹. Poterat deus supbiam pharaonis per vrsas ⁊ leones domuisse: sed muscas misit: vt eius supbia magis confunderet. Quarti per occasionē aliquā se excusant sicut saul qui preuaricationē inobediētie apud samuelem excusauit dicens. i. Re. xv. Accepit populus de melioribus armētis vt ymolaret domino ⁊c. ⁊ sicut illi euangelici qui lu. xiiij vocati excusauerunt se dicentes. Villā emi quinq̄ꝫ iuga boū emi. vxorem duxi. rogo te habe me excusatū. Quinti vocati venire differunt: dicentes intra se. adhuc iuuenis es. multū superest de tempore. ex quoꝝ persona dicitur Sap̄. ij. Venite fruamur bonis in iuuentute celeriter: non pretereat nos flos tp̄is. Quibus rñdet dñs Lu. xij. Vigilate quia nescitis qua hora dñs vesterventurus sit. de quorū numero erat ille qui in euangelio ait. Anīa mea habes multa bona ⁊c. cui dñs respondit. Stulte hac nocte ⁊c. Sexti non veniunt detenti immoderato timore vl̄ amore cogitantes intra se: non potes peccata dimittere. res iniustas restituere. in rigore penitentie persistere ⁊c. Quibus respondet Job. vi. Qui timet pruinam irruet sup̄ eum nix ac si dicat. Qui timet paruā penaꝫ irruet super eum penalitas infernalis vel q̄ inordinate diligunt vel diuitias vel corp⁹ vel pueros ⁊c. Est autē inordinatus amor quādo quelibet creatura plus diligit q̄ꝫ creator. Septimi veniunt sed infufficienter et diminute: vt qui cōpuncti aliqua emendāt ⁊ aliqua adhuc tenent: vel qui venientes ad religionē affectum honorū diuitiarū voluptatum que reliquerunt in seculo iteꝝ post se trahunt vt achab. de quo. iiij. dicit dominus. qꝛ hūiliatus est mei causa: nō inducaꝫ mala in diebus suis sicut etiā pharisei de q̄bus dñs dicit Mat. xiiij. Ve vobis pharisei qui similes estis sepulcris dealbatis. intus autē plena ossibus mortuorū. ¶ K ¶ Octaui aliqui veniunt sed p̄ apostasiam resiliunt ab incepto quorū magna est multitudo. quia ad bonū statum veniētes postea vl̄ attediati vel laboribus fatigati: vel temptationibus superati: voluntate vel opere resipiscunt: sicut hi qui in deserto celesti pane depasti attediati dixerunt Exo. xvi. Utinaꝫ essemus in egypto vbi sedebamus sup̄ ollas carnium. ⁊ iterū. Anima nostra nauseat super cibo illo lenissimo. nil respiciūt oculi nostri nisi man. Noni vocati nō veniūt ponentes spem suam in penitentiā finalem. dicūt enim. Deus est misericors ad gemitū ignoscens faciliter: ⁊ sic p̄manentes in peccatis deū inhonorāt vnde eū honorare merito debuerunt. quibꝰ dicit Eccle. v. De ꝓpiciatu peccatoruꝫ noli esse sine metu: nec adijcias peccatū super peccatū: ⁊ ne dicas miseratio domini magna est: multitudinis peccatoꝝ meorū miserebitur. vnde Bern. super illo verbo Non congregabo conuenticula eorū de sanguinibus ⁊c dicit. Ut quid homines in vita sua dissimulant agere penitentiaꝫ ⁊ de extrema presumunt confessiōe. Quomō sub vnius hore spacio reuocari posse existimant om̄ia anīe membra: que p̄ consensum ⁊ desideria mala p̄ totū mundū sparsa sunt ⁊ distracta. non dico ait dñs quin aliquos tales saluare potens sim. om̄ia in momēto in ictu oculi reuocare: ⁊ p̄ spūm qui nō modo vbi vult sed quando vult spirat illā eis

480

infundere penitentiam quā vix alij diutur
no longi temporis exercitio consequuntur:
quemadmodum dedi latroni Sed dico vo
bis. Non cōgregabo conuēticu. ⁊c. id est nō
magnas talium magnitudines congrega/
bo. nam in omni scriptura canonica vnum
tm̄ inuenies extrema penitentia saluatuz. et
hoc hora dominice passionis. quando nō in
ueniebatur tanta fides in israel. Hi sunt er
go qui a deo misericorditer vocati venire cō/
temnunt et diuersis se occasionibus subdu
centes. Ex quorum temeritate ⁊ presumpti
one dominus motus iurauit in ira sua. quia
non intrabunt in requiem suam: dicens lu
ce. xiiij. Amen dico vobis ꝙ nemo virorum
illorum qui vocati sunt gustabunt cenā me
am. A quo iuramento ⁊c.

XXXII. ¶ De eodem sermo scd̄us.

Cecidit sors su
per mathiam vt sup̄. Dicit
salomon ex persona dei. Be/
atus homo qui audit me ⁊ q̄
vigilat ad fores meas quotidie ⁊ obseruat ad
postes ostij mei. ¶ L. ¶ In quibus verbis
scd̄o loco positis intimissima vis ⁊ subtilis
sima describitur dei commonētis nos ⁊ sor/
tem cōmonitionis sue super nos proijciētis
obseruatio: quod in his tribus verbis scilicz
audit vigilat obseruat lucide declarat̄. qui
enim hos tres custodes ad ostiū cordis sui
posuerit: scilicet audientiam vigilantiam et
obseruantiam: q̄ntumcūqz furtiue venerit
non poterit ignorare. De qua diligenti cu/
stodia dicit Bernardus. Dens veniens ad
nos non facile obseruatur vnde veniat et q̄
vadat. ⁊ istud forte sine damno salutis ne/
scire licet. ceterum quando veniat aut quan
do vadat id plane periculosissime ignoratur
Cum enim hec circa nos dispensatorie sancti
spiritus vicissitudines vigilantissime non
obseruantur. fit vt nec absentem desideras
nec presentem glorifices. Nempe qui idcir
co recedit vt auidius queratur. quo nā mo/
do si abesse nescitur requirit̄? ⁊ qui dignan
ter ad hoc redit vt cōsoletur qualiter digne
pro sua maiestate suscipit̄ si nec adesse senti
tur? hinc est ꝙ hi qui sortem vocantis dei
contempserūt. ideo damnandi sunt. q̄z nec
presentiam nec absentiam eius curauerunt
propter quem contemptum cenam domini
vt iurauit non gustabunt: auertens se ab il/
lis tanq̄z reprobatis ⁊ conuertens se ad ele/
ctos: sortem sue vocationis proijciens super
illos qui pulsantem vt audierint intromit/
tunt. Sicqz ꝯtingit vt de vno eodemqz dul
cissimo mannate alij reficiantur alij indurā
tur alij strangulentur ⁊ alij emundentur. si/
cut de sole vno ⁊ eodem alie res mollescunt
vt cera: ⁊ alie indurescunt ut lutum. Sicut
igitur iam pulsans a reprobis non auditur
sic ⁊ ipsi pulsantes similiter nō audiuntur
dicetqz eis. Amen dico vobis: nescio vos.
Intromissus autem ab electis statim i me/
dio terre salutem incipit operari: vt fiat q̄d
scriptum est Eccle. In distributione sortis
da ⁊ accipe: hoc est da ꝯsensum ⁊ accipe gra
tiam. Nam ex gratia adiuuante ⁊ consensu
nostro inclināte perficitur salꝰ nostra. ⁊ hoc
est quod dicitur Apoca. Ego sto ad ostium
⁊ pulso. si quis mihi aperuerit: intrabo ⁊ ce
nabo cum eo. ¶ O. ¶ In quibus verbis
predicta duo tanguntur: scilicet gratia pul/
sans ⁊ consensus aperiens. Cū ergo occur/
rimus deo siue sortem mittenti siue pulsan
ti quod vnum est. dantes sibi consensuz no
strum ⁊ dicentes cum psal. Iuraui ⁊ statui
custodire iudicia iusticie tue deꝰ sine medio
intrat in hospicium cordis nostri habitans
per fidem in cordibus nostris. iuxta illud sa
pientie. viij. Intraui in domum meam con
quiescam cum illa scilicet anima tanq̄z cuz
sponsa. ⁊ sequitur. Non enim habet amari/
tudinem conuersatio illius: nec tristiciā cō/
uictus illius sed leticiam ⁊ gaudium. licz ta
men om̄es equaliter id est equali gratia nō
inhabitet An videtur tibi equaliter inesse ei
qui dicebat. Si venerit ad me non videbo
eum. si abierit nō intelligam. iob. ix. ⁊ ei qui
dixit. Cum inhesero tibi ex omni me nusq̄z
erit mihi dolor ⁊ labor ⁊ viua erit anīa mea
tota plena te. An videtur tibi equaliter id ē
equali gratia inesse ei quem per solam fidez
inhabitat. ⁊ ei qui dixit Bern. Viuum ⁊ ef/
ficax est verbum dei: mox vt intus venit ex
pergefecit dormitantem animaz meā: cepit

mathe apli.

euellere ⁊ destruere edificare ⁊ plantare ⁊c̄
vnde sicut iesus christus primū natus posi-
tus est in presepio pāniculis inuolutus · sic
primū spiritualiter natus in nobis habetur
quasi qd̄ammodo inuolutus · ⁊ hoc figura-
tum legimus in euangelio: vbi dicit̄ · q̄ ali-
quādo oculte erat in templo · aliqñ aūt ma-
nifeste · vnde bern · de eius inuolutione sic di
cit Cor in pectore · anima in corde · mens in
anīa · fides in mente · christus in fide. Uoco
autē deum in presepio cordis nostri inuolu
tum: quādo ꝑ fidem habitat in nobis ⁊ nul
la adhuc incalescente deuotione sentit̄. Cū
autē homo bonis opibus ⁊ virtutibꝫ diu ex
ercitatus interduꝫ sentit in corde suo vehe-
mentē ignem caritatis: quā alijs vicijs ne-
quaq̄ sentit: tūc dicit̄ habitare in cordibus
nostris non solū per fidem inuolutus sed ꝑ
sensibileꝫ gratiā quasi denudatus. De hac
duplici inhabitatione dicit bern · Deus ⁊ si
iustis non desit ad meritū: plerumq̄ tamē
abest ad solacium · illud vtilius · illud autēꝫ
iocundius habetur: itaq̄ ⁊ latet dum sensū
cordis minime tangit illa suauis habita ꝫ
abdita. ¶ N ¶ Deus ergo per consensus
inclinationē intromissus in animā nostraꝫ
ambulando: id est ꝓficiendo in nobis quin
q̄ passibus tanq̄ quinq̄ profectibꝫ nos ꝓ-
mouet vsq̄ ad perfectū ꝑficiens vitā nostrā
Primo enim conscientiā purificat peniten
tiam infundendo · scd̄o mentē fortificat resi
stentiam conferendo · tertio bona opa multi
plicat nobiscum efficaciter opando · quarto
virtutes edificat animaꝫ decorando · quinto
nos sanctificat deuotionem nostraꝫ diuini-
tus aspirando: ⁊ in his quinq̄ perficitur vi
ta nostra. Primo dico conscientiam purifi
cat a peccatis fedis penitentiā infundendo:
eo q̄ nulla cōuenientia nec cōmansio potest
esse lucis ad tenebras · naꝫ que communica-
tio diuine maiestatis ⁊ iniquitatis? Sed
statim vt ingressus fuerit ꝑ radios sue veri
tatis impingit in tenebras: dissoluens ⁊ dis
sipans in momēto in ictu oculi quicquid in
uenerit feditatis · qd̄ sic contingit. Nam per
lumen sue penitentie nō potest anīa mala q̄
cōmisit ignorare: sed statim vt cognita fue-
rint displicent vehementer · que autē displi-
cent penitet cōmisisse. Ex dei ergo presentia
surgit anīe cognitio · ex cognitione aūt proce
dit displicentia · ex illa vero surgit penitētia
ad quā vt ait Criso · sine omī interuallo seq̄-
tur indulgentia peccatoꝝ. Non em̄ contine-
re se poterit illa benigna dulcedo ⁊ dulcis be
nignitas: q̄ est in visceribꝫ misericordie dei
nostri: cū ex corde nos penitere ⁊ dolere co-
gnoscit: sed ad gemitū offensam in se cōmis-
sam misericorditer indulgebit. Sed quid
prodest penitere de culpa si nō detur gratia
a modo cōtinendi? Laui pedes meos ait il-
la in Cañ · quomō iterum inquinabo illos?
¶ O ¶ Scd̄o ergo fortificat mentē resisten-
tiam conferendo · quid em̄ prodesset prima
gratia scilicet remissio peccatorū: si non sur-
rogatur virtus ⁊ gratia continendi · fieret si
ne dubio nouissimus error peior priori: ⁊ re
cedenti ꝑm aliqd̄ peius fieret q̄ iacenti. Et
quia hec gratia ex parte a nobis est vt videli
cet omnē occasionē recedendi penitus sub-
trahamus · ideo consulitur nobis Eccl̄es · x
Si spiritus ptātem habentis ascenderit su
per te locū tuū ne dimiseris · ac si dicat. Si
temptatio valida te inuaserit. sta in timore
ne consenseris eligens magis vri q̄ mori.
Efficatior autē ⁊ cautior resistentia hec est:
vt cuilibet impugnationi in principio resi-
stamus vt vicia impugnantia dicere nobis
possint ex persona philistinorū illud · i · Reg ·
Quō melius poterit placare dñm suum q̄
in capitibus nostris. Quia vicia in modū
ꝑpentium se habent: qui vbicūq̄ caput im-
miserit facilime subsequitur totū corpꝰ · vn-
de poeta. Principijs obsta · sero medicina
paratur. Cum mala per longas conualuere
moras: qꝛ valde fedum est ⁊ indecens coraꝫ
deo: si quis ꝑ gratiā a peccatis iam munda
tus ad eadem iam redeat iterū se deformās
ꝓpter quod tales duobꝫ immūdissimis re-
bus compantur: scilicet cani reuertēti ad vo
mitum ⁊ sui luto in volutabro. Hinc ꝓuer-
xxvi · dicit̄. Sicut canis qui reuertitur ad vo
mitū sic imprudens qui iterat stulticiā suaꝫ
Item · ij · Pe · ij · Contingit aūt eis illud ve-
ri ꝓuerbij. Canis reuersus ad vomitū suū ·
⁊ sus lota in volutabro luti. hinc Bernar ·
Si dixerit mihi iesus dimittūtur tibi pec-

cata tua: nisi ego peccare desiero quid proderit? Exui tunicam meam si reinduo eaz quātum profeci? sordens omni genere vicioꝝ diu iacui in luto fecis. Sed erit sine dubio recidenti cū iacenti veterius denicz qui me sanum fecit ipm mihi dixisse recordor. Ecce sanus factus es. vade iam amplius noli peccare ne veterius aliqd tibi cōtingat. ¶ Tertio deus habitans in corde bona nostra multiplicat nobiscuz coopando. naz si soli nos ipa fecerimus nihil nobis prodesset ad salutem: sed valor et acceptabilitas eorum ex coopante spiritu estimatur. qui videlicet spiritus vt grata sint deo patri: formal ipe eadem opa nostra ad exemplar operum domini nostri iesu christi. Opera autē christi quincz signis perfectissima comprobātur: in quibꝫ quantū ipm imitabimur: in tantū erunt etiam perfecta opa nostra. Habebant enim opa iesu christi difficultatem promptam voluntatē feruentem caritatez et pseuerantie longanimitatem: omnia non ad suā sed ad nostrā faciens vtilitatē. Nam de primo scilicet operuz difficultate dicitur Mar. Cepit iesus pauere et tedere et mestus esse in agonia di. Tristis est anīa mea vscz ad mortem. Item Joban. Factus est sudor eius velut gutte sanguis decurrentis in terram. quod revera ex difficultate pconcepte mortis factū fuit et ex imaginatione crudelissime passionis. Secdo ex promptissima voluntate fecit opa sua Lu. xxij. Desiderio desideraui hoc pascha manducare vobiscū. Item Hebre. xij. Per patientiā curramus ad propositum nobis certamen inspicientes in auctorem fidei et cōsummatorē iesum. qui ppposito sibi gaudio suscepit crucē confusione contempta. Tertia ex maxima caritate fecit opa sua dicens Job. Maiorem caritatē nemo habet vt animā suā ponat quis p amicis suis. Quarto in pfectissima pseuerātia opa domini sunt completa. Und emittens spiritum dixit. Consummatū est. Quinto in omnibus his opabatur nō quod sibi vtile fuit: sed qd nobis. nihil enim ex omnibꝫ his que opabatur sibi accreuit: sed nostrā in oibus pmouit vtilitatem. In his quincz dominus iesus existens in hoc mundo opera sua perfecit et cōpleuit. In eisdem etiā spūs iesu in minori mundo. id est in nobis existēs ad exemplar prioris operū spūaliter operatur: nisi obstacula ponendo sanctospūi resistamus. qd ne faciamus dicit nobis de? Exodi. Inspice et fac pm exemplar qd tibi mōstratum est cē et illud Judicū. vij. Qd me videtis facere oēs facite. Si ergo volumus efficaciter opari. operemur difficilia et cum hoc sint voluntaria et feruida cū pseuerātia et in his oībus non nostrā sed dei qramus gloriam: et sic efficaciter opamur. ¶ Quarto deus habitans in nobis vlterius pgreditur. plantans et edificans in nobis virtutes. nihil enim omnia predicta placerent deo si nō essent virtutibꝫ adornata. sic enim dicit Bern. Deus qui dūs virtutum dicit nequaqz thalamū mentis ingreditur si nō fuerit lectulus conscientie virtutibꝫ adornatus et subiungit. Quantumlibet te afflictes quantumlibet te crucies: non sui copiam tibi tribuit nisi fueris virtutibus decoratus. Suppositis autē virtutibꝫ theologicis: scilicet fide. spe et caritate que omni homini sunt necessarie ad salutem sine quibꝫ impossibile est placere deo. Studendum est altis rebus que ad spiritusscti mansionē in nobis pre ceteris deo placent: scilicet nosmetipos iudicare. misericordiam amare. solicite ambulare. et hec sunt virtutes de quibꝫ dicitur Osee. vi. Indicabo tibi homo quid sit tibi bonuz et quid dūs requirat a te. Utiqz facere iudiciū et diligere misericordiam. et soliciti ambulare cū dño deo tuo. Primū exhibendum est nobis. scdm proximo. tertiuz deo. ¶ Qui autē in se in proximo et in deo facit quod debet. hic perfectus est vir et beatus erit in facto suo. Primo ergo instauremus iudicium contra nosmetipos de oibus cogitationibus. affectionibꝫ. locutionibus et opationibus nos subtilissime diiudicantes. nec aliquid istorum nos transeat qd non discutiatur et diiudicetur. et si quid inuentum fuerit quod non liceat. deceat vel expediat: puniatur et in reliquum caueat. Tale iudicium supra modum placet et placat

XXXIII.

deum ⁊ preparat locum domino. ps. testan te qui dicit. Justicia ⁊ iudicium preparatio sedis tue. Bern. Diligit deus animaz que in conspectu eius sine intermissione sine dis simulatione diiudicat semetipam. idcz iu dicium non nisi propter nos a nobis exigit deus. quia si nosmetipos diiudicaverimus non vicz iudicabimur. quod dns monere studuit cum dixit. Cum feceritis que prece pta sunt vobis. dicite. serui inutiles sumus quod debuimus facere fecimus. Scdo ha beamus misericordiam ad proximos. omia eorum facta misericorditer iudicates bona eorum facta magnificates ⁊ mala fideliter excusantes. hinc Bern. Cave serue dei alie ne conversationis esse: aut curiosus explora tor. aut temerarius iudex etiam si perperaz actum deprehendens. nec sic iudices proxi mum magis autez excusa intentione si op? non potes. puta ignorantiam. puta casum. puta surreptionez. ꝙ si omnē omnino dissi mulationem rei certitudo recusat: suade ni hilominus tibi ⁊ dicito apud te. Uehemēs timis fuit ista temptatio. quid de me illa fe cisset si accepisset in me similiter potestatez ? Tertio ambulandum est solicite coram deo qui tanta solicitudine nos ⁊ omnia opa no stra intuetur: vt etiā dinumeret gressus no stros Job. Tu quidez gressus meos dinu meraisti. ⁊ illud ps. Omnes vias meas pre uidisti. Quā solicitudinem competenter co ram deo gerimus. si omni cautela ⁊ omni di ligentia caveamus displicentiam ⁊ placen tiam ingeramus. ¶ Quinto de? habi tans in nobis omnem vitam nostraz san ctificat interioza nostra diuinitus inspiran do. quod contingit cum per prioza exercitia bene humiliati. dispositi ⁊ preparati senti mus in nobis flagrantem ignem caritatis qui ex superabundanti copia omnium gra tiarum in nobis conflatur copiosas benedi ctiones secum ferens. sic enim dicitur gene. ex persona dei venientis ad animam. Vo dicum habuisti anteꝙ venirem ad te. nunc autem benedixit tibi deus ad introitum me dium. hinc deutero. Ipe venit plen? bene dictionibus. nam per inhabitantem deū in cordibus nostris. dicitur nobis iterum deu tero. Benedictus eris ingrediens ⁊ egredi ens. benedicetꝙ tibi dominus in cūctis opi bus tuis. Ex his benedictionibus tm tres breviter nominemus. Clemens enim deus ad animaz tres benedictiones pre ceteris se cum fert: scilicet benedictionez mutationis augmentationis ⁊ sanctificationis. Primo dico auferit secum benedictionem mutatio nis. mutans maledictionem veteris homi nis in benedictionez. nam anteꝙ dominus veniret ad nos subiacuimus maledictioni illi qua dicitur. Maledicti qui declinant a mandatis tuis. ⁊ illi qua dicitur. Maledi ctus qui servit indignus se. ⁊ quia fuiuimus mācipio corporis nostri. quod revera indi gnius ⁊ ignobili? est ꝙ nos. ⁊ per ꝓsequens dyabolo ⁊ peccato. de quo dicitur. Qui facit peccatum servus est peccati. ideo ex his oīm bus fuimus maledicti. ⁊ hec maledictio cō mutata est in benedictionem ex cuius virtu te omnia nobis modo cooperantur in bonū Scdo apportat secum benedictionem au gmentationis: cumulās super nos incremē ta meritoruz: ⁊ dicens nobis illud Gene. i. Benedixit deus illis ⁊ ait. Crescite ⁊ multi plicamini ⁊ replete terram. at si benedicens nobis dicat. Crescite i meritis ⁊ replete ter ram corporis vestri virtutes ⁊ merita cumu lantes. Tertio benedicit nobis benedictiōe sanctificationis. quia ex eius inhabitatione intus ⁊ extra per omnia sanctificamur. de q̄ dicit Psalmista. Hic accipiet benedictio nem a domino ⁊ misericordiam a deo salu tari suo. Hoc totum operante in nobis do mino ihesu christo ⁊c.

XXXIIII ¶ De sancto Gregorio.

Negociamini dū veni. ¶ L. ¶ Dicit bernardus. Secure negociabor ꝓcipiente domio meo. Non enim paruum mihi fiducie robur pre stat ꝙ ille summus imperator factus est ne gociator meus ⁊ negocium meum sine ocio egit ꝙdiu fuit i terris. Quia gloriosus iste princeps beatus gregorius inter supremos negociatores fidelis ⁊ prudens extitit nego

ciator: vt non solum in tempore suo: hoc est in vita sua verbo ⁊ exemplo negocia domini sui fideliter perageret: sed vsq; in p̄sens tē/pus: imo vsq; in diem nouissimuz scriptis suis dulcissimis dei ecclesiaz edificet ad edi/ficationem tabernaculi quod est ecclesia cō/portans aurum et lapides preciosos. ita vt de illo veraciter dici possit illud Zach. xiiij. Non erit mercator vltra in domo dei. subau di similis illi. Et illud Eccle. Non est inuē tus similis illi in doctrīa mortalitatis. ⁊ hec de laude eius breuiter tacta sufficiunt. q̄r vt ait Ambrosi. Eius laudi aliquid addidisse decerpere est. Ip̄e est enim de quo veraciter dictum est. Euge serue bone ⁊ fidelis. quia super pauca fuisti fidelis supra mlta te cōsti tuam. quia inuentum est cor eius fidele. si/cut dicitur Esdre. Nunc conuertamus ne/gociationem ad nosmetip̄os: eo q̄ etiaz no/bis dictum sit verbum ꝓpositum scilicz Ne gociamini dum venio: ⁊ negociemur in spi ritu interioris hominis nostri. eo q̄ illa ne/gociatio melior sit negociatione auri ⁊ argē ti. sicut dicitur prouer. iij. Verum quia illa loca apta sunt ad lucrandum vbi nō longe ab inuicem sunt loca multa forensia ⁊ mul te nundine in vicino. eo q̄ mercatores sua mercimonia ad eadem loca vicina possunt faciliter transportare. Ideo volentes merca ri ⁊ negociari quod in eternum expediat. in grediamur interiora nostra. colligentes sar/ciunculas nostras: id est intellectum ⁊ affe/ctum: ⁊ mentaliter discurramus ad loca vi cina. que ⁊ si longe distare aliqua videātur vtpote celum ⁊ infernus. spiritui tamen pro xima sunt ⁊ mente velociter omnia percur/rere possumus sine quouis obstaculo retar/dante quia in imagine velociter currit ho/mo: vt in ictu oculi pertranseat multa loca.

¶ Primo ergo collectis sarciunculis no stris intellectu ⁊ affectu scilicet curram⁹ in/trorsum ad nundinas: id est ad negociatio/nes ⁊ mercimonia peccatorū. scdo ad nun/dinas defectuū nostrorū. tertio ad conside/rationem beneficioꝝ quarto ad nundinas inferorū quinto ad forū regni celorū. sexto ad vanitatem mundanorū. septimo negoci emur aliquid apud deum deorū. Hec prose quentes per ordinez. primo negociemur cir ca materiam peccatorum nostrorū. ponde/rantes mensurantes ⁊ numerantes magni tudinem longitudinem ⁊ multitudinē pec/catorum. In his nuudinis tamdiu nos ex/ercentes quousq; lucremur merces omnibꝫ mundi diuitijs meliores quod est peniten tia salutaris. Nam in ponderibus ⁊ mensu ris datur ⁊ accipitur aliquid. sic ⁊ nos dem⁹ pondera peccatorū ⁊ accipiamus penitenti am: que cōmutatio nobis erit vtilior q̄ oēs mundi diuitias acquisiuisse. Et hoc est pri/mum lucrum quod in hoc primo cōmercio lucramur sine quo nullum lucrū in reliquis consequamur. Q̄ si hoc lucrum scilicet peni tentiam iterū ad aliud lucranduz sicut pru/dentes mercatores faciunt. vlterius exponi mus consequimur pro illo thesaurū iteruz meliorem remissionem videlicet peccatorū. Hec enim se consequūtur ad inuicem. vt ꝑ fideli ponderatione peccatorum detur peni/tentia: ⁊ pro vera penitentia accipiat remis/sio peccatorum. hinc Bern. Ad veraz cogni tionem peccatorum immediate sequitur pe nitentia: ad quā sine vllo interuallo subiun gitur remissio. nam qui vere cognoscit ma/lum quod ex peccato incurrimus. a peniten tia se non poterit continere. multominus de us cui proprium est miserere ⁊ parcere: a re missione se continet vbi viderit penitentiaz veram esse. hoc ergo magno lucro consecuto ad alias nundinas properemus. ¶ X

Scdo ergo curramus ad nūdinas defectu um nostrorum. hec enim mercatio immedi/ate sequitur ad predictaz. Homo enim sen/tiens se ꝑ alleuiationem conscientie ⁊ ꝑ at/testationem spūssancti remissionis gratiaz consecutū mutata deuotione accingit se ad gratias referendas sed ecce assunt qui nos impediunt defectus nostri ⁊ reliquie pecca/torum inquietantes nos ⁊ impedientes ne ad grās referendas caput erigere valeam⁹. ⁊ tunc primuz incipit apparere nostri nego/cij difficultas. Cū eī ex prima gratia crescit voluntas vt ꝓmpta sit ad faciendū. q̄d no/uit placitum esse deo: ⁊ ip̄i defectus adhuc crudi ex vulneribꝫ nouit sanatis īpediūt bōaz volūtatē. fit dolor sup dolo. āxietas mlta nis

Gregorii pp̄e

lugens plus defect⁹ q̄ꝫ prius ip̄a pecccata: ⁊ hoc est ꝙ dicit Bernardus. Benignus dn̄s non permittit electum suum in principio tē ptari supra illud quod potest. vn̄ fit vt nec damni quantitas nec recuperandi difficultas quanta est innotescat: sed postea innotescit aliqualiter: nisi difficultas ⁊ frustra sperata facilitas euanescit. In hoc ergo foro: si tamen his nundinis fideliter intenti fuerimus. mercabimur lucrum bonum ⁊ vtile. quod in thesauris spiritualibus non mediocriter enitescit. ⁊ hoc est humilitas que p̄ ceteris virtutibus placet deo: que sup̄ omnes mundi diuitias ditiorem facit hominem ⁊ esse gratiorez apud deum. de cuius gratitudine dicit dominus per Esa. Ad quē respiciam nisi ad humilem ⁊ quietum ⁊ trementem verba mea? hinc Bern. Insipiens ⁊ insanus est quicunq̄ in sapientia vel in alijs quibuscunq̄ vite meritis q̄ꝫ in sola humilitate confidit. ¶ Y ¶ Sopitis ergo ⁊ aliquantulum mitigatis defectib⁹ nostris tercio discurramus ad nundinas beneficiorum dei. estimantes quis. qualia. quanta beneficia nobis dedit ⁊ inuenim⁹ q̄ꝫ indebita miseratio q̄ꝫ gratuita dignatio. q̄ꝫ stupēda dulcedo inclinauit deum vt nostri memoriā taliter haberet. Quis enim ē iste benefactor? Reuera deus cuius magnitudinis non est finis. qui bonorū nostrorum nō indiget sufficiens sibi: ⁊ tamen cor suū dulciter posuit super nos miseros ⁊ indignos. ac si ex gratia nostri dependeat omne bonum suum. Qualia autem ⁊ quāta beneficia nobis cōtulerit? Sciendū ꝙ contulit nobis optīa queq̄. Quid enim melius homine glorificato. quid melius celo tanto hospite sanctis ⁊ angelis illustrato. quid melius deo cū oībus optimis suis nobis in perpetuum cōmunicato? De quibus optimis dicitur. i. Re. ix. Cuius erūt optima queq̄ in israel? ⁊ subiungitur. Nonne tibi? Item deuter. xxviij. Aperiet dominus thesaurū suū optimum scilicet celum. Quanta autē contulerit nobis? Dico ꝙ omnia. nihil ex omnib⁹ sibi reseruās. hinc p̄s. Om̄ia subiecisti sub pedibus eius. Item apostolus. Omnia ꝓpter electos. Ex his nundinis (si tamen preciosa queq̄ eius non dissimulabimus) nobilissimam margaritā mercabimur quā dicimus caritatem: nihil enim tam facile inclinat hominem ad diligendum sicut beneficia largitoris. hinc ait Aug⁹. Ad dei dilectionem in nobis excitandam. nutriendam augmentandam. nihil ita valet sicut beneficiorum eius frequēs ⁊ diligens recordatio ¶ Z ¶ Quarto aggredere ⁊ ingredere regionem dissimilitudinis mundū scilicet istum ⁊ vide q̄ꝫ frequētes sint ibi nundine: quāte germinent ⁊ regerminent vanitates. Vade ergo sic per forenses tumult⁹ ⁊ hincinde decertantes circumspice. Et quantum colligo in trib⁹ causis natat omnis voluptas. Alij enim diuitijs. alij carnis delicijs. alij glorie innituntur. Nam de diuitijs dicit Bernar. Curris ad indiam. ethiopiam circūis. transis maria: ⁊ alium tibi orbem aperis nauigādo vt diuitias aggreges fugis patriaz. ignoras filios. diuelleris ab vxore ⁊ omniuz necessitudinuz oblitus queris vt acquiras. acquiris vt perdas. perdis vt doleas. ⁊ hoc ꝓ diuitijs. Audi breuiter de honoribus. ducez te constituerūt ⁊ data est tibi facultas vt miser sis ⁊ amplius non quiescas: cumulatur materia solicitudinum. Nunquid in honore sine dolore. in prelatione sine tribulatiōe. in sublimitate sine vaītate quis esse poterit? Si ergo queris gloriam: omnib⁹ inuidie semina prebuisti. Idem iudicium est de carnis delicijs. In breui transit voluptas ip̄a ⁊ infectā fetidamq̄ infelicem relinquit memoriam. Contemne igitur hec omnia. ⁊ de his omnibus nundinis lucrare mummuz scilicet contemptum mundi qui plus ꝯfert vtilitatis q̄ꝫ mūdi machina vniuersa. Quīto curre ad nundinas infernales: quas iterꝫ describit Bern. sic dicens. Illa regio est regio dura. regio timescenda. locus afflictōis terra obliuiōis. terra miseriarum. terra turbinis ⁊ caliginis. terra maledictionis ⁊ mortis. in qua nullus ordo. sed sempitern⁹ horror inhabitat. Totus tremo ad frigus illud horrendum. ibi fetor intolerabilis. ibi percutientes mallei resonant incessanter. ibi confuse tenebre cumulatius densentur. ibi confusio peccatorum. ibi terribilis ⁊ horribilis

facies demonum. ibi fletus ⁊ stridor denti/
um. ibi est penarum diuersitas. acerbitatis
eternitas. Curre per has tumultuantes nū
dinas: ⁊ ne moriens viuens descēdas in in
fernum lucrare ex his omnibus odium pec
cati dicens in corde tuo. Melius est carere
presentibus voluptatibus q̄ꝫ in sempiternū
subiacere illis cruciatibus. ¶ A ¶ Sexto
currendū est ad nundinas regni celorū: ad
regionem gloriosam: gaudiosam ⁊ voluptu
osam. Ad regionē gloriosam. quia ibi vniti
deo erim⁹ gloriosi nimis valde. de qua glo/
ria dicit dn̄s per Esa. xlix. Erunt reges nu/
tricij tui ⁊ regine nutrices tue: vultu in ter/
ra demisso adorabunt te ⁊ puluerem pedū
tuorum lingent. ⁊ scies quia ego dn̄s super
quo non confundentur qui expectant eum.
Scdo ip̄a etiam est regio gaudiosa. q̄r tot
sunt ibi gaudia quot sunt ibi sancti ⁊ ange/
li congregati. De quo dicit Esa. lxv. Gau/
debitis ⁊ exultabitis vsq̄ꝫ in sempiternum.
De hac leticia dicit Bern. Si haberes ali
quem quē sicut teip̄m amares: de ei⁹ bono
sicut de ꝓprio gauderes. haberes ergo gau/
dium duplicatum. si vero duos vel tres vel
plures tibi pares in amore possideres ⁊ eos
simili felicitate cōspicuos cerneres. nūquid
pro eorum leticia in te multiplicaretur gau
dij magnitudo? Potest ne ergo illius gau
dij modus a quoq̄ꝫ homine penetrari cū vl
tra mille milia ⁊ decies centena milia innu
merabiles sint: ⁊ om̄es beatitudine eadē ꝑ/
fruantur: nec vllus eorū sit qui nō tantum
de bono alterius gaudeat quantuꝫ de ꝓprio
que omnia nimis habent respectum ei⁹ quē
supra se vident: quē cum videm⁹ nos amā/
tes longe amplius q̄ꝫ nosip̄i nos amemus
ideo gaudebimus de sua gloria multum ni
mis valde. Tertio consideremus: quia re/
gio ista est voluptuosa. de cuius delicijs dici
tur in p̄s. Inebriabuntur ab vbert. do. tu. ⁊
tor. volup. tu. pota. eos. Iuste autē nomine
torrentis celestes delicie nuncupant. Quia
sicut torrens ex multis riuulis confluentibꝰ
facit inundationē. sic celestes delicie ex deo ⁊
sanctis om̄ibus et angelis in nos fluūt: nec
solum ex omnibus in nos fluunt sed in nos
totos. alioquin quomō erit deus om̄ia in oī
bus. si in homine de homine aliquid rema/
nebit? Hec ergo si fideliter perspecta fuerīt
mercabimur inde lucrum gloriosum et lu/
crum vtile: videlicet desideriū supernorum
quo adepto nihil amplius libet in terris cu
pientes dissolui ⁊ esse cū christo. ¶ B ¶
Septimo currendū est ad nundinas glorio
sas ⁊ om̄ibus meliores quas deus possidet
in seip̄o. de quo ⁊ si nihil dici poterit dignū
eo ꝙ lucem habitat inaccessibilem. ⁊ iō hec
eius scientia exuperat omnē sensuꝫ. aliquid
tamen de his que sub ip̄o sunt balbuciendo
loquamur. quia ip̄a sunt que in tp̄e visitati
onis. vt ait Esa. replent templum id est ani
mas contemplatiuorū: non enim ip̄e videt
quia vt ait Johan. Deū nemo vidit vnq̄ꝫ
sed que sub ip̄o sunt vtcunq̄ꝫ ab anima sen
tiuntur: ⁊ hoc est quod ait Gre. Anima spi
ritussancti gratia afflata. ꝑ figuras quasdā
deum videt. sed ad ip̄am vim eius essentie
nō pertingit. De his ergo que sub ip̄o sunt
tria contemplemur ⁊ contemplando rime/
mur: scilicet iudiciorū profunditatem. dul/
cedinis bonitatem ⁊ maiestatis sublimita/
tem. In quorū contemplatione si tm̄ profe
cerimus vt affect⁹ noster hereat ⁊ s̄m ea di/
uinitus affletur ⁊ afficiatur: tria lucra inde
reportabimus om̄ibus mundi diuitijs me/
liora: scilicet pauorem. dulcorem ⁊ stuporeꝫ
ita vt hec singula de singulis illis surgant.
Nam pauorem de iudiciorum profundita
te. dulcorem de dulcedinis bonitate ⁊ stupo
rem de maiestatis sublimitate reportamus
contemplando. In prima contemplatione
stetit p̄s. cum dicebat. Iudicia dei abyssus
multa. O quanto pauore paulus prostra/
tus extitit: cū tremens ac pauens dixit Ro
ma. xi. O altitudo diuitiarum sapientie et
scientie dei: q̄ꝫ incomprehensibilia sunt iu/
dicia eius ⁊ inuestigabiles vie eius. In se/
cunda stetit psalmista: cū dixit. Q̄ magna
multitudo dulcedinis tue domine ⁊c̄. Item
sapientie. xij. O q̄ꝫ bonus ⁊ suauis est domi
ne spiritus tuus in nobis. De ambobꝰ aūt
idem dicit in eodē. Vide bonitatē ⁊ seueri/
tatē dei. in eos quidē q̄ ceciderūt seueritatē
in te aūt boītatē si tm̄ ꝑmāseris ī boītate alio/
q̄n tu excideris. de tercio. s stupore maiestatis

dicit Bern. Precipua ⁊ maxima contemplatio ⁊ ammiratio maiestatis. Hoc requirit cor purgatū a vicijs liberatum atq; exoneratum a peccatis: vt se facile possit ad supna leuare vt interduz per aliquas mozulas stupoze ⁊ extasi suspensum teneat ammirantem. de qua etiaz dicit Greg⁹. Tunc dei maxime maiestatem miramur: cum in cōtemplatione eius obstupescendo obmutescim⁹ plus musitare cupientes q̄z verbis exprimere valeamus: non inuenientes verba ydonea ad tam sublimia exprimenda. hoc agente ihesu christo ⁊c.

XXXIIII. Sermo scōs de eodem

Accipite disciplinam per ꝓmones meos ⁊ proderit vobis. Sap. vi. ¶ Dicit Greg⁹. de quo nobis est ꝓmo. si mētis et corporis euagatio per discipline censurā cōpescitur. tunc spirituale edificiū ad deuz erigitur. nam quo disciplinata mens extra se euagari compescitur. eo supra se surgere cōpellitur: qz ⁊ in altum arboz crescere non poterit que per ramos se diffundere nō prohibetur. que si primo inferius constringitur in altum ire compellitur. sic ⁊ cum riuos fontium obstruimus: fluenta contra suam naturam sursum fluere cōpelluntur. sic si p̄ disciplinę censuram infernus coartamur: sursuz ad deum facilius eleuamur. Dicit ḡ beatus Greg⁹. qui de disciplina morū ⁊ virtutū super omnes doctores disseruit. Accipite disciplinam per ꝓmones meos editam ⁊ ꝓderit vobis. In quib⁹ verbis duo facit. Primo enim ꝓponit suam exhortationē. Scōo exhortationis fructificationē. Primū ibi. accipite disciplinā. scōm ibi. ⁊ proderit vobis.

¶ Cum ergo ꝓm Bern. omnes homines natura equales genuerit. quicquid boni vl mali hominibus accesserit. ex discipline diligentia vel eius negligentia habet oꝛum. et ideo in genere moꝛ nullū bonū melius inuenitur. qua fit vt bona que fecerimus taz spiritualia q̄z corporalia per disciplinam adornara reddantur coram deo ⁊ homin⁹ gratioza. Nam in agendis ⁊ patiendis pl⁹ meremur in adiuncta disciplina morum q̄z in exhibitionibus factoꝛū. Non enim sufficit vt quecunq; bona opera faciamus: sed vt ea cum disciplina ⁊ diligentia exhibeam⁹. qō in deutero. facere monemur cū dicitur. Juste quod iustum est exequaris. Juste enim quod iustum est facimus cum iustuz opus deo cum disciplina debita exhibemus. hinc ps. Deus glorificatur in consilio sanctoruz ac si dicat. Plus glorificatur deus in consilio quo cōsiliamur ⁊ conamur: vt bona que facimus disciplinate ⁊ decenter dño exhibeantur q̄z in ipis opibus sine illo. Q̄ grata autē sit disciplina dño patet per eius descriptionem quam ponit Bern. ita dicens. O q̄z compositū reddit omnē statum corporis necnon ⁊ mentis habitū. disciplina. cerunicē submittit. ponit supercilium. componit vultum. ligat oculos. cachynnos cohibet. gulaz frenat. iram sedat ⁊ formatincessum. ¶ Est autē quadruplex disciplina quattuoꝛ locis vite nostre si proficere cupimus adhibenda: scilicet in cordis cogitatione. oris locutione. morū ⁊ totius vite moderatione et corporis castigatione: que oīa per cautam ⁊ diligentem disciplinā sunt subtilissime regulanda. Primā ergo disciplinam apponamus cordi: eo q̄ ab ipa vita procedat. nam vt ait Bern. Frustra siccatur riuus si fons ipe non fuerit obturatus. Cui si debitaz disciplinam ꝓuare cupimus. tres ei custodias deputemus: vt videlicet ipm primū ⁊ ante omnia in omni puritate ⁊ mundicia cōseruemus. scōo vt deum ⁊ eius bona continue cogitemus. tertio vt ipm virtutib⁹ adornemus. Primo dico cor nostrum in oī puritate conseruemus nihil penitus admittentes quod cor nostrū inquinet vel conscientiam reprehendat. Q̄ si aliquid irrepserit statim vt deprehensum fuerit expellatur. Solus enim de⁹ inspector est cordis. iuxta illud iij. Reg. viij. Tu solus nosti cor omniū filiorum hominum. ⁊ illud. Homo videt in facie. deus aūt intuetur cor. Nam vt ait bern. nihil facilius sedatur corde. Ante oīa autem ne mortal' peccati macula irrepserit caueatur ne aliquid de genere eiusmodi in nobis regnet. ne dominet: ne aliquando cōsentiatur: dicentes semper in cordibus nostris

illud ps. Si mei non fuerint dominati tūc immaculatus ero: ⁊ emun a deli. maximo. quod est mortale peccatū. de quo hortat apostolus Ro. vi. di. Non regnet peccatum in mortali vestro corpore. ¶ F ¶ Scdo disciplinemus cor nostrū vt cogitet semper deū nam ex hoc multuz proficimus ⁊ interiora nostra omia sanctificantur. hinc dicit deut. Caue ne aliquādo obliuiscaris domini dei tui. Quod reuera digne facimus: quia ipe nunqz obliuiscit nostri. Itez Thobi. Omi tempore in mente habeto deum: quia nihil dignius. nihil vtilius. nihil dulcius poterit cogitari. Tertio disciplina cordi nostro apponatur vt ipm virtutibus adornemus vt videlicet studeamus habere in corde nostro ad deum ardentem caritatem. ad nosipsos humilitatem ⁊ ad proximos benignitatem in his disciplinabimur ad omnē (si tamē pficimus) sanctitatem. De hac cordis disciplina dicitur Eccle. vltimo. Suscipiat anima nostra disciplinā. hoc est bonam cordis ⁊ mentis ꝯfirmationē. Scdo disciplina adhibenda est locutioni oris: ne quid loqmur quod coram deo vel hominibꝫ vel etiam in ꝓpria conscientia tanqz reprehensibile contemnatur. ¶ G ¶ Veruz quia ſmo noster tripliciter variatur. aut enim deo loquimur aut ꝓximo aut ꝓ nobisipis. ideo disciplina ori adhibenda similiter variatur. Primo g locutio quā deo exhibemus disciplinetur ad deuotionē: vt quicquid deo loquimur tam humiliter tam affectualiter ei exhibeatur vt coram deo deuotio excitetur: ⁊ per disciplinam verba arceantur: vt in nostra locutiōe nihil fatuum nihil distortū. nihil saluti nostre contrariū. nihil contra voluntatē suam postuletur: nec per euagationē ⁊ verboꝝ dissolutionē. non solū quod petimus nō consequamur: sed tanqz indigni ⁊ deo abominabiles repellamur. dicatqz nobis deus illud apli Jaco. iiij. Petitis ⁊ nō accipitis eo ꝙ male petatis. sicqz nostra locutio q̄ deo debetur per disciplinā coerceatur vt solū deuz ⁊ quod petimus cogitemus. Hinc Bern. Docendus est ⁊ fideliter ammonendus in oratione sua cor suum sursum leuare ⁊ a corporalibus ⁊ corpum imaginationibꝫ quanta potest puritate longius recedere. Scdo locutio nostra que ꝓximis debetur per disciplinam castiget vt soluz edificationē proximi intendamus: tam disciplinate tam moderate: tam mature verba nostra ꝓferentes vt omnis qui audierit edificetur. De hac disciplina loquendi dicit Bern. Boni cum loquūtur duo in suis locutionibꝫ actēdunt vt videlicet aut sibi aut certe auditoribꝫ ad vtilitatem loquantur vel ad minus sibi soli prosint si auditoribꝫ nō prosunt Vn Sap. Sermo noster nō sit inanis sed aut suadeat quod bonū est. aut moneat. aut consoletur. aut ꝓuocet. aut instruat audientem vel corripiat delinquentem. De hac disciplina loquendi dicit prouer. v. Fili mi disciplinaz labia tua ꝯseruent. ⁊ aplus Ephe. iij. Sermo vester semꝑ sit in gratia sale conditus. nam bonus ſmo iuste sali cōpatur. qz sicut sal a putredine. sic bonus ſmo a fetore male fame nos conſuat. ¶ H ¶ Tertio loquimur qñqz nō deo nec proximo: sed ad ꝓpriā vtilitatem ⁊ q̄lemcunqz necessitatem loqui oportūo tpe nos oportet. quod cū fieri oportet hoc fiat cū maxima disciplina corporis. morū cōpositione. membrorū ordinatione. matura locutione. non vocis exaltatione: vt de nobis dici possit illud Eccle. xliiij. In sermone cōposito sunt omia. nam sicut prouer. xv. dicit. Qui moderat sermones suos prudentissimus est. cauentes illud improperiū Esa. lviij. Cum desieris digitum extendere ⁊ loqui qd non ꝓdest. orietur ī tenebris lux tua. ꝓuer. vi. Homo apostata est vir inutilis graditur ore peruerso. annuit oculis. terit pede. machinatur malū ⁊ omni tempore iurgia seminat. qz stultꝰ in risu exaltat vocem suam. Tertio in moribꝫ nostris ⁊ in oī conuersatione nostra disciplinā conſuemꝰ vt nō solum p̄dictis in locis sed in omnibꝫ moribus nostris disciplinate nos apud deum ⁊ homines teneamus. capitis inclinatione. oculorum depressione. visus summissione. incessuum iusta moderatione: ⁊ totiꝰ corporis compositione. quod suadet apostolus Roma. xij. dicens. Prouidentes bona: non solum coram deo sed etiam coram hominibus. quod exponēs Bernardus dicit. ¶ J.

Gregorij ppe

Prouidentur bona coram hominibus tribus modis. habitu. actione sermone. Habitu ne sit notabilis. actione ne sit reprehensibilis. sermone ne sit contemptibilis. de quo in priori membro dictum est. Nam de habitu dicit Augusti. Habitus tuus mores honestos exhibeat. disciplinaz redoleat, maturitatem habeat. nō vt hominibus placeamus sed ne scandaluz prebeamus ⁊ ne diuinum intuitum distortis moribꝰ ⁊ lasciuis incessibus offendamus. nam vt frequenter exterior disciplina bone cōpositionis in mente indicium est cum tanta maturitate ꝯuersantes vt dicatur de nobis. quod de beato Bern̄. legimus. Prima virtus habitꝰ corporis. ꝙ ita quasi vno modo semper se habeat vt nihil possit offendere intuentes. totum in eo disciplinatū. totum insigne virtutis. perfectionis forma vnde iterū Bern̄. In omni conuersatiōe tua solicitus sis obseruare vias tuas. et in conspectu domini et in conspectu proximi caueas tibi a peccato. et illi a scandalo ⁊ subiungit. Cuius omnibus grata ⁊ nemini onerosa conuersatio ē. huic sine dubio de propria salute vniuersa fratrum congregatio attestatur. Quarto disciplinemus corpus. hoc est castigationibus affligamus. quia vt ait apostolus Hebreo. Si extra disciplinam eritis. non filij sed adulterini estis. Hec autez disciplina necessaria est post predicta. vt si quid de predictis disciplinis obmissum fuerit. vel aliqd irrepserit. per disciplinam corporis castigetur. R. Hec autem disciplina sic ⁊ cetere virtutes tripliciter variantur quia tripliciter exercetur. scilicet in resistentia viciorum in aggressione arduorum ⁊ in sufferētia aduersorum. in his tribus om̄is castigatio continetur. de quibus dicitur eccl. xxxiij Cibaria ⁊ virga ⁊ onus asino. panis ⁊ disciplina ⁊ opus seruo. Q. si corpus nostrum magis lastiuire cupiens. hec aggredi noluerit. tunde latera eius virga. eccle. iterū ibidem. Seruo pessimo latera sanguinare vl' possumus dicere sm̄ gre. ꝙ a tribus tripliciter disciplinamur. Alia nanqz a deo. alia ab antiquo aduersario. alia a proximo sustinemus A proximo nanqz persecutōnes damna ⁊ contumelias. ab antiquo aduersario temptamēta. a deo flagella toleramꝰ. Qualiter autem hec tria sufferantur statiz subiungit dicens. Q. in his tribus modis vigilanti oculo semetip̄am mens debet circumspicere. ne contra mala proximi pertrahatur ad retributionem mali. ne contra tēptamenta dyaboli seducatur ad delectationem vel consensum delicti. ne contra flagella opificis ad excessum proruat murmurationis. L. Sequitur secundum principale. scilicet ⁊ proderit nobis. in quo verbo nobis innuitur vtilitas discipline. Naz ex predictis quattuor disciplinis vtilitates totidem nobis surgunt. quia ex disciplina cordis siue spirituali interiora mundātur. ex disciplina verbali merita cumulātur. ex disciplina morali virtutibus ditamur ⁊ ex disciplina corporali a futuris penis securamur. Et sic per ista quattuor exercitia anīa nostra ad dei similitudinem a qua longe ꝑ dissimilitudinem recesserat reformatur vt per ista quattuor tanqz quatuor passibꝰ ad deum redeat vnde venit ⁊ hoc est quod dicit Bernnardus. Ab ip̄o ⁊ ad ip̄m conditꝰ est animus rationalis. vt ad ip̄m sit cōuersio eius. ad imaginem enim ⁊ similitudīez eius conditus ē. Unde quādiu hic viuitur qz ꝓpius potest accedat ad eum similitudine a quo sola disceditur dissimilitudine vt sit hic sanctus sic ille sanctus est. et in futo btūs sic ille btūs est. qd adhuc tā figura qz scriptura poterit declarari. Figura nam sicut dicitur Genesis octauo. emisit noe columbam de arca non vt extra maneret. sed vt ad eum rediret. sic deus creando infundens ⁊ infundendo creans mittit animas rationales in hunc mundum. non vt extra maneant. sed vt ad eum redeant. quod adhuc per alia quedam euidentiora declarat. Omnia enim entia particularia ⁊ imꝑfecta sicut est aqua ignis ⁊ terra ad sua principia ⁊ ad sua perfecta naturali cursu tendunt. vt in eisdem perficiantur. hinc est ꝙ omnis aqua particularis naturali suo cursu tendit ad mare. vt in eo tanqz in suo perfectibili perficiatur Eccle. Omnia flumīa intrant mare. sic omnis ignis naturaliter

sursum tendit vt celo empireo tanq̃ suo perfectibili vniatur. sic omnia que de terra nascuntur. in terram reuertuntur Ecclesia. tercio. Omnia pergunt ad vnum locum q̃ de terra facta sunt. & in terram pariter reuertuntur. Sic anima rationalis que a deo ē ad deum iusto ordine reuertetur. quod nō solum figura vt̃ visum est sed etiaz scriptura ostenditur. dicitur enim Ecclesiast. duodecimo. Reuertatur pulvis in terram suā vnde erat. et spiritus redeat ad dominum qui dedit illum. vnde de homine christo dr Johannis. Sciens iesus quia a deo exiuit et ad deum vadit. vnde Bernardus. Spiritus rationalis quia imago dei est. intelligit & scit se posse & debere adherere ei cuius ymago est. quod cum in homine perficitur tunc complesse dicitur cursum suū. de hac fine consummationis iterum dicit Bernardus. Hoc est destinatum solitarij certaminis brauium. hic finis. hic premium. hic requies laborum. consolatio dolorum. et ipa hominis perfectio & vera eius sapiēcia. omnes amplectens & continens in se virtutes non aliunde collectas sed naturaliter insitas. ad similitudinem dei qua est ipse quicquid est & hec est hominis iusti in hac vita perfectio. et perfectio huius perfectionis ibi erit vbi erit brauium superne vocatōis perfecta apprehensio. ad quā &c.

XXXV. De sancto benedicto.

QVicunq; hāc regulam secuti fuerint. pax super illos & misericordia & super israel dei Gall. sexto. ¶ Q Dicit Ambro. Ad sanctissimi & beatissimi patris nostri benedicti cuius hodie festa celebramus laudes addidisse aliquod decerpisse est. eo q̃ illa nobilis lingua gregorij quicquid laudis eius accipi poterat. vernantis eloquij fmone magnifico gloriose depinxit. totam vitam eius & actus tam magnifice extollens. vt laudi eius nihil amplius addi queat. q̃ si quid deuotione vrgente de nostro aliquid addere cupimus. non verbis sed operibus illud fiat. sic enim dicit ambrosius. q̃ virtutuz eius gloria non fmonibus exponenda est sed operibus comprobanda. Suprema enim laus deo & sanctis eius gratissima & nobis vtilissima consistit in ipozū imitatione vt sequamur vestigia eozum non declinantes ad dexteram nec ad sinistram. propter quod & huius propositum est inductum quod nobis ministrat materiam imitandi. nam in regula que nobis proponitur vita eius glorioſa relucet. Dicit eñ Bernñ. q̃ non potuit aliter docere q̃ viverat. nec aliter viuere q̃ docebat ¶ Q Sciendum ergo q̃ in verbis ꝓpositis duplex nobis regula ꝓponitur imitandi videlicet doctrinalis & exemplaris. Doctrinalis est illa editio que hodie per vniuersum ordinem cisterciēn. ad legendum in nostris capitulis inchoatur. in qua docetur quō secundum deū & glorioſum legislatozē nostrū benedictum viuere debeamus. Exēplaris aūt regula est sanctissimi patris nostri vita que nobis tam in lectionibz q̃ in cantibus ad memoriam reuocatur. de prima regula sit primus fmo. de secunda sc̃dus. De prima regula ꝓsequēdes. sciendum q̃ in verbis ꝓpositis tria intelligimus. scz sequentium paucitatem. regule auctoritatē. imitantiuz vtilitatem. Primū ibi quicunq;. scdm ibi hanc regulam secuti fuerint. tercium ibi. erit pax &c. ¶ Q Primū adhuc tria cōtinet scdm q̃ hec distributio quicūq; tria implicat. Insinuat enim nobis dei largitatez. sequentium paucitatem. regule libertatem. Primo dico hec distributio quicūq; innuit nobis dei largitatez. ac si dicatur. Quia dei largitas nulli se denegat. nulli se subtrahit. sed stans in publico cuilibet se offert sinum gratie nulli claudens. sed secundum capacitatem sequentiuz sue largitatis gratiam amministrat. Dicit enim philosophus q̃ non est ponere vacuum. sed quantū nos extenderimus de obstaculis gratie. tantuz de bonis domini adimplemur. Dicit eñ bernardus. Quāto quis de terrenis euacuabit tanto de bonis celestibus implebitur. si multum multum. si parum parum. quia sicut. iiij. Regum quarto di. vbi vasa vacua nō fuerint ibi locum stare necesse est. quia sicut in collationibus patrum dicitur. dīne largitatis munificentia secundum mensuraz

Bñdcti Abbatis

fidei in qua vnumquemq̃ reperit gratiam largitur. credentem nanq̃ ꝙ ad emundationem lepre sue voluntatis cristi sola sufficeret. voluntatis sue solo curauit assensu dicens. Volo. mundare. Alteri deprecanti vt adueniens per impositionez manus defunctam filiam suscitaret. ingressus domũ eiꝰ eodem modo vt ille rogauerat exhibebat. ¶ Alij credenti summam salutis in solius v̄bi sui prolatione consistere cũ diceret. Dic tantum verbo ⁊ sanabitur puer meus. per ſmonis imperium resoluens artus pristino robore solidauit. dicens. Vade ⁊ sic̃ credidisti fiat tibi. Inter alios autem virtutẽ curationis ita effluenter effudit vt de his euangelista commemoret. et curauit om̃es languores eorũ. inter alios autem illa immensa beneficiorum abyssus ita obdurata est vt dicatur. Non potuit iesus inter illos facere virtutes propter incredulitatem illorum ⁊ ita largitas dei non ſm vniformem maijestatis sue potentiam ſ ſm capacitatẽ et affectum petentium gratiam suaz singulis impartitur. ¶ P ¶ Secundo hec dictio distributiua quicunq̃ insinuat sequẽtium paucitatem. ac si dicatur. Quicunq̃ de multitudine omnium. quia pauci sunt qui expedite sequantur regulam. Si enim in via preceptorum pauci sunt qui sequantur dominum ipso dicente. Multi sunt vocati pauci vero electi. quanto minus in via consiliorũ in quo non dicimus ꝙ pauci de his qui sunt in ordine saluantur. quod duruz esset dicere. sed ꝙ minus habet iusticia supplet misericordia. Hoc tamen audacter dicimus ex sententia saluatoris innixa euãgelice veritati. quia licet multi sint vocati. pauci tamen sunt electi. quia arta est via q̃ ducit ad vitã ⁊ pauci ambulant in ea. Cur autem pauci sint qui saluentur multe sunt cause? Hoc enim contingit propter impedientium demonũ dolositatem. concupiscibilis peruersitatem. cadendi pronitatez resurgendi difficultatem ⁊ standi debilitatem. ꝓpter quod dominus ꝯqueritur mihee. vij di. Ve mihi quia factus sum sic̃ q̃ colligit in autumno racemos vindemie nõ est botrus ad comedendum. Item Esaie. xxiiij.

Quomodo si pauce oliue que remanserũt excutiantur de oleo ⁊ racemi cuz fuerit finita vindemia. Hinc crisosto. Timenduz est xp̃ianis ne eo modo introeant in regnũ celorum quo filij israel in terram promissionis scilicet duo tantũ de omni multitudine quia solum per vnam viam scilicet caritatem itur ad regnũ celorum. sed per septem mortalia peccata tanq̃ per septẽ vias descẽditur ad infernũ. ¶ Q ¶ Tercio hec distributio quicunq̃ implicat regule libertatem. quia om̃ibus patet accessus ad eam et nulli penitus denegatur. di. Bernnardo. Regula sancti benedicti (vt ego sentio) om̃i homini proponitur. imponitur nulli. ꝓdest si deuote suscipitur ⁊ tenetur. non tamen si non suscipitur obest. quod autem in voluntate est suscipientis non in potestate proponentis voluntarium merito dixerim nõ necessarium. Attamen hocipsum quod dico voluntarium. si quis ex propria voluntate semel cõmiserit ⁊ promiserit. deinceps ĩ necessarium commutatur. nihil iam liberum habet dimittere quod ante non suscipere liberum habuit. ideo quod ex voluntate suscipit ex necessitate tenebit. Sequitur secũdum mẽbrum scilicet hanc regulaz. in quo regule nostre auctoritatez diximus designari. Cum enim per vniuersum ordinẽ cistersieñ. hodie hoc ẽ in die sancti bñdicti in capitulis nostris regula incipiatur. post cuiꝰ lectionem ſmo statim subiungitur. conuenienter valde hoc pronomen hanc. quod est demonstratiuũ regula iam lecta demõstratur ⁊ de ea dicitur. Quicunq̃ hanc regulã ⁊c̃. ¶ R ¶ De hoc ergo mẽbro tria dicantur per ordinem. scilicet de voti obligatõne secundo de horũ que votũ adiuuant insinuatione. tercio de finis assecutione. Prĩo dico videndum est de voti obligatione hoc est quid vouẽtes statum religionis promittamus. non autem promittimus regulaz obſuare. vel perfectionis statum nos velle cõsũmare. quia si hoc promitteremus. tũc nõ soluentes essent voti trãsgressores. quod nimis difficile videretur. ſ promittimꝰ nos velle conari. nos velle exercitare ⁊ opera dare vt perfectionẽ vite attingamus. et q̃cũq̃

ab hoc conatu ⁊ voluntate conandi recede-
ret. esset vtiq; transgressor voti. Unũquod
q; autem tunc perfectum dicitur cum attin
git proprium finem qui est vltima rei perfe
ctio. Ultimus autem humane vite termi-
nus est ipe deus ad quem tanq; in vltimũ
finem ⁊ suum perfectibile tendere debet a-
nima rationalis. quẽ cum apprehenderim⁹
dicimur iam perfecti. Hunc autem finem
perfecte non apprehendimus in hac vita. ꝑ
ideo nobis hic finis proponitur vt sciamus
quo sit conandum. nam ad hunc finẽ in fu-
turo consequendum promouentia sunt ar
ripienda ⁊ impedientia proijcienda. et hec
duo cum magno ⁊ indeficienti studio sint
facienda ⁊ continuanda. quod ergo primũ
est in ĩtentione vltimũ erit in executione et
quod vltimũ est in intentione vltimum est
in executione. ¶ S ¶ Primo ergo dicen-
dum est de conatu agendi. deinde de cona-
tu nociua abijciendi. tercio de conatu ꝓmo
uentia arripiendi. que se iusto ordine adin-
uicez consequũtur. quod patet per ordinem
retrogradum. Non enim finem deum cõ-
sequimur nisi per caritatem. nec illam con-
sequimur nisi alia amabilia abijciamus.
nec illa duo perficimus nisi per indeficien-
tem conatum ad ea fortiter contendamus.
Primo ergo dicamus de conatu quem per
votum regule vouemus. Tunc autem bo-
num ⁊ sanctum habemus conatum. si stu-
duerimus et exercitauerimus nos vt de cõ-
tingentibus quantum iuuamur nihil ob-
mittamus. sed sicut ait apostolus. siue pre-
sentes siue absententes contendamus pla-
cere deo. ne impreperetur nobis illud Iere
mie quadragesimooctauo. Nec iuxta qd
potuit conatus est facere. et hunc conatum
pro perfectione accipit a nobis deus. Und
super illo verbo psalmiste. Imperfectũ me-
um viderunt oculi tui ⁊ in libro tuo omẽs
⁊c. dicit Bernnardus. In libro tuo omẽs
scribentur tanq; perfecti. et subiungit Qui
omne quod possunt faciunt? Si autez ab
hoc conatu deficimus a voto nostro recedi-
mus. et per consequens cadimus a salute.
vnde Bernnardus super illo verbo. Ambu
late dum lucem habetis dicit. Non ambu
lantem sed sedentem a mortis tenebris cõ-
prehendi periculum est. et quis sedet nisi q̃
non curat proficere. Id caueto. ⁊ si morte p̃
occupatus fueris in refrigerio eris. Si er-
go in solo conatu permanebimus. votũ no
strum soluimus. ⁊ hoc ip̃tu nobis pro perfe
ctione reputatur. dicit enim iterum Bern.
In defessum proficiendi studium et iugis
conatus perfectio reputatur. ¶ T ¶ Expe
dito ergo de conatu indeficiẽti. secundo di
cendum est de studio impedientia ammo-
uendi. et hoc quantum de presenti voto re-
gule sunt tria a quibus tanq; a radicibus
pullulat omne maluz. Abijciamus ergo di
uitias induentes paupertatem. carnis deli
tias respuentes assumentes castitatem. cor
dis vicia ⁊ maxime propriam voluntatem
prosequentes diuinam voluntatem ꝑ obe
dientiam. que tria necessario abijciuntur ⁊
eis de necessario renunciamus si tamen ad
finem nostrum conari intendimus vt op-
tet. Cum enim per solam caritatem finem
perfectionis attingamus. illam non conse-
quimur. nisi priora amabilia relĩquamus.
quia amor partitus in multa non erit effi-
cax ad deum. Nam vt ait iohannes. Noli-
te diligere mdũz. neq; ea q̃ in mũdo sunt q̃
sunt predicta tria. Quare? Quia qui dili-
git mundum non est caritas patris in eo.
Tercio dicendum est de studio ⁊ conatu ꝓ-
mouẽtia assumendi. hoc est omĩa que nos
ad perfectionẽ ꝓmouẽt assumamus. q̃ licet
sint multa. vtpote omĩa que sunt de genere
bonoꝝ. illa tamẽ sunt singulariter ꝓsequen
da que homo xp̃s iesus nobis ꝓposuit in se
ip̃o. que sunt humilitas vite austeritas be-
nignitas pietas ⁊ ante oĩa hec caritas. Nã
vt ait iohã. qui dicit se in xp̃o manere debz
sic ille ambulauit ⁊ ip̃e ambulare alioqui
perfectionẽ vite quã dulcis iesus in seipso
nobis ꝓposuit nullatenus ꝯsequimur. naz
perfectio vite hũane in sola perfectione ca-
ritatis ꝯsistit ꝑ quã affectus hominis tota-
liter in deũ fertur. ꝑ hoc solum contingit in
patria. et hec est illa caritas de qua precipi-
tur math. vi. Diliges dñm de. tu. ex to. co.
tuo. et ex to. a. t. ⁊c. quã deus non ideo preci
pit vt preuaricatores nos constituat cũ nõ

Bndcī Abbatis.

possit impleri. ꝫ vt sciamus quo sit conan-
dum. ¶ Vl ¶ Est tamen sciendum ꝙ san
ctus thomas duplicem ponit caritatē. Vl-
nam qua scd̄m omnes affectus toti ⁊ totali
ter ⁊ semper ferimur in deum. et hec nō nisi
in patria possidetur q̄ ī hac via ⁊ vita ñ pote
rit adimpleri. De qua dicit bern̄. Ego pu-
to non hic impletum iri. diliges dn̄m deū
⁊c̄. quousq; ip̄m cor cogitare iam non coga
tur de corpore. Impossibile nanq; est totaz
hanc ex toto ad deum posse colligere ⁊ diui
no infigere vultui. quamdiu huic fragili et
erumnoso corpori cogimur deseruire. Tūc au
tem implebimus cuz introductus fuerit fi-
delis seruus in gaudiū domini sui. quasi mi
ro modo quodammodo oblitus sui ⁊ a se
penitus velut deficiens totus pergit in deū
et deinceps adherens ei vnus spiritus erit
cum eo. ¶ X ¶ Secunda caritas est qua
totaliter ferimur in deum ꝫ ad punctuz et
veluti ad momentum. et hec viris perfectis
simis possibilis est in hac vita. De qua au
gusti. super illo verbo. Diliges dn̄m ⁊c̄. vs
q; tota virtute tua dicit. Hec totalitas qꝛ
hoc intendit vt oēs motus anime in deum
referantur. sic non impletur in hac vita nisi
forsitan ad tempus breuissimū a viris pfe-
ctissimis quod idip̄m sibi factum asserit di
cens. Cum in hc sero tibi deus ex omni me
nusq; erit dolor ⁊ labor. viua erit anīa mea
tota plena te ad quā si conamur nihil de ꝯ
tingentibus obmittentes. ex hoc ⁊ nos per-
fectionem dicimur attigisse. Sequitur ter-
cium principale scilicet erit super eum pax
et misericordia ⁊ super israel dei. In quibꝫ
verbis tria bona sequentibus regulam pro
mittit apostolus. scz mentis tranquillitatē
misericordie largitatem dei caritatez. Pri
mū ibi pax. secundum ibi misericordia. ter-
cium ibi et super israel dei. ¶ V ¶ De quo
sciendu; ꝙ q̄ꝫdiu viuimus in hac vita ma
lo triplici subiacemus. scz malo periculose
impugnationis malo dispendiose ꝯmissi-
onis et malo defectuose operationis vel eti
az timorose indignatiōis. Primo dico sub
iacemus malo periculose impugnationis
Impugnant enim nos tres hostes scilicet
caro mundus ⁊ demones. quoꝝ impugna
tio est periculosa. quia caro vicina. mūdus
magnus ⁊ demones multi. Cōtra hos da
tur pax sequentibꝫ regulam quod per Esa.
xlix promittitur cum dicitur. Longe effuga
buntur a te qui absorbebāt te. diceturq; eis
illud. j. reg. xxv. Sit tibi pax. sit domui tue
pax ⁊ om̄ibꝫ quecunq; habes sit pax. dans
triplicem pacem contra tres hostes. ¶
Hinc petrus dicit. Quis est qui vobis no
ceat si boni emulatores fueritis. ac si dicat.
nemo. quia vt ait gre nulla nocebit aduer-
sitas si nulla dn̄etur iniquitas. Scd̄o sub-
iacemus malo dispendiose cōmissionis. qꝛ
peccata cōmittimus incessanter. de quo ia.
iij. di. In multis offendimus omnes. Con-
tra hoc malum datur ei misericordia vt fa-
cilime remittantur. Unde prouer. xv. dicit̄
Per misericordiā purgātur peccata. ezeh.
xvi. Expandi amictū meū super te. et ope-
rui ignominiam tuā. Amictum vocans mi
sericordiam Hinc mar. xvi. Et si mortiferū
quid biberint non eos nocebit. vt nō solum
mala non noceant ꝫ miro modo etiam coo
perentur in bonum. ¶ Z ¶ Tercio subia-
cemus malo defectuose opationis ⁊ timo-
rose indignationis. Sūt em̄ tam vilia ⁊ ꝓ
pe nulla in iudicio diuine veritatis opa no
stra ⁊ tam defectuosa vt merito timeamus
ea in dei oculis displicere ⁊ ꝑ ꝯn̄s sue nos
indignatōni subiacere quibꝫ ꝓ ꝯsolatione
dr̄ ⁊ sup̄ israel dei. ac si dicat. Deus. Sicut
caritas mea est sup̄ israel. i. sup̄ celestes spi-
ritus cui iuste israel. i. videntes deū dicunt̄
et ꝑ ꝯn̄s sup̄ om̄ia eoꝝ opa. sic vos placetis
et ꝑ ꝯn̄s om̄ia opa vr̄a placent. dicetq; eis
illud Eccle. ix. Vade ⁊ comede panē tuum
in leticia ⁊ bibe cū gaudio vinū tuū. qꝛ deo
placēt opa tua. Potest ⁊ aliter exponi hec
ꝑticula scz sup̄ israel dei. vt ꝑ hoc describat
⁊ specificet eos quibꝫ pax ⁊ miscd̄ia sit pro-
missa. ac si dicatur. Pax ⁊ miscd̄ia erit sup̄
illos. qui in regl̄a ita ꝓficiūt vt fiāt ꝟe isra-
elite. i. ꝯtēplantes deū. nō sup̄ q̄slibet vouē
tes ⁊ nō soluētes. ꝫ sup̄ eos qui gr̄a promo
uēte ita ꝓficiūt vt sciāt deū sp̄ualiter ꝯtem
plari. qui in trinitate est ⁊c̄.

XXXVI. De annunciatione beate
Marie virginis.

In sole posuit tabernaculū suū ¶ Ad. ꝑ. viij. di. bernī. Accēde hāc similitudinē qua nulla in rebus mōi potest esse sublimior. nihil enī habuit spūssanctus in visibilibꝫ creaturis excellentius cui excellentiā virginis ꝓparet. In verbis ergo ꝓpositis sub methaſora solis hec gloriosa festiuitas ꝓmēdatur. in quibus tria per ordinē declarantur vidz gloriose virginis excellentissima ꝓmendatio filij dei dignantissima ꝓceptio. omniū nostruz vtilissima ꝓmotio. Primū ibi. in sole. secū duz ibi posuit. tercū ibi. tabernaculū suuz ¶Primo igitur noīe solis ꝓponitur nobis gloriose virginis excellētissima ꝓmendatio quā in ꝓprietatibꝫ solis lucidissime cognoscemus. ¶Non enī solis nomīe vocaretur nisi quia ꝓprietates eius sibi possent ꝓuenientissime adaptari. ¶Nam ſm philosophum omnes transferentes. scōm aliqꝫ similitudinē transferūt. non igitur beata virgo sol vocaretur. si non possent ei ꝓprietates solis aptissime applicari. ¶Propter qō sciendum qꝫ sol septem habet ꝓprietates. que spiritualiter intellecte ꝓueniūt virgini gloriose. ¶Habet enī sol in substātia puritatem. in splendore claritatem. in excellentia singularitatē in situ sublimitatē. in motu continuitatem in influētia fecunditatē ad oīa ꝓmūitatē que spiritualiter intellecta gloriose virginis Marie statui coaptantur. ¶Primo dico sol habet i substātia puritatē. et tantā qꝫ inter omnia corporalia nihil potest purius inueniri. adeo vt omniū hominū intuentiū visus ex puritate eius reuōdatur. Quis enīz apertis oculis pleno intuitu solem vnquā potuit intueri. Que ꝓprietas gloriose virgini optime conuenit. que ꝓ oīmbus puris creaturis tam angelicis qꝫ hūanis hz excellentissimā puritatē. quā nulla creatura plena ꝓgnitione sufficiēter poterit intueri. vnde augusti. Vbi de peccato agitur Marie nullam volumus fieri mentionē. ea enī puritate nitebat virgo sancta. qua sub deo nequit maior intelligi. vnde oīes tam angelici spūs qꝫ hūani āmirando clamāt i celis Que est ista q ascendit de deserto. ac si dicant. Que est ista que in tāta puritate ascēdit. quā nō solum nullus hominuz sed nullus nostrū ad plenū cognoscere poterit. puritate eius nostrū intuitū repellente. hīc berī. Quis vnqꝫ solem istū materialez pleno intuitu apris oculis potuit intueri. sic nullus eius puritatem plena cognitione scire potuit q videre. ¶Secundo sol in splendore habet claritatem. per quā lucet q perlucet omnē superiorē regionē. ita vt oīa celestia luminaria in ꝓparatiōe sui splendoris non luceant. imo nec penitus videantur. qz stelle q luna que in nocte lucent ex superexcellenti solis claritate. in die nō solum lucēt sed penitus occultantur. sic beata virgo omnē creaturā in vite sanctitate taz excellenter superemicat. vt in eius ꝓpatione omnes sancti q angeli quasi non sint extincti videant. Hinc berī. Sol iste materialis tam lucide incandescens ita siderum q lune positionem obfuscat vt sicut quasi non sint. videri non possint. Sic virga yesse veri ꝓuia luminis inaccessibili luce perlucens. sic vtroqꝫ spirituū lxbetat dignitatē. vt in cōparatione virginis. nec possint nec debeāt apparere. et licet in eius comparōne nihil esse vel etiam apparere videantur. non modicū tamen ex eius fulgore illustrantur vt ex ei? presentia tota celestis curia q vniuersa ei? milicia clarius incandescant. ¶Hinc iterum Bern. Sicut oēs stelle pariter q luna splendorem suū habent a sole. nec tamen in eius lucent pūtia. sic omnes sancti lucidius lucēt ex ei? pūtia q tamen i ei? ꝓparatione ēsi non luceant sic latent. vnde ꝓpingit hoc mirabile vt ex eius presentia magis luceant q tamen minus lucere videantur. Sicut ergo super oīa luminaria celi. sol suo lumie emicat et chorusca. sic beata virgo sanctitate vite emicat super oīes sanctos. Tercio sol habet in situ sublimitatem. vt etiā ex nimis remota altitudine paruus appareat cū sit maior tota terra. sic beata virgo tā in via per vite meritū qꝫ in celo per premiū. super omnes puras creaturas in altissimo est locata. ¶Quarto ꝓpter quod sciendum qꝫ status vie q merita sanctorum in tribꝫ consistunt. scilicet in gratijs. virtutibꝫ q deuocionibus. et horum tria suprema q altissima

In fa annunciacoib.

virgo sanctissima attingebat. Supremum autem in gratijs est omnē gratiam abūdātissime possidere. Unde ipsa gloriatur de hac abundantia eccl'. dicens. In me om̄is gratia vie ⁊ veritatis. ac si dicat. Omnis gratia vie id est vite huius est in me. q̄ nō solum mihi ꝫ omni homini om̄i statui. omni etati sufficit. Unde Jero. Ceteris ꝑ partes: marie vero tota se simul infudit plenitudo gratiarum bern̄. Ad quid putas mariam ab angelo iam dudum ante ꝯceptionez plenam gratie nunciatam? nisi vt superueniente deo in vterum. nobis fieret superplena vt quotienscunqꝫ precibus (licet tenuit) moueretur superefluere nobis liquorē gratie effundendo. Unde ex persona eius dicit Eccle. Uidete quia nō solum mihi laboraui. sed omnibꝫ exquirentibꝫ veritatem Altissimū ergo in omnibus gratijs est habere omnem gratiam. Ipsa nanqꝫ omnem habet gratiam. non solum sibi sed omnibꝫ eā inuocantibus sufficientem. Secundo stetit in altissimo virtutum. quia quicquid supremū in virtutibus esse poterat. hoc habebat. supremū aūt in virtutibus dicim⁹ omnes habere virtutes in summo sine vicio ī pugnante. qd̄ in nobis minime ꝯtingit. q̄c q̄d em̄ in nobis de virtutibꝫ plantatur. hoc fit cum impugnatione ꝯtrarij. scꝫ vicij. naꝫ in nobis virtus tenet mediū vicioꝝ ⁊ nulla in nobis virtus nutritur nisi de vicio cōtrario impugnemur. vnde eunuchis nō attribuitur virtus castitatis quia de vicio cōtrario scilicet luxuria minime impugnātur Gloriosa aūt virgo sic omnes virtutes habuit. vt de nullo vnqꝫ vicio temptaret Tercio stetit in suprema deuotione. tanto autē nostra deuotio est altior quāto subiectuꝫ de quo procedit (loquitur de subiecto humano) et obiectū in q̄d agitur est purius ⁊ nobilius. Et quia virgo sancta purissima fuit post deū. ⁊ in purissimū obiectū deuꝫ videt quē pre omnibus creaturis puriorē apprehendit Ideo eius deuotio semper extitit in supremo Q. aūt in his altissimis semper fuerit. ex persona eius dr̄ Eccle. xiiij. Ego in altissimis habito ⁊ thronus meus in colūna nubis. In omnibꝫ ergo altissimis gratiarum virtutū deuotionis ꝯtinue morabat.

D Quarto sol in motu habet ꝯtinuitatem nūqꝫ em̄ ad momētū tpis ad ictū oculi requiescit. ꝫ cursum suū ꝯtinuat incessanter. Sic beata virgo semꝑ fuit in motu meritorie actionis. Quicquid eniꝫ agebat hoc cū tanta disciplina ⁊ reuerentia faciebat ꝙ in om̄ibꝫ sup̄ma merita cumulabat. Si eī alij sancti in infinitū inferiores ad talē statū ꝓmouēte gratia ꝓuehūtur. vt de vita eorum testante p̄s. folium nō defluat. et om̄ia quecūqꝫ faciēt ꝓsperentur. multo magis sine om̄i ambiguo de virgine est credendum ꝙ de om̄i vita sua nihil vnqꝫ ei vacuū pertransiuit. nam in comedendo bi. dor. sine q̄bꝫ hūana nat̄a durare nō pōt. auxit suū meritū incessanter. quippe que de om̄ibꝫ his nihil q̄ꝫ q̄ sola requirebat necessitas sibi sumpsit. Hec aūt cōtinuitas merendi precipue ex tribꝫ agebatur. vicꝫ de exterioꝝ sensuū et mēbroꝝ ad deū ⁊ ꝓpter deū cōtinua exercitatione tpis continuatōe interioꝝ suoꝝ scꝫ rōne memoria ⁊ voluntate. mētis ⁊ spirit⁹ ad deū cōtinua suspēsiōe qd̄ licet nobis sit impossibile ⁊ ꝑ cōsequēs de ea vix credibl'e tn̄ qꝛ btā v̄go in se nl'lū hūit r̄tractiuū eo ꝙ fomes peccati ꝑ cōceptōꝫ filij sublat⁹ est in ea totaliter ⁊ extinctus. Ideo sꝑ sup̄ma merita cumulabat. Q. si ꝓpter corpis teneritudinē aliqd̄ d̄ exercitio oportuit relaxari hoc ip̄m tam v̄tuose agebat vt etiā ꝑ v̄tutē discretionis q̄ mater est omniū virtutū. suprema merita reportaret.

E Quinto sol hꝫ in influētia fecunditatē. nihil em̄ est sub sole qd̄ nō solis influētia valeat fecundari. et sine eius v̄tute gignere de se fructū. Hic philo. di. ꝙ hō gn̄at hoīem ⁊ sol. sic btā virgo fecunditatē tribuit. nec sine eius auxilio nullus vnqꝫ facere potuit de se fructū Hic bern̄. Maria volut alterū solē induit sibi. ⁊ quēadmod̄ ille sup̄ bonos ⁊ malos indifferēter orit̄ tribuēs oībꝫ sine dr̄a fecūdari. sic ip̄a beata virgo nō discutit merita. ꝫ oībꝫ sese exorabilem omnibus clementissimam prebet. omniūqꝫ deniqꝫ necessitates āplissimo quodam miseret̄ affectu. Nullus eniꝫ homo vnqꝫ proficere potuit nec proficiet in eternum. nisi qui fecunditatē merendi est a

deo per virginē cōsecutus. Hinc Bernar.
Quicquid est illud qd̄ offerre deo paras.
marie cōmēdare memēto si nō vis sustine/
re repulsam. quia sicut deus non nisi per eā
ad nos venit. sic nec nos nec nostra opa ad
deū veniunt nisi per eā. Dupliciter ergo ꝑ
eius auxiliū fecundamur. quia si quid bo
ni facimus per eius auxilium prosperatur.
scdo per nos opatū eius manibꝫ dño pñta
tur. Est ergo cōueniētissima similitudo. vt
sicut sol pater est omniū nascentiū. sic vir/
go sancta mater est omniū credentiū. Cuꝫ
em̄ in ea sint om̄es gratie ⁊ v̄tutes. quicq̄d
de eisdem bonis consequimur. accipimꝰ vti
q̄ꝫ de virgine gloriosa. ꝓpter qd̄ om̄es electi
eius dicūtur filij. quoꝝ omniū iesus xp̄us
sicut Luce. dr̄. primogenitus est vocatus.
¶ F ¶ Sexto sol habet ad om̄ia cōm̄itatē. splē
dorē suū bonis ⁊ malis cōmunicās spgēs il
lum ad loca feda ⁊ munda. Sic beata vir/
go cū se creature cōmunicat. singulis ꝓ sua
capacitate tribuens. qd̄ insinuare curauit.
canti. dicēs. Ego flos cāpi qꝛ sicut flos cā/
pi om̄ibꝫ exponitur. nulli clauditur. sic vir/
go sancta nulli se denegat ꝫ cōmunicat vni/
uersis. nec solum nulli se denegat. ꝫ quod
plus est om̄ibꝫ se offert dicēs. illud Eccle.
Venite ad me om̄es qui cōcupiscitis me et
a generationibꝫ meis implemini. Hic ber
nardus. Maria om̄ibꝫ om̄ia facta est. vt de
plenitudine eius accipiāt vniuersi. captiuꝰ
redemptōnem. eger curationē. tristis con/
solationē. peccator veniā. iustus gratiā. an/
gelus leticiā. deniq̄ꝫ tota trinitas gloriam.
filius carnis subām. vt nō sit qui se abscon
dat a calore eius. Merito ergo ad mariam
tanq̄ꝫ ad mediū respiciunt vniuersi. et qui
habitant in celo. et qui sunt in inferno. et q̄
nos precesserūt ⁊ nos qui sumus ⁊ q̄ nos
sequūtur ⁊ nati natoꝝ ⁊ qui nascētur ab ill'.
Illi qui sunt in celo vt resartiātur. ⁊ q̄ sunt
in inferno vt eripiātur. et qui p̄cesserūt vt ꝓ
phete fideles inueniātur. et qui sequuntur
vt gr̄am cōsequātur. Merito ergo in te r̄spi
ciunt oculi totius creature. qꝛ ꝑ te ⁊ in te et
de te benigna manus om̄ipotētis quicquid
creauerat recreauit. ¶ G ¶ Septīo sol
in excellētia hꝫ singularitatē qd̄ ex interp̄ta
tione noīs declaratur. dr̄ em̄ sol quasi solus
lucēs. eo q̄ parem nō habeat. Sic btā vir
go sola est. nō hñs in celo parē nec similem
sup terrā. Hinc bern̄. Et si aliqui in aliqui
bus cōmunicēt virgini. vnū tñ est in q̄ nec
primā similē visa est nec hr̄e sequentē. scili/
cet gaudiū matris cuꝫ virginitatis honore.
Optimā ergo partē elegit. in quo ei nō cō/
municat alienus. qꝛ ⁊ si bona est fecunditas
cōiugalis. melior tñ est castitas virginalis.
ꝓrsus aūt optima est fecunditas virginal'.
Q si adijcias. cuius mater est? Que iam
lingua poterit etiā si angelica fuerit dignis
laudibꝫ extollere matrē. matrē nō cuiuscū/
q̄ꝫ de plebe sed dei. duplex nouitas. duplex
stupor ꝫ digne ꝓrsus aptissimeq̄ꝫ cōueniēs
neq̄ꝫ em̄ alius filius virginē nec d̄m decuit
alter ꝑtus. Octauo sol in eclipsi videt̄ hr̄e
doloris calamitatē. sic btā virgo in passiōe
filij eclipticata ē sup oēs viatores sufferēs
vim doloris sicut ex simeonis ꝓphetia ei fue
rat ꝓphetatū dicētis. Tuā ip̄ius aīam ꝑtrā
sibit gladius. qd̄ exponēs bern̄. di. Vere tu
am aīam doloris gladius in hora passiōis
filij pertransiuit vt plus q̄ꝫ martirem te pre
dicemus in qua nimirū corp̄ree sensuū pas
sionis excesserit cōpassionis affectus. An nō
tibi plus q̄ꝫ gladius fuit ꝑmo ille reuera ꝑ
transiens animā ⁊ pertingens vsq̄ꝫ ad diui
sionem anime ⁊ spiritus) Mulier ecce filiꝰ
tuus. O cōmutatōm inequalē iohānes ti
bi ꝓ iesu tradit̄. ꝑuus ꝓ dño. discipulus ꝓ
mgr̄o. filius zebedei ꝓ filio dei. ¶ H ¶ Et
his ergo ⁊ silibꝫ ꝓprietatibꝫ solis. btā v̄go
est solis noīe appellata. in quē solem deꝰ ta
bernaculum suum. i. xp̄m posuit. qui homo
xp̄us bene tabernaculum dr̄. qꝛ in eo vt ait
apostolus. plenitudo diuinitatis corporali
ter habitabat. ¶ Fuit ergo deus in homi/
ne cristo. cristus aūt ex homine ⁊ deo in vni
tate persone in Maria habitabat. hic bern̄.
Iure sole Maria perhibetur amicta q̄ pro
fundissimā diuine sapientie vltra quā cre/
di possit penetrabat abyssum. vt quantum
sine personali vnione creature patitur cōdi
cio luci illi inaccessibili videatur immersa
Ip̄a enim meruit velut summatim cingi ⁊
operiri vndiq̄ꝫ ⁊ circūfundi vndiq̄ꝫ ⁊ tanq̄ꝫ

In fo annunciacoīs.

ipso diuino igne concludi. Agente hoc in ea spiritusancto qui nos apud deuz dignet misericorditer promouere ꝛc.

XXXVII. De eodem ſmo ſcdus.

Dies boni nūcij est. si tacuerimus ꝛ noluerim⁹ nūciare sceleris arguemur. iiij: reg. vij. Dicit Bern. Qd per gabrielē archangelum marie diuinitus nunciatur ꝛ per xp̄z adimpletur. hoc totū pauet celum. stupet terra. creatura om̄is etiā celestis miratur. In verbis ergo ꝓpositis quatuor intelligimus. videlicet huius diei festiuitatē. festiuitatis historicam veritatē. nostram vtilitatē. predicatoris ad annūciandu3 necessitatē. Primū ibi dies. scdm ibi nuncij. tercium ibi boni. quartū ibi si tacuerimus ꝛc. Primū autez expōne nō indiget. in manibus enim est h⁹ diei festiua celebritas. et ideo deuote ludendum est. In scdo mēbro videlicet in bono nuncio qd in hac die marie matri nostre et per ꝯn̄s toti mdo nūciatur. qd vt ad qualēcunqz intelligentiā auditoꝝ mentib⁹ inculcare valeamus. necesse est ſmonē istū alti⁹ exordiri. qui ſmo vt gratius acceptetur nō nostrā ſ beati Bern. sn̄iam applicamus. q̄ sic dicit. ¶ Videre videor mihi primū hominē. quatuor virtutib⁹ in exordio creationis sue amictū esse. que sunt pax. v̄itas. miscdia ꝛ iusticia. de quib⁹ dicit p̄s. Misericordia ꝛ veritas obuiauerūt sibi. iusticia ꝛ pax osculate sunt. Est em̄ in his quatuor salutis integritas. nec sine his om̄ib⁹ pōt stare salus nr̄a. quas ds accepit de corde suo. et primos p̄ntes his vestiuit. iuxta illud ecclesiast. xvij. Deus ſm se vestiuit hominez virtute ꝛ dedit ei potestatē eoꝝ que sunt super terram. Primo aūt dedit eis pacem. vt nec intus nec foris esset aliquid qd eos posset aliq̄liter ꝑturbare vel ad aliquā inquietudinē ꝓuocare. vt nec intus essent pugne. nec foris timores. nec caro ꝯcupiscerz aduersus spm̄. nec spūs ꝯtra carnē. Pt⁹ hāc gratiā dedit homini scdo veritatē cū instruxerat eū ꝛ docuit quid ei esset faciendū ꝑiter ꝛ cauendum. cū eis dixit. Ex om̄i ligno paradisi comedetis. De ligno v̄o scientie boni et mali cauete ne comedatis. Tercio dedit eis iusticiā tū ꝯminabatur eis penaz dicēs Quacūqz die comederitis morte moriemī Tandem exhibuit misdiam cuz post transgressionē deus morose deābularet in ꝑadiso. dans locū p̄nie ꝛ accasionē venie interrogando. Adam vbi es? et qz sponte hō dimisit pacē ꝛ miscdiam nō curauit dās man⁹ iniquitatib⁹ ꝛ peccatis ꝛ ambo preuaricantes contra mandatū dn̄i pomū vetitū gustauerūt. ideo relicta pace statī inuenerunt aliā legē in mēbris suis repūgnantem legi dei. ideo due virtutes. scz pax ꝛ miscdia recesserunt ab eis ꝛ redierūt in cor dei qui dedit illas. relique v̄o scz iusticia ꝛ v̄itas remanētes cū eis. ip̄os cum om̄i posteritate sua sine miscdia affligebāt. Hinc est q ds plus q̄z per quinqz milia annoꝝ de hoc peccato placari nūq̄z poterat. ſ ad persuasionē veritatis ꝛ iusticie totū mdm diluuio paucis exceptis deleuit. multa similiter milia pro vno murmure prostrauit. seuiēs et indignās homini sicut leo His aūt duabus scz veritate ꝛ iusticia homib⁹ nō parcētib⁹ interim nō cessabat pax nec dabat miscdia silentiū in corde dei. sed pio susurrio paterna pulsantes viscera. deo dulciter suggerebant dicentes. Nunquid in eternū proijci et deus aut non apponet vt complacitior sit adhuc. nunquid obliuiscetur misereri deus. aut ꝯtinebit ī ira sua mīas suas? Et q̄z uis diu multūqz visus sit dissimulare pat̄ miserationū. vt interiz satis faceret zelo iusticie ꝛ v̄itatis. nō tn̄ infructuosa fuit supplicantiū imꝑtunitas ſ exaudita est in tp̄e oportuno Forte em̄ interpellantib⁹ tale dr̄ dedisse rn̄sum. Vsqz quo preces vr̄e? debitor sum ꝛ sororib⁹ vr̄is quas accinctas videtis ad faciendam vindictam in nationib⁹ iusticie ꝛ veritatis. vocentur. veniant et sup̄ hoc verbo pariter conferamus. Festinant ergo legati celestes. et vt viderunt miseriam hominum et crudelem plagam. propheta loquitur. angeli pacis amare flebant. qui enim fidelius que ad pacem sunt querant quam angeli pacis? Sane ex deliberatione communi ascendit veritas ad constitutā diem. sed ascendit vsqz ad nubes. nec dum

plane lucida sed obscura ⁊ obnubilata zelo indignatōnis. factūq; est vt legimus in ꝓphetia. Dñe in celo misericordia tua ⁊ veritas tua vsq; ad nubes. Medius aūt pater luminū residebat. et vtraq; pro ꝑte sua qđ habebat allegabat. et quod vtilius poterat loquebatur. ¶ K ¶ Quis putas illi colloquio meruit interesse ⁊ indicabit nobis? quis audiuit ⁊ enarrabit? forte inenarrabilia sunt ⁊ nō licet homini loqui. Sum̄a autem controuersie huius hec fuisse videtur Eget miseratōe creatura rationalis ait misericordia. quoniā misera facta est ⁊ miserabilis venit tempus miserendi eius. q̄ iam tempus preterijt. Et econtra veritas ait. Oportet inquit impleri ſmonē quē locut⁹ es dñe. totus moriatur adam necesse est cū omnib⁹ qui in eo erāt qua die vetitum pomū in preuaricatione gustauit. ¶ Vt quid ergo ait miscđia. vt quid me genuisti citius parituram. scit em̄ veritas ip̄a quoniā misericordia tua perijt ⁊ nulla est si nō aliquando miserearis. Similiter aūt ⁊ illa ecōuerso loquebatur. Quis em̄ nesciat ꝙ si predictam sibi preuaricator sn̄iam mortis euaserit. perijt nec permanebit in eternū veritas tua dñe? Et ecce vnus de cherubin ad regē Salomonē suggerit esse mittendum: quoniam filio datū est omne iudicium. In ei⁹ ergo iudicio ⁊ in conspectu suo p̄dicte scilicet miscđia ⁊ veritas obuiauerūt sibi. eadē que supra dicta sunt verba querimonie repetentes. Fateor ait veritas zelum bonū habet misericordia. sed vtinam ſm scientiam Nunc autez quid preuaricatori plus q̄ sorori iudicat esse parcendum? At tu inquit misericordia neutri parcis sed tanta indignatione seuis in preuaricatiōe vt inuoluas pariter ⁊ sororem. Quid male merui si q̄d habes aduersum me dicito mihi. Sin aūr quid me persequeris? Grandis controuersia fratres ⁊ intricata nimium discepatio. Quis non illic diceret. Bonuz nobis erat si natus nō fuisset homo iste ⁊ sic erat. omnino non videbatur quomodo simul possent miscđia ⁊ veritas conſuari. Cūq; veritas adijceret in ip̄m iudicē ꝑtis sue merita dicens. cauendum omnino ne irritū fieret verbū patris. et ne ſmo viuus ⁊ efficax qualibet occasione euacueretur. Ait pax. Parcite queso parcite verbis huiusmodi. nō vos decet huiusmodi altriatio virtutuz est ista inhonesta contentio. Porro iudex inclinauit se ⁊ digito scribebat in terrā. Erant autē verba scripture que pax ip̄a legebat in auribus omnium. Hec scilicet veritas dicit. perij nisi Adam moriatur et hec scilicet misericordia dicit perij nisi miscđiam ꝯsequatur. Fiat mors bona ⁊ habet vtraq; qđ petit. Omnes obstupuere in verbo sapientie ⁊ forma ꝯpositionis pariter atz iudicij. Si quidem manifestū fuit nullam eis occasionez querimonie remanere si fieri posset qđ vtraq; petebat vt ⁊ moreretur ⁊ veniā consequeretur. Sed quō fiat inquirūt Mors crudelissima ⁊ amarissima bona fieri q̄ naz ratione poterit? At ille. mors peccatoꝝ pessima. ß preciosa fieri poterit mors sanctoruz An nō erit preciosa si fuerit vite ianua. porta glorie. Preciosa vtiq; inquiūt. ¶ L ¶ Sed quomodo fiet istud. At ille. Si quis ex caritate moriatur. et qui nihil debet morti. ⁊ cuius mors p̄ciosior erit in bono q̄ omniū hoīm q̄ fuerūt sunt ⁊ erūt mors potest fieri in malo. Bonus visus est ſmo ⁊ fidel ⁊ om̄i acceptōe dignus. Sed vbi ille innocēs poterit inueniri qui mori velit. nō ex debito nec ex malo merito. ß ex bñplacito suo Circūit v̄itas orbē ⁊ nemo mđus a sorde. nec infans etiā cuius vnius diei est vita super terrā inuenitur. Sed ⁊ miscđia celū oē plustrat. et in angelis q̄q; (ne dixerī prauitatē) minorē inuenit caritatē. nec angl̄z posse sufficere ꝓ om̄ib⁹ cū sit siliter creata. Redeunt ergo ad ꝯstitutū diem veritas ⁊ misericordia. anxie plurimū non inuento quod desiderabant. Tunc seorsum pax cōsolans eas. Vos inquit nescitis quicquā nec cogitatis Non est qui faciat bonum. nō est vsq; ad vnū. Qui consiliū dedit ferat auxilium Intellexit rex quid loq̄retur ⁊ ait. Penitet me fecisse hominem. Pena inquit me tenet mihi incumbit (vt pax ait) sustinere penam et penitentiam agere ꝓ homīe quem creaui Tunc ergo dixit. Ecce veniā. Non ei poterit hic calix trāsire nisi bibā illū. et accersito

In annunciacione dominica

protinus gabriele. Vade inquit dic filie syon. Ecce rex tuus veniet festinauit ille et ait Adorna thalamum tuum syon et suscipe regem porro venturum regem. misericordia et veritas obuiauerunt sibi. sicut scriptum est. Misericordia et veritas precedent faciem tuam. Justicia vero tronum preparauit secundum Esa. Justicia et iudicium preparatio sedis tue. Pax autem cum rege venit vt propheta fidelis inueniret qui dixit. Pax erit in terra nostra cum venerit. Et illud Esa. secundo. Conflabunt gladios suos in vomeres etc. ¶ M ¶ Sequitur tercium scilicet boni. in quo huius annunciationis vtilitas designatur. Propter quod sciendum quod in prima creatione homo accepit triplicem dignitatem. scilicet naturalium excellentiam. mentis innocentiam et dei amiciciam. Primo dico habuimus naturalium excellentiam. in eo quod omnia nostra interiora et exteriora sursum ad deum erant erecta vt sine labore et sine omni impugnatione deum possemus contemplari. ita vt ab hac excellentia nihil foris impediret. nec intus retardaret. Nam vt ait Bernardus. Rectus dominus rectum fecit hominem. vt omnia que essent in homine recto ordine erigerent se ad deum. Secundo habuimus mentis innocentiam. quia sine omni peccato creati fuimus. Ad imaginem quippe dei. qui peccatum non habuit creatus fuit homo. ex cuius persona dicitur in psal. Ego in innocentia mea ingressus sum: redime me et miserere mei Tercio in dei magna amicicia stetit homo. Cum enim omnis dilectio et amicicia super similitudine fundatur dicente eccle. xiij. Omne animal diligit suum simile. non potuit deus non diligere hominem quem ad similitudinem et imaginem suam creauit Ab his omnibus dignitatibus cecidit homo. cum gustauit cibum vetitum preuaricando mandatum et nos in eo cecidimus vniuersi. ¶ N ¶ Cecidimus autem in triplicem miseriam Nam ab excellentia cecidimus in ignominiam. ab innocentia ad culpe miseriam. ab amicicia ad dei inimiciciam. Ex quibus tribus nimis abominabiles facti sumus. propter quod de homine sic lapso dicitur in psal. Homo cum in honore esset non intellexit. ecce dignitas hominis in qua stetit sequitur. Comparatus est iumentis insipientibus et similis factus est illis. ecce ignominia in quam cecidit. vt homini post lapsum insultando et improperando dicerent bestie terre illud Genesis. Ecce adam quasi vnus ex nobis factus est. Hec ergo tria scilicet excellentiam innocentiam et amiciciam recuperauimus per dei incarnationem. Nam excellentiam recuperauimus per dei et hominis in vtero virginis vnionem Maxima enim dignitas homini est deum habere hominem et fratrem nostrum. vnde ex hac excellentia aliquando peruenimus ad infinitam digniorem excellentiam in celo. vbi limpidius et immediatius quam adam. deum et dominum contemplamur vnde cum dominus commendasset iohannem baptistam Lu. vij dicens. Inter natos mulierum non surrexit maior iohanne bap. subiunxit. Qui autem minimus est in regno celorum. maior est illo. Ex quo patet quod minimus in regno celorum in digniori stat excellentia quam adam. licet enim adam in magna stare excellentia. peccare tamen poterat quod in regno celorum nullus potest. Secundo innocentiam recuperauimus per domini passionem. Ipse enim vt Esa. ait. peccata nostra pertulit super lignum. et iterum. Ipse peccata multorum tulit. Item Jere. xxxi. Peccati eorum non ero memor amplius. sublato autem peccato innocentiam recuperauimus. hinc roma. vi. Liberati a peccato. fui autem facti deo. habetis nunc quidem sanctificationem vestram. finem vero vitam eternam. Tercio recuperauimus amiciciam per sanguinis effusionem sic enim dicit apostolus. Cum inimici essemus reconciliati sumus deo per mortem filij eius Vel dicere possumus. quod recuperauimus dei amicitiam per incarnationis vnionem. in eo enim quod vestiuit se carne nostra. priori nos amicicie reformauit. Secundo innocentiam recuperauimus per eius passionem. Tercio autem excellentiam recuperauimus per eius rationem in cuius virtute assequimur eternam glorificationem. in qua copiosam et gloriosam excellentiam habebimus in eternum ¶ O ¶ Sequitur quartum et vltimum scilicet si tacuerimus sceleris arguemur in quo predicatoris necessitas declaratur. qui enim scientie et eloquentie donum et maxime gratiam ad loquendum verbum dei accipiunt a domino grauissime arguuntur si ea ad lucrum non posuerint animarum Vnde Esa. Ve mihi quia tacui. Considerauit enim quod ad predicandum talentum acceperat et ideo doluit se tacuisse. propter quod talibus negligen-

tibus. dicitur Luce decimono. Serue ne/
q̄ quare non dedisti pecuniā meam ad mē
sam ⁊ ego veniens cum vsura vtiq̄ exegis/
sem illam. Hinc j. Corinthiorū nono. Ue
mihi si non euangelizauero. quoniam dis/
pensatio tradita siue credita est mihi Bern
nardus. Ue qui bene loqui de domino ac/
ceperunt si questum reputant pietatē ⁊c.

XXXVIII. De eodem. ſmo tercius.

Aue maria gra
tia plena Luce secundo. Dic̄
Bernnardus. Iniungitur no
ua legatio angelo gabrieli. et nouam virgo
professa virtutem. noue salutationis hono
ratur obsequio antiqua excluditur maledi
ctio mulierum. et nouam noua mater acci/
pit benedictionem. ¶ P ¶ In verbis er/
go propositis cū subiunctis. sex dulcissime
sententie ponuntur. quibus gloriosa virgo
Maria mirifice cōmendatur. Primo enī
laudatur ⁊ salutatur a purissime vite inno
centia. secundo a virtutū copiosissima suffi
cientia. tercio a gratiarum plenissima sup/
effluētia. quarto a dignissima dei presentia
quinto a status sui excellentissima reueren
tia. sexto a fructus sui vtilissima magnificē
tia. Primum ibi aue. secundum ibi maria
tercium ibi gratia plena. quartum ibi dn̄s
tecum. quintum ibi benedicta tu in mulie/
ribus. sextum ibi et benedictus fructus ven
tris tui. Hec ergo laudis preconia per or/
dinem prosequentes. primo dicimus q̄ be
ata virgo commendatur ⁊ laudatur p̄ hoc
q̄ est aue a purissima vite innocentia. q̄ sci/
licet salutatio tanto gloriosior christi virgi/
ni attribuitur. quāto rarior in scriptura in/
uenitur. In omni enim textu veteris testa
menti ante istam salutationem non inueni
tur. eo q̄ nulli vnq̄ hominū veraciter po/
tuerit applicari. Quis enim sine ve a mun/
di exordio est inuentus. nec infans cuius vi
ta est vnius diei super terram. Dicitur em̄
aue. id est sine ve. hoc est sine culpa. cui iu/
sto ordine debetur ve effectum pro causa vt
sepe solet fieri intelligentes. et quia sola vir
go immunis ab omni macula fuit. ideo ei
soli hec noua dictio ⁊ noua salutatio debu/
it reſuari. ¶ Q ¶ Est autem triplex ve a
quo fuit libera virgo sancta scilicet a ve cul
pe originalis a ve culpe venialis ⁊ a ve cul/
pe mortalis. De primo ve dicitur Jeremie
decimoquīto. Ue mihi mater mea vt quid
me genuisti virum rixe. virū discordie. Ri
xas enim ⁊ discordias quibus spiritus con
cupiscit aduersus carnem ⁊ caro aduersus
spiritum. ab originali peccato contraximus
que in nobis rarissime compescuntur. De
secundo ve dicitur treno. Ue nobis q̄ pec/
cauimus. hoc enim de veniali congrue pōt
dici. cum Jere. in vtero sanctificatus in v̄
bo prime persone connumerās se alijs mor
taliter non peccauit. et ideo hoc ve pro veni
alibus potest sumi. De tercio ve dr̄ Osee
Ue eis quia recesserunt a me. et iterū Je/
remie. vij. Ue eis cum recessero ab eis. q̄d
de mortalibus peccatis oportet intelligi. q̄
nec deus a nobis nec nos a deo recedimus
nisi cum culpam cōmittimus mortalium
peccatorum. De om̄ibꝫ aūt tribꝫ istis ve dr̄
Apo. v. Ue ve ve habitantibꝫ in terra. sic ei
dicit iohānes. Audiui vocē angeli vniꝰ vo
lantis per mediū celi dicentis voce magna
Ue ve ve om̄ibꝫ habitātibꝫ in terra. ac si di
cat. Om̄es habitantes in terra infecti sunt
aliquo istoꝝ triū ve. q̄d vt plenius ⁊ plani/
us videatur. ¶ R ¶ Sciendū q̄ sunt tria
gn̄a peccatoꝝ. scꝫ originale. veniale. mortale.
vt premisimus. et sicut ex decore gratie nul
lum bonū remanet irremuneratū. sic ex de
core iusticie ⁊ ex decore culpe nullum malū
remanet impunitū. ideo predictis tribꝫ ge/
neribꝫ pctōꝝ inter se distinctoꝝ debent tria
genera ve inter se distincta. Nam origina/
li pctō debetur ve lymbi. in quo anīe hn̄tes
pctm̄ originale excluduntur a visione dei.
Peccato vero veniali debet purgatorium
per cuius ignē predicte anīe a suis veniali/
bus depurātur. Peccato aūt mortali debe
tur infernus. nō vt illic p̄ueniētes purgen
tur ſ̄ vt eternaliter cruciētur. Cū ergo beata
virgo nullum predictoꝝ pctōrū habuerit
ideo adiudicabit ei angelus q̄ merito esset
ab om̄i ve p̄ueniēte ex peccato penitus libe
rata ⁊ aliena. Licet enī vt doctores tradunt
ad lymbum descendisset. si ante passionem

dñi decessisset. hoc nõ fuisset ꝓpter culpã ꝓ/
sone. sed ꝓpter infectionẽ nãe hũane. Vel
etiã dici potest. ꝙ hoc ideo factuꝫ fuisset. ꝙ
deus per passionẽ suam celestis regni ianu
am nondum aperuisset. ¶ Possunt
aũt quattuor cause assignari. cur brã virgo
nouo saluatõnis genere debuit ab angelo
salutari scz ꝓpter veteris culpe transuersio/
nẽ. noue virginitatis inuentionẽ. nouã cõ/
ceptionẽ ⁊ nouã ꝓcreationez. Prima dico
causa propter quam brã virgo nouo saluta
tionis genere salutatur hec est. cum culpa
esset in gratiã. maledictio in benedictionẽ. to
tũ ꝙ pondus mali in bonũ cumulũ muta/
tũ fuit. in signũ huius ergo gratie nomẽ ꝑ/
uaricatricis mulieris debuit etiã transposi
tis literis transmutari. vt cũ illa vocaretur
Eua. nõa ꝛepatio in cõtrariũ facta incipere
merito debuit ab aue. Nec aũt totũ malum
per euam infusum per mariam in gratiã sit
mutatũ. dicit aug⁹. Eua em̃ luxit. ista exul/
tauit Eua lacrimas Maria gaudiũ in ven
tre portauit. impleta est ergo Maria gratia
et eua euacuata est a culpa. maledictio eue
in benedictionẽ mutatur marie Secũda cau
sa ꝓpter quã brã virgo nouo salutatiõis ge
nere ab angelo salutatur. est noue virgini/
tatis adinuẽtio. licet em̃ multe essent virgi
nes ante eã. nulla tamẽ ex illis ante ipaz ꝓ/
positũ hũit sic manendi. vnde berñ. O brã
virgo quis te docuit aut ꝙ pagina instruxit
vt virginitate dño sic placeres. Dicũt em̃
eius ꝓcones ꝙ deo virginitatis sue votũ
emiserat. hac tñ ꝓditione interposita. si di
uine fozet bñplacitũ voluntari. ꝓpter qõd an
gelo salutanti rñdit hũiliter dicens. Quo/
modo fiet istud qm̃ virũ nõ cognosco. i. nõ
ꝓpono. Et quia ante eã nemo vo/
ginitatis votũ emiserat. ideo ꝓpter hãc no/
uã ⁊ deo gratã ⁊ insolitam adinuẽtionẽ. no
ua salutatione ab angelo salutatur. Tercia
causa noue salutationis est noua ⁊ prius in
audita conceptio. concepit ergo virgo nõ de
virili semine ꝫ de spũssancti germine. in ꝙ
nec primã similem visa est nec hãe sequẽtẽ
et hoc est qõd ꝓmisit angelus virgini querẽ
ti. Quomodo fieret istud? dicẽs. Spiritus
sanctus supueniet in te. ex cuius virtute cõ
cipies virgo ꝑmanẽs post ꝓceptũ Quarta
causa noue salutatõis est nouus ⁊ insolit⁹
et omni stupore mirandus ꝓtus. Non em̃
parturiuit quẽlibet de plebe. nec principez
quãtũlibet magnũ huius mõdi. ꝫ deũ verũ
qui fecit mõm. De hac nouitate ⁊ ineffabi
li stupore. dicit berñ. Si adꝛicias alꝛ̃ eius
excellentꝛ̃s. cuius mater est? que iam pote/
rit lingua etiam angelorum dignis extollere
laudib⁹ virginẽ matrẽ. nõ cuiuscũqꝫ sed õi
potẽtis. Ista est em̃ nãe virginis gloria singula/
ris ⁊ excellentissima ꝓgatiua. ꝙ filiũ suũ
eundemqꝫ cũ deo pãe hãe meruit ꝓmunem
Ex his ergo quatuor nouitatib⁹ brã virgo
noue salutationis genere debuit salutari.

¶ Sequitur in predicto dꝛemate scõm
membrũ scz Maria. In quo innuitur vir/
tutũ copiosissima sufficientia. qõd ex interꝓ/
tatione eiusdem nominis euidentius decla
ratur. Maria em̃ interꝓtatur mare. Habet
em̃ mare tres vel quattuor ꝓprietates q̃ spi/
ritualiter intellecte Marie cõueniunt ꝓpter
quas a mari maria vocata est. Describitur
em̃ in libro de naturis rerũ sic. Mare ẽ col/
lectio omnium aquarum tam dulcium qꝫ
salsarũ. hospitiũ omniũ fluuioꝝ. subsidiuꝫ
in necessitatib⁹. refrigeriũ in periculis. itine
rantiũ ꝓpendiũ. laborantiũ lucruꝫ. In his
maris ꝓprietatib⁹ omniũ virtutũ cumulus
gloriose virginis declaratur. Ma ꝑ primaz
ꝓprietatẽ scz collectio omniũ aquarũ. qd ni
si cumulus omniũ virtutũ accipitur. quod
aũt subiũgitur. Tam dulciũ qꝫ salsarũ. in/
nuitur ꝙ nõ solum virtutes dulciter affici
entes habuit ꝫ etiã ꝑ ꝓpassionẽ amaricant
tes per quas materno affectu oĩm miseꝛ̃s
ꝓpatiebatur. Si em̃ paulus multũ inferi/
or dicere de se potuit. Quis infirmatur et
ego non infirmor quis scandalizatur ⁊ ego
non vror. q̃nromagis maria. De hac vni/
uersitate omniũ virtutũ. di. anſel. exponẽs
illud eccle. Vas auri solidũ ornatũ oĩ lapi/
di pcioso. Maria est vas ꝓpter dignitatis
ꝓeminẽtiã. auri, ꝓpter stat⁹ eminẽtiã. solidum
ꝓpter omniũ malorꝝ resistẽtiã. ornatũ oĩ la/
pide pcioso, ꝓpter omniũ virtutũ ꝓfluentiaz
qõd pulcre nobis, ꝓponitur genẽ. j. vbi dr Cõ
gregẽtur oẽs aque q̃ sub celo sunt in locum

Sexta gratia dicitur naturalis que nature inserta crescit ⁊ proficit cum natura. sicut est sanitas corporis. fortitudo membrorū: ⁊ bona complexio. ⁊ alie valitudines corporales quibus omnibus cum ea ad bonum cō uertimus adiuuamur. Unde Gregor⁹. Om̄ia bona ⁊ dona nature quibus vnus facili⁹ q̄ alter potest ire ī actus meritorios vocat gratiam gratis datā. He sunt gratie gratis date quibus a domino preuenimur vt ex eis excitati ⁊ commoniti ⁊ adiuti ire in actus meritorios facilius valeamus. Hinc Bern. Conatus liberi arbitrij ad bonum cassi sunt si a gratia non adiuuantur ⁊ nulli si non excitantur. Excitat ergo liberum arbitriū duz seminat cogitatum. sanat dum mutat affectionem. roborat dum producit ad actū. seruat ne sentiat defectum. Hinc Bonauentura super scd̄m sentētiarū que. xxvi. has gratias notificat sic dicens. Quicquid illud sit quod superadditum est naturalibus adiuuans aliquo modo ⁊ preparans voluntatez ad habitum vel ad vsum. siue illud gratum sic datum sit habitus. sicut timor seruilis vl' pietas aliquorū visceribus inserta ab infantia: siue etiam sit alius actus: sicut vocatio vel aliqua locutio: qua deus excitat animū hominis vt se requirat. totum est de rōe gratie gratis date. sine qua vix aut nunq̄ alicuius hominis vsus liberi arbitrij reparatur. ⁊ sine hac concedendum est liberum arbitrium nunq̄ se posse disponere ad gratiaz gratum facientem. He sunt gratie quibus inicimur ad salutem quas alij audiunt ⁊ emendantur. alij obaudiunt ⁊ indurantur. sicut de eodem vino potato sani iocundātur ⁊ infirmi febricitantur. Verum quia sine gratia deo nunq̄ hoc placuit. ideo quib⁹ exercitijs deus maxime motus gratiam nobis tribuat est videndum. ¶ Q ¶ Tertio ergo inquirendum est de nostri ad gratiā habilitatione. ⁊ hoc consistit in tribus. scilicet si deū timeamus. nos coram deo humiliamus. et gratos nos exhibeamus. Hec tria scz timor humilitas ⁊ gratitudo: deum inclinant ad gratiam nobis dandaz. Primo dico meremur gratiam ex timore. Facile autem deuz timebimus si timoris materiaz vndiq; nos cinctam apertis oculis videamus. Nam si sursum aspicimus: videmus deum quē offendimus. si infra infernum quē meruim⁹. si retro peccata que commisimus. si ante iudicium qd̄ nō euadimus. si intra defeci⁹ q̄s incurrimus. ita vt his omnibus consideratis proni corruamur in terraz clamantes in celum illud Jere. x. Quis non timebit te o rex gentium ⁊c. Hinc Bern. In veritate cōperi ⁊ didici nil eque efficax esse ad gratiam promerendam retinendam ac recuperandā q̄ si omni tempore videaris non altum sapere sed timere. Time ergo cū arriserit gratia. time cum abierit. time cum denuo redierit. Succedant sibi vicissim in animo tuo tres isti timores s̄m q̄ gratia adesse dignat vel offensa recedere vel cum redire placata sentitur. Cum adest time: ne non digne opereris in ea. q̄ si recesserit tunc ampli⁹ timēdum tanq̄ mox casurus. Time g̊ ⁊ ꝯtremisce deo vt sentis tibi irato. nec dubitas ī causa fuisse sup̄biam etiā si non appareat. etiam si nil tibi ꝯscius es. iam vero si reciprocata redierit: tunc multo amplius timedum: ne forte contingat recidiuum. Beatus es. si triplici timore isto cor tuum repleueris. ¶ N.

¶ Scd̄o habilitamur ad gratiam promerendam ex humilitate. Quanto em̄ hūiliores nos deo exhibemus. tanto in gratia erimus abundantiores. vnde Jere. Omnis vallis

Johis Bapte

XLVI.

implebitur·qz vt ait ps· Inter mediū mō/
tium transibūt aque. Vnde illa gloriosa in
cantico suo cecinit se meritum diuini part?
ex humilitate consecutā dicens. Quia respe
xit humilitatem ancille sue. Hinc de his du
obus scilicet timore ⁊ humilitate dicit domi
nus per hie. Ad quē respiciam nisi ad humi
lem ⁊ trementem ꝓmones meos. ac si dicat.
Cui dabo gratiam nisi timentibꝫ ⁊ humili/
bus. Ac si dicat nulli alteri. hinc Jaco. iiij.
Deus superbis resistit: humilibus aūt dat
gratiaz. hinc Greg?. Quelibet assint bona
opera nulla sunt: nisi ex humilitate condiā/
tur. In cunctis ergo que agitis radicem bo
ni operis humilitatem tenete. nec eos q̄bus
iam superiores: sed quibus inferiores estis
aspicite. vt meliorum exempla vobis propo
sitis ad maiora semper ascendere valeatis.
Item Aug?. Nihil nos ita gratos deo facit
q̄z si vite merito magni ⁊ humilitate parui
simus. qui ergo humilitatem que est mater
virtutum nesciunt vsum sui laboris ꝑdunt
etiam si bona videntur que strennue operā
tur. Et ideo vt ait Bern. Insipiens ⁊ insa/
nus est quicunq̄z in alijs vite meritis seu in
alta religione q̄z in sola humilitate confidit
Propter qd̄ omnibus alijs omissis de sola
humilitate saluatoz monuit. ꝓponens se no/
bis exemplum dicens. Discite a me qz mi/
tis sum ⁊ humilis corde. super quo Bern.
Sublimis deus: sed non ita tibi ꝓponitur.
¶ Sciendum autez q̄ ad hanc virtutē hu
militatis tribus gradibus siue passibꝫ pos/
sumus peruenire. scilicet si dei occultum iu/
dicium pertimescimus: si defectos nostros
cognoscimus: ⁊ si meliores nobis semper in
spicimus. Primo dico ad incuruandaz cer
uicem nostrā multum valet: si occultū dei iu/
diciū semper timeamus: dicētes in cordibꝫ
nostris illud Eccles ix. Sunt iusti atq̄z sa/
pientes ⁊ opera eorum in manu dei sunt: et
tamen nescit homo vtrū amore vel odio di/
gnus sit. sed omnia reseruant in futurū incer
ta. Scōm quod valet ad humilitatem est:
si nostros defectus semper inspiciamus faci
entes sicut machabei. de quibꝫ dicit. i. ma/
cha. iiij. Vt viderunt sanctificationem deser
tam ⁊ altare prophanatū ⁊ portas exustas
⁊ in atrijs virgulta nata: quasi in saltu scin/
dunt vestimenta sua ⁊ planxerunt planctu
magno. Et imposuerunt cinerem super ca/
put suum ⁊ ceciderunt in facies suas ⁊ cla/
mauerunt in celū. Nullus em̄ adeo sanctus
est: quin inueniat humiliationis materiaz
in seipo. iuxta illud mich. vi. In medio tui
hūiliatio tua. Hinc Bern. Si te ad lumen
veritatis intus in animo sine palpatione si/
ne simulationes diiudices. nō dubito quin
humilieris ⁊ tu in oculis tuis factus humi
lioz. ex hac cognitione tua: ⁊ q̄nto altius p/
fecerit tanto amplius inuenit qd̄ eum humi
liat. Sancti enim veri quo apud deū altius
proficiunt. eo subtilius indignos se esse de/
prehendunt. quia q̄nto proximiores luci sūt
tanto sibi foras deformes apparent. Vnus/
quisq̄z enim sibi dum tactu veri luminis il/
lustratur ostendit ⁊ vñ cognoscit in lumīe
quid sit iusticia. inde erudit vt videat quid
sit culpa. ¶ Tertio ad humilitatē in
nobis plantandam valet si meliores semp
pre oculis habeamus: in quoz comparatōe
erimus viles nobis: vt dicere possimus il/
lud Nume. xiij. Vidimus q̄sdam de gene/
re gyganteo: quibus compari quasi locuste
videbamur. Hinc Bern. Quidiu parvulus
es pedagogum tibi ꝓcurabo: elige tibi meo
consilio hominē cuius vite exemplar cordi
tuo ita insedeat: vt quotiens eius recordat?
fueris: ad reuerentiam cogitati assurgas: et
temetipm ordines ⁊ ꝓponas ac si ꝓsens sit.
Tertium humilitans nos ad gratiā est gra
titudo vt vicz grati simus ad omnem gratiā
quā exhibet nobis de?. qd̄ monet ap?. Gal'.
iij. dicens. Grati estote. qd̄ tunc digne agi/
mus si omni gratie cū gratiarum actione ac
currimus: nec per mentis ignauiā vel q̄lem
cunq̄z incuriaz minimā preterimus. Bern.
Felix qui ad singula dona gratie redit ad
eum in q̄ est plenitudo gratiaz. cui dū ꝓ ac
ceptis nos ingratos non exhibemus. locuz
in nobis facimus gratie: vt maiora adhuc
acciperere mereamur. omnino em̄ sola nos
ingratitudo a profectu conuersationis im/
pedit. dum q̄dāmodo āmissuz reputās da/
tor qd̄ ingrat? accepit: cauet sibi de ceto ne tā
to plura ꝓderet q̄nto plura daret ingrato.

Unde res est gratie in hac parte grām subtrahere. vnde cautos nos reddidit dñs Jovi. dicens. Colligite fragmenta ne pereant. fragmenta enim grā pereunt ⁊ perdūtur si non colligūtur. Quarto dicendū est de gratie fructificatione: hoc est de effectib⁹ siue voluntatibus quas gratia operatur in nobis. De quib⁹ dicendū q̄ Bonauētura magn⁹ doctor sup. ij. sententiarū que. xxvi. effect⁹ gratie enumerat ita dicens. Gratie est verecūdare. reformare. viuificare. assimilare. sursum leuare. vnire. stabilire: quoꝝ executionem q̄ sermo in longū protract⁹ est occasione sumpta ī alijs ꝓmonib⁹ ꝓsequamur largitore gratie adiuuante ihesu christo.

XLVII Sermo de eodem

Ego vox clamātis in deserto Math. iij. Dicit Gregorius. Sanctoꝝ mentes cū creatoris sui potentiā intenta ꝓtemplatione considerant vilescūt eoꝝ animo virtutes quas hñt: ⁊ tāto fiunt apud se humiles q̄nto eis illud altū est q̄ sup angelos sonat. Hinc iohānes qui in tantaz sanctitatis sublimitatem excreuerat: vt a iudeis xp̄s credi potuisset nūcijs ad se missis ⁊ inquirentib⁹. Tu quis es? vt demus responsum his qui miserunt nos. respondit. Ego vox clamātis in deserto: ex eo spiritu vocans se vocem quo abraam puluerez: quo dauid canē mortuū.

P. Expedito ergo vno nomine scz iohānes in priori sermone. nunc dicenduz est de scdo nomine scz vox. de quo tria per ordinez dicantur: scilicet de iohannis ab hac voce denominatione. scdo de eiusdem vocis exposit̄one. tertio de per vocem ꝓmotione. Hec ꝓsequentes per ordinem. primo dicamus de iohannis ab hac voce denominatione: id est cur iohannes vox nominetur? quod propter tres causas legimus esse factū: scz ꝓpter preconij nouitatem. vite humilitatē ⁊ officij dignitatem. Primo dico iohannes dicit vox ꝓpter preconij nouitatem. hec autē nouitas in hoc consistit. q̄ ipe primuz predicauit regnum celorum dicens Math. iij. Penitēt̄iam agite appropinquat enī regnum celoꝝ quod a prioribus predicatoribꝫ ⁊ prophetis vsqꝫ ad iohannem non est auditū. hinc saluator math. xi. dixit. A diebꝫ iohannis baptiste vsqꝫ nunc regnum celorū vim patitur: ⁊ violenti rapiunt illud. q̄ntumcunqꝫ enim scelerati si penitentiā egerint regnū celorū rapiunt violenter. Et quia hec vox ante iohannē audita nō fuerat. ideo ꝓpter hāc preconij nouitatem dicitur vox iohannes. Scdo iohānes dicitur vox ꝓpter vite humilitatē. sicut enim nihil leuius voce: sic sancti viri quasi pro nihilo reputant semetipos. q̄nto enim proximiores fiunt diuino lumini: tanto respectu eiusdem luminis viliores sibi fiunt. Ex quo fit illud mirabile q̄ quāto sunt sanctiores tanto humiliores. hinc Gregorius. Sancti viri quo apud deū altius ꝓficiunt eo subtilius se indignos esse deprehendunt quia dum proximi luci fiunt quicquid eos in se latebat inueniunt: ⁊ tanto sibi foris deformes appareāt q̄nto nimis pulcrū est qđ intus vident. Idem. Sanctoꝝ mentes cuz creatoris sui potentiā intenta ꝓtemplatione considerant: vilescunt animo eorū virtutes quas habent. ⁊ tanto fiunt apud se humiles quanto eis illud altum est quod super angelos sonat. Et ideo iohānes qui tanti estimabatur in ꝓplo vt xp̄us crederetur assuetus diuinis contemplationib⁹ nō ex nomine non ex progenie: nō ex sacerdotali officio sed vocē se nominat. Ac si dicat. Sicut vox fragilis est ⁊ prope nihil. sicut ego fragil' sum ⁊ tantq̄ pro nihilo reputandus. Tertio iohānes dictus est vox ꝓpter officij dignitatem: quā exponit nobis Greg⁹. sic dicens. Scitis fratres carissimi: quia vnigenitus filius verbū pris vocat. iohāne euangelista testante q̄ ait In principio erat verbū: ⁊ verbū ꝛc. Et ex ipa vestra locutione cognoscitis: q̄ vox prius sonat vt verbum possimodū possit audiri. Ideo iohannes vocē se eē asserit. q̄ verbū ꝓcedit dominicū aduentum: itaqꝫ p̄cursor vox dicitur: quia p eius ministeriuz patris verbum ab hominib⁹ auditur. ostendit q̄ verum precursor suus. sicut vox ostendit verbū quia sicut vox excitat auditū vt verbum recipiatur. ita iohannes excitauit iudeos vt xp̄m reciperent. officij ergo dignitas in qua precursor extitit. hoc requirebat vt se vocem

Iohis Bapte

nominaret: vt sicut vox precedit verbum: sic precursor debuit p̄cedere eū cuius erat p̄cursor. Et hec breuiter dicta sufficiant de primo nomine id est de iohāne ab hac vocis denominatione. // Q ¶ Scd̄o dicendū est de hac vocis ꝓut nrām edificationē respicit expositione. hoc est vt exponat̄ quid dicat̄ per nomē vocis: ſm qd̄ ꝑ eam nostra moralitas informat̄. De quo sciendū ꝙ hoc modo vox nihil aliud est nisi interna inspiratio dei, per quā alloquit̄ nobis deus monens ⁊ mouēs intellectū nostrū quid agere debeam⁹. Hāc vocem auscultauit diligēter p̄s. cū dicebat. Audiam quid loquat̄ in me domin⁹ deus? Hanc vocē obaudiūt negligēter quibus dicit dn̄s Math. viij. Quare loq̄lam meam nō cognoscitis. Hanc vocē siue loq̄lam aptius nobis exponit Gre. di. Sicut auditus corpis excitat̄ voce corpali: ita sensus mētis excitatur intellectu: qui de interioribꝫ agit̄. qd̄ adhuc aptius bern. declarat dicēs. Sūt q̄dam verba dei ad nos: nostre meditatiōes de ip̄o ⁊ eius potentia. de ei⁹ gloria. itaq̄ locutio verbi infusio doni. responsio anīe cum grāꝝ actione āmiratio: ⁊ elinguis est omnis anīa que has voces nec intelligit nec habet sed vt ait Gre. eandem vocē melius intelligimus si ab imis ad supiora gradientes. q̄si quibusdaꝫ passibꝫ ascēdamus. Tertium ergo membrū aggrediamur qd̄ est de nr̄a per vocē ꝓmotione. Hec aūt ꝓmotio septē gradibus q̄si septem passibꝫ ab imo vsq̄ ad sūmum statū ꝑfectionis ꝑficitur. quos p̄s. in psalmo Afferte dn̄o ꝓsequit̄ ordinate. Prima vox dn̄i est super aquas. scd̄a vox dn̄i in virtute. tertia vox dn̄i in magnificentia. q̄rta vox dn̄i ꝯfringentis cedros. quīta vox domini intercidētis flāmam ignis. sexta vox domini ꝯcutiētis desertū. septīa vox dn̄i preparantis ceruos. His septē vocibꝫ dn̄i ducim̄ ad perfectū statū. de quibus vocibꝫ hortatur nos idem ꝓpheta dicens. Hodie si vocē ei⁹ audieritis nolite obdurare corda vestra ⁊c̄. Prima g̃ vox dn̄i est super aquas. i. sup̄ peccata pn̄iam infundendo. scd̄a in virtute resistendi ꝯtinentiam tribuendo. tertia in magnificentia in magnis opibus adiuuando. quarta vox dn̄i ꝯfringētis cedros vicia amputando. quinta intercidentis flāmaꝫ ignis caritatē a malis affectibꝫ segregando. sexta concutientis desertū grām subtrahendo. septima prepantis cerous ad perfectū statuꝫ hominē perducendo. Resumendo has dn̄i voces. Prima vox dn̄i intus in anīa loquēdo est sup̄ aquas: id ē sup̄ peccata: eo ꝙ gratia nullū inueniet sine peccato. quippe nec infantē vnius diei cui⁹ vita est super terram. Hec autem prima vox sonat illud Esa. xlvi Preuaricatores redite ad cor. ꝓpter qd̄ addidit huic voci: deus maiestatis intonuit. ꝑ quod timorē incutit qui ad pn̄iaꝫ nos inducit. quā formaꝫ pn̄ie Bern. nobis prescribit sic di. Modus ꝯuersionis q̄ntū mihi videt̄ hic est. // R ¶ Primū reuocamur ad nos ⁊ audimus vocē dicentis. Preuaricatores redite ad cor. Idq̄ taꝫ efficaciter dicitur. vt vox ip̄a reducat nos ⁊ arguens statuet nos ante faciē nrām. ex cui⁹ vocis efficacia amara pn̄ia infundit̄ per quā om̄ia peccata cōteruntur: dicente dn̄o per Iere. Nūquid non verba mea sunt q̄si malleus ꝯterens petras Q aūt per aquā peccata designent̄ idem ꝓpheta insinuat cū dicit. Saluū me fac deus quoniā intrauerunt aque ⁊c̄. Et aliud. Inundauerūt aque sup̄ caput meum: dixi perij ⁊c̄. Hanc vocez super aquas de⁹ tamdiu continuat quousq̄ peccata ꝑ penitentiā deleantur. Sed quid ꝓdest penitere de culpa si nō detur grā a similibꝫ abstinendi. Nam qui baptizatur a mortuo ⁊ iterū tangit mortuum: quid ꝓdest lauatio ei⁹ Eccle. xxxiiij. Scd̄a ergo vox dn̄i sonat in virtute vocās hanc virtutē gratiā ꝯtinendi de cetero a peccatis: vt dicam⁹ illud Cañ. Laui pedes meos. quō iterū inquinabo illos? De hac virtute dicit̄ Iudith. Dedit eis de⁹ celi virtutem resistendi. Item p̄s. Deus p̄cinxit me virtute ad bellū scz resistendi: ⁊ ideo sequit̄. ⁊ posuit immaculatā vitam meā. hinc bern. de subditis suis hanc virtutē cōmendās dicit. Quid mirabilius q̄ꝫ ꝙ is prius vix ꝑ biduum poterat ꝯtinere a luxuria. a crapula. ab ebrietate: ceterisq̄ similibus vicijs. nunc ab eis continet tota vita sua: quod mai⁹ miraculum. que maior virt⁹: q̄ꝫ ꝙ tot iuuenes tot nobiles vniuersi deniq̄ quos hic videro

velut in aperto carcere tenentur sine vinculis solo dei amore confixi: Verū quia nō sufficit solū declinare a malo nisi adiungatur ⁊ facere bonum: iuxta illud Esa. Quiescite agere peruerse: discite bene facere. ideo sequitur alia vox. Tertia itaq; vox dei est in magnificentia: per cuius vocis virtutem docemur magna ⁊ fortia operari: nam difficilia ⁊ fortia opa continuata magnos efficiūt homines apud deum. Q; enim homīes sup̄ virtutem magna opera semper operentur: non humane virtutis est: sed est ex magnifica voce diuini adiutorij intus in animo adiuuātis: ⁊ fortis in corpore confortantis. Multū autem magnificat hominem si eadem opera magna ⁊ continuata fiant humiliter: vt sic facta deo tanq̄ nihil sint penitus putentur. quod hortatur Gregorius dicens. Magnus esse vnusquisq; studeat: sed tamē magnum se esse aliquo modo nesciat: ne dum sibi magnitudinem arroganter tribuit: hāc inaniter amittat: ne sicut phariseus magna opera sua sibi tribuens redigat in nihilum sic ⁊ nos ⁊ opera nostra ⁊ nosip̄os in nihilum redigamus. Hoc ergo mirabiliter magnos nos facit si magna humiliter faciam? Dicit enim Bern. Magna ⁊ rara virtus est vt magna licet operantem: magnum te nescias ⁊ manifestatam omnibus tuam te solum latere sanctitatem. hoc ego ipis virtutibus mirabilius iudico. Verum quanto fortius sancti homines magna opera faciunt: tanto callidius hostis insidiatur dolosius: vt eadem per admixta vicia euacuet ⁊ deformet. ideo sequitur iterum alia vox per quaz deus electos suos ⁊ dilectos preseruet misericorditer ⁊ defendat. Quarta ergo vox domini sanctos suos vlterius promouens est vox domini confringentis cedros: id est vicia. de quibus sub nomīe cedri dicit Ezechie. xxvij. Cedrum de libano tulerunt scilicet demones: vt facerent tibi malum. Hec enim vox domini supra modum necessaria est omni homini volenti proficere. nulla. n. merita nec virtutes q̄cquid valent quibus vicia sunt permixta. Hinc Leuitici prohibemur cauere vicia inter bona cum dicat. Ne seres agrum tuum diuerso semine. Diuerso enī semine ager seritur: dū bona opa permixtis vicijs seminantur. hinc Gregorius. Bona opera prodesse nequeunt: vbi mala q̄ surripiunt non cauentur: ⁊ subiūgit. Q; dū labores meritorum vno vicio percussi ceciderunt: quanta bona vnius culpe gladio sūt empta Vñ dēm? magna opari ⁊ bona semper agere ⁊ vicia insidiantia conatu simili p̄ cauere quod esdre. iij. legimus figuratū ibi eī sic dicitur. Vna manu faciebant opus: et alia tenebant gladium vt se ab hostibus defensarent. Ad quod opus quia non sufficimus: tamen cum conando hoc fecerit quod homo potuerit deus pauperi suo succurrit emittens vocem virtutis sue que hos cedros viciorum comminuat ⁊ confringat. ¶ Q; autem per cedros vicia designentur. patet ex cedri proprietatibus. Nam cedrus est alta arbor que semper in altum se erigit: per quam superbia designatur. Item cedrus delectabilis est saporis per quem carnis concupiscentia accipitur. Item cedrus stans inutilis est: sed succisa multum valet. sic omnia vicia stantia inutilia sunt: sed succisa id ē exstincta cōtinent multū fructuz. Hinc de hac cedro dicitur Esa. Dies domini sup̄ omnes cedros libani sublimes ⁊ erectas. hinc Judicum. ix. Egrediatur ignis de rhamno ⁊ deuoret cedros libani p̄s. Elidi impium sup̄ exaltatum ⁊ eleuatum sicut cedros ⁊c. Vel q; quia deus per predictas voces deuoraz animam vsq; ad sui presenciaz prepauit. nam per primam vocem dedit peccati remissionem. per scdam peccati reluctationem. per tiam bonorū operum multiplicationem. p quartam viciorum extructionem. ideo per viam amoris infundent hoiem sancti mutans vocez. Quinta ergo est vox domini intercidentis flāmam ignis: quod taliter contingit. deus enim qui vt ait Esa. ignis consumens est. post predicta ad animam venit ex cui? presentia purissima flāma diuini ardoris ardet in ea. in qua vox diuini virtutis intercidit id est separat ab anima sic inflammata omne fetulentum ⁊ omne corpulentum: ita vt in hac flamma nihil spiret. nihil pulset. nihil viuat. nihil appareat. nihil sentiatur penitus nisi deus. Et hoc est quod

Johis Bapte

prefiguratum legimus Exodi·iij·Apparuit dominus in flamma ignis·in qua flamma nihil aliud apparuisse legitur nisi de⁹·quia sicut flamma materialis omne corpulentū quod se contingit consumit ⁊ per scintillas euomit ⁊ a se reiicit·sic flamma diuini ardoris omne corporeum sa se proiicit ⁊ penit⁹ alienat·⁊ hoc est quod dicit Bern·Quid facit tam pbata dilectio nisi vt ardentis animū ab omni penitus prava vendicat amore ad se mirabiliter rapiat ⁊ vehementer afficiat· faciatq; per se contemnere quicquid in contemptu eorum appeti non potest. Vox ergo domini intercidit hanc flāmam ignis: dum de cogitationibus instabilitatem·de voluptate omnem alienaz caritatem·de intellectu omnem fantasticam sensu alitatē·de memoria omnem feditatem penitus intercidit: ita ut nihil videant oculi nostri nisi man·sicut humeri·xi·dicit. Sed quia hic flāma propter dei sanctitatem ⁊ nostram fragilitatez diu durare non poterit·sicut dicit Job·vij Visitas eum diluculo ⁊ subito probas illū ideo deus profectum nostrum desiderans subiungit aliam vocem: per quā anima sancta iterum vlterius promouetur. Sexta ergo domini vox est concutientis desertuz per quā vocem temptatio designatur·qō sic possumus declarare. Per desertum enī cor nostrum intelligitur·tum propter dei desertionem ⁊ omnis gratie subtractionem·tum propter omniū bestialium motuuz progressionem·quia proprie bestie in deserto cōmorā·tur·quod desertum ante concuti dicitur cuz per dei abeuntis cōminationē ⁊ oīm gratie subtractionē cor nostrū velxmenter concuti tur·timētes q⁹ deus offensus recesserit·⁊ nolit animā amplius visitare. Q⁹ autem a deo sic derelicta dici debeat desertum·dicit Joel. Quasi ortus voluptatis terra coram eo sz in eius pītia·⁊ post eū scilicet post ei⁹ absessum solitudo deserti. Item Sopho·ij· Ponet dīs speciosam in solitudinem et inuium ⁊ quasi desertū: ⁊ accubabūt in medio eius greges ⁊ oīes bestie gentiū·i·bestiales motus subtracta gratia recrudescunt. Q⁹ etiā hoc desertū ex dei absentia cōcuti dicatur·ostendit Bern·dicens. Dico vobis nihil est q⁹ ania in tantuz formidet: q̄z ne gratia derelicta necesse habeat denuo egredi ad carnales consolationes: rursum carnalium sensuū sustinere tumultū. His itaq; duobz scilicet flāme intercisione ⁊ deserti concussione alternis vicissitudinibz continuatis hoc mirabiliter proficit·dum ex dei pītia flamma ardoris semp plus ⁊ plus intercipitur· quousq; anima in purū ardorē inflāmescat ⁊ totiens dextum concutitur primū ad flāmam id est caritatē nutriendam·alteruz ad humilitatem confuandam·quousq; homo ad perfectū statū feliciter promoueat voce dei iterū aliud sonante. Septima ergo vox dīi est preparantis ceruos·per ceruos perfectos homines volens intelligi·quod ex cerui proprietatibus cognoscimus euidenter. ¶ Habet enī cervus tres ꝓprietates: scz in ingressu celeritatem·in visu lumpitudinem ⁊ perit altitudinem. Sic perfecti currūt velociter: nihil enī de contingentibus obmittūt sed quantū·qī ⁊ sicut debent fideliter opantur·⁊ sunt de quibz dicit·ij·Regū·Aquilis sunt velociores ⁊ leonibz fortiores·de quibz Esa·Qui sunt isti qui vt nubes volant ⁊ q̄i columbe ad fenestras suas? Scdo cerui⁹ petit altitudinem·sic perfectorū conuersatio ē in alto qui in hac pergrinatione cōstituti solo corpore cogitatione ⁊ auiditate in illa patria eterna conuersati sunt·de quorū numero fuit aplus qui dicebat. Nostra conuersatio in celis est·hinc ps·Montes excelsi cervuis·de his duobz dicit in p̄s·ex persona perfectorū. Qui perficit pedes meos tanq; ceruorum·⁊ hoc de primo·super excelsa statuēs me:⁊ hoc de scdo. Tertia ꝓprietas ceruoruz est claritas in videndo: per quā illuminata cognitio·⁊ ex omni parte circūspecta cōsideratio designatur ⁊c.

¶ XLVIII· Sermo de eodem.

Ecce mitto angelum meū Malach·iij·⁊ Isaie·ij· Dicit beatus Greg⁹·Non sine velxmenti āmiratione ꝑsidero: q⁹ iohānis ꝓphetie spū intra matris vterū repletus ⁊ prius sanct⁹ q̄z natus·ille quo inter natos mulierū maior nemo surrexit: qui etiaz angelus meruit

appellari: pro puelle saltu capite trũcatur. ⁊ ille sanctitatis tante ꝓ risu turpiũ moritur. nisi ꝙ idcirco sic eos premit in infimis. quia videt quõ remũerẽtur in sũmis: ⁊ foris eos vsq; ad despectissima deijcit: quos int⁹ vsq; ad incomprehensibilia perducit. Expeditis ergo in precedentib⁹ duob⁹ nominib⁹ scilicet iohanne ⁊ voce. nunc ordo postulat vt de tertio nomine angelus videlicet quod dñs dederit prosequimur. In verbis ergo propositis quattuor intelligimus. primo enim nostra deuotio excitatur. scd̃o innocentis autoritas declaratur. tertio missi dignitas insinuatur. quarto hoc totum in nostrã vtilitatem ordinatur. Primũ ibi. ecce. scd̃m ibi. mitto tertiũ ibi. angelum meũ. quartũ ibi. qui preparabit ⁊c̃. ¶ V ¶ Est autẽ gloriosus iste princeps angelus dictus ꝓpter duo: scz propter vite sanctitatem ⁊ officij dignitatem. Propter vite sanctitatem: quia in tanta vixit abstinentia ⁊ ꝑcitate. in tanta laboris austeritate vt humane conditionis limites excedens. iam quodãmodo non homo sed angelus merito diceretur. hinc Math. xi. veritas dicit. Venit iohannes neq; manducans neq; bibens. ecce in quanta abstinẽtia erat vt etiam nec manducare nec bibere diceret̃. De austeritate etiam eius dicitur vt supra. Qui mollibus vestiuntur in domib⁹ regũ sunt. Scd̃o dictus est angelus ꝓpter officij dignitatem. hoc est ꝓpter hoc: quia tanq̃ angelus ⁊ officium gerens angeli: ante faciẽ eius mittebatur Cum em̃ angeli tanq̃ nuncij mittantur a dño dicente Gre. Tunc angeli dicuntur quãdo mittũtur. ideo qui hic a domino mittitur vicem gerens angeli. merito angelus nominat̃. hinc iterum Gre. dicit. Vnusquisq; si in quautũ sufficit a prauitate proximum reuocat: si exhortari ad bene operandũ curat. si eternum regnũ vel supplicium erranti denunciat: cũ sic verba sancte annunciationis impendit profecto angelus existit. Et sic patet quomõ ⁊ qua ratione iohannes angelus sit vocatus. Nunc aũt stilum ad nostram edificationem quõ et nos angeli fieri possimus conuertamur. Cũ em̃ ꝑm philosophũ transferentes ꝑm aliquã similitudinem transferant. ideo si in exercitijs angelorum eis similes erimus: merito in eorum nomine transferimur. vt ⁊ nos etiam angeli nominemur. ¶ Sciendum ergo ꝙ angeli tria habent in se: scz puritatem. simplicitatem ⁊ inconuertibilitatem. Tria ad deum scz contemplationẽ. laudationẽ ⁊ admirationẽ. Tria ad proximũ: hoc est inter se: scz dilectionẽ. pacis exhibitionem ⁊ informationem. ⁊ si in his nouem exercitijs ipos imitabimur angeli erimus ⁊ angeli nomiamur. Primo ergo angeli sancti habẽt in se puritatem ⁊ tantam vt se mutuo ꝓspiciant ⁊ alter alterius voluntatem cognoscat. hinc Damasce. dicit. Angeli sunt quedã lumina intellectualia ex primo lumine lumẽ habentia: non lingua nec auribꝰ indigẽtia sine sermone volũtates suas sibi mutuo exprimentia. In hac ergo puritate ãgelos imitamur quod tunc facimus si omne qd̃ remordet cõscientiam ꝑ profundã penitentiam ⁊ pia exercitia exhaurimus: ⁊ non minori diligẽtia que exhausta fuerint ne iterum illabantur custodimus. Et hoc efficaciter facim⁹ si oĩa opera nostra sine flagitio. verba sine mendatio. cor sine vicio purissime conseruent̃. Secunda angelorũ ꝓprietas est simplicitas: ꝑ quam quocunq; se conuertũt totaliter se cõuertunt: eo ꝙ natura spũalis tm̃ semel ẽ vertibilis: nisi ex vnione alicuius mutabilis. sicut anime ⁊ corporis: que q̃diu est in corpore potest mutari: separata vero non. Et iõ sicut inuenta fuerit sic manebit. In hac ergo ꝓprietate angelos imitamur: quod tunc veraciter facimus: si omnia interiora ⁊ exteriora sine plica retardante vel retrahente ad deum conuertimus: ita vt non sint in nobis scismata: sed semel ⁊ eque omnia conentur ad deum. quod si fecerimus cito valde ꝓficimus ad profectũ. quia sicut in prouer. dicit̃ Vbi frater adiuuatur a fratre ibi firma ẽ ciuitas. hinc iterũ dicit̃. In trib⁹ beneplacitũ est spiritui meo: que sunt probata corã deo ⁊ hominib⁹: quoꝝ vnũ est concordia fratrũ Item in ꝓuer. Simplicitas iustoꝝ diriget eos. ⁊ iterũ. Ambulans simpliciter saluus erit. Ex hac ergo simplicitate multũ proficimus sicut ex eius opposito per om̃ia retardamur. hinc Eccle. Ve duplici corde. ⁊ iterũ

Iohis Bapte

Ue peccatori ingredienti duabus viis. quia vt ibidem dicit. Unus orans et vnus male dicens cuius vocem exaudit deus? Omnes ergo affectiones interiores et omnes sensus exteriores in vnum coeant et simul omnes ad deum penitus se conuertant. Tertia proprietas angelorum est inconuertibilitas. quia a primo feruore caritatis quo confirmati sunt nunquam cessantes in perpetuum perseuerant: sic et nos in hac proprietate angelos imitemur vt simus inconuertibiles: nunquam ad peccata redeuntes nec affectum remittentes. Ualde enim abominabiles sunt deo qui post perceptam gratiam vel ad peccata redeunt vel deuotionis affectum remittunt. dicit enim. ij. pe. ij. Qui peccatis rursum implicata superantur. facta sunt eis posteriora deteriora prioribus melius enim erat illis non cognouisse viam veritatis et iustitie: quam post cognitionem retrorsum reuerti. contingit enim eis illud prouer. xxvi. Canis reuersus ad vomitum suum et sus lota in volutabro luti. De secundo vero scilicet qui remittunt affectum dicit. Utinam frigidus esses aut calidus: sed quia tepidus es incipiam te euomere ex ore meo. Simus ergo inconuertibiles sicut angeli dei: sed stemus et perseueremus tam in affectibus quam in operum effectibus dicentes cum beato Job. Iusticiam meam quam tenere cepi non deseram donec deficiam: nec recedam ab innocentia mea: quod heu pauci faciunt. quibus in apoc. iterum dicit. Scio opera tua et laborem et patientiam et sustinuisti propter nomen meum. sed habeo contra te quod caritatem tuam primam dereliquisti memor. esto ergo vnde excideris et age penitentiam et prima opera fac. Hanc infidelitatem lugendo conqueritur Bern. di. Non sine causa cum sint in nobis eadem cum patribus conuersionis principia dispar valde profectus inuenitur. Ipsos enim de die in diem profecisse legimus et cursum consummasse: sed nunc apud nos magnus estimatur. si quis vel ipsa conuersionis principia conseruaret: vt non minus humilis. timoratus. solicitus non minus feruens quam in principio videretur. Causa autem huius pessime apostasie hec est. Quia cum per dei misericordiam a peccatis liberamur et remissionem consequimur peccatorum ex hac alleuiatione et exoneratione conscientie quandam letam et iocundam deuotionem concipimus: quam cum introrsum in spiritum conuertere debemus: et ex hoc magis et magis seruire deo (iuxta Grego. Quanto maiora a deo beneficia accipimus: tanto ad seruiendum ei grauius obligamur) tandem letam et iocundam fiduciam non in spiritum sed in exteriorem ineptiam commutamus: quod est iniquitas maxima. A qua cautos nos facit apostolus di. Uos in libertatem vocati estis: tantum ne detis eam in occasionem carnis. de qua perfidia bern. conqueritur dicens. Aliquando genus seruorum suscipitur in mensa filiorum: cum rudis adhuc et incipiens animus in eum assumitur affectum qui pro premio sanctitatis reddi solet meritis perfectorum: in quo prochdolor plurimi fallunt: quia cum pascuntur pane filiorum: qui ex meritis nondum digni sunt esse serui: iam ex hoc se filios arbitrantur et deficientes vnde proficere debuerunt ex visitante gratia euanescunt in conscientiis suis: arbitrantes se esse aliquid cum nihil sint: et de bonis domini non emendantur sed indurantur. pascuntur enim a patre deo de preciosiore substantia gratie sue vt affectent se esse filii. ipsi vero gratia dei abutentes efficiuntur inimici. dicentes illud manue. Si dominus voluisset nos occidere non accepisset sacrificium de manibus nostris. Imitemur ergo in hac proprietate inconuertibilitatis angelos: vt in gratiam dei assumpti nunquam reuertamur sed ad omnem dei gratiam nobis datam trepidemus: timentes ne indigne operemur in ea. ¶ X.

¶ Secundo angeli tria habent exercitia inter se: scilicet dilectionem. pacis exhibitionem et promotionem. Hec tria nobis inuicem exhibeamus: si vitam angelicam habere cupimus. Primo ergo diligamus nos inuicem: quia in dilectione proximi tota lex pendet et prophete. et hoc est quod ait apostolus Ro. xiij. Qui diligit proximum legem implebit. Nam non adulterabis. non occides non furaberis. non falsum testimonium dices. non concupisces rem proximi tui. et si quod aliud est mandatum in hoc verbo instauratur. diliges proximum tuum sicut teipsum. dilectio enim proximi malum non operatur. Ipsa enim est que dilectionem dei probat. Non enim deus se diligi reputat nisi propter eum proximis diligatur. dicit enim Job. iiij. Qui non diligit fratrem suum quem videt. quomodo deum quem non videt potest diligere? Hec autem regula dilectionis proximi in duobus consistit. que non solum mandata sunt

per scripturam sed etiam versa in naturam
Et ne quis de ignorantia se excuset. sciat il-
lud qd scribit Math. vij. Omnia quecūqz
vultis vt faciant vobis hoīes ⁊ vos facite il
lis. hec ē enī lex ⁊ ꝓphete. Item Thobie. iiij.
Quod ab alio odis tibi fieri: vide ne aliqñ
alteri facias illud. hinc Aug⁹. Duo sunt er-
ga dilectionem ꝓximi obseruanda. vnū ne
malum inferas. alterū vt bonū impendas.
vt antiqui homines ⁊ patres quibꝫ diuina
precepta nondū fuerant instituta: regebant
vitam suā: cauentes alijs inferre qd sibi nol
lent inferri: ⁊ exhibētes alijs qd sibi cupent
exhiberi. Et qꝛ amor ꝓximi necessari⁹ est ad
salutem. quicquid in nobis agit̄ totuꝫ fit vt
in amorem ꝓximi inducamur. Hinc Bern.
Solus amor est quē a nobis exigit de⁹. cuꝫ
aūt beneficijs nos obruit: aut flagellis corri
pit vel consilijs instruit vel mādatis astrin-
git ⁊ quicquid diuina lege inducitur vel in-
troducitur: ad solū amorē dei ⁊ proximi in-
ducitur. solue tributū amoris ⁊ noueris do
mino satisfactū. Scdum qd angeli habent
ad inuicem est pax: propter quod ⁊ ange-
li pacis vocantur. sic ⁊ nos pacē ad inuicem
habeamus si angelos cupimus imitari. de
qua pace dicit Aug⁹. Tantū est bonū pacis
vt in rebus terrenis atqꝫ caducis nihil gra-
tius soleat audiri. nihil desiderabilius cōcu
pisci. nihil postremo possit melius inueniri
ꝓpter quod bellū queritur vt pax habeatur.
Hinc Bern. Sicut debem⁹ corpori sanita-
tem. cordi puritatē sic debemus pacē ꝓximo
ꝓpter qd deus resurgens a mortuis quotiēs
discipulis apparuit. pacez eis obtulit dicēs
Pax vobis. Est aūt triplex pax exterior. in-
terior ⁊ supior. Pax aūt exterior non est nisi
temporis tranquillitas quā nullus electoꝝ
vnqꝫ habuit dicente dño Mat. x. Ecce ego
mitto vos sic̄ in medio lu. Sed ⁊ eq̄nimis
susceptio emergentiū in tpe: vt quicquid tri
bulationis ⁊ angustie emergit in tpe equa-
nimiter suscipiat̄: tranquillitate animi nul-
latenus violata. de qua hortatur nos apost.
Ro. xij. Si fieri potest qd ex vobis est cum
omnibꝫ hominibꝫ pacem hñtes. Pax vero
interior est cordis pacati que ex oīm interio
rum tranquilla ꝯcordia in bonum efficitur.

De q̄ dicit ps. Fiat pax in virtute tua. Pax
vero supior est pax eternitatis que est cōcor-
dia fruendi deo ⁊ nos in deo. ¶ Y ¶ Terti-
um exercitiū angelorū consistit in eoꝝ mu-
tua promotione. Angelus em̄ angelū ꝓmo
uet ipm purgando. illuminādo ⁊ ꝓficiēdo.
sic ⁊ nos certatim nos ꝓmoueamus ad oīa
genera boni nos mutuo adiuuātes. qꝛ sicut
ꝓuer. xviij. dicit̄. Frater qui adiuuat̄ a fra-
tre est quasi firma ciuitas. Quartū exerciti
um habent angeli dei sup se ad deū: et hoc
consistit in tribꝫ: scꝫ in contemplatione. lau-
datione ⁊ āmiratione. in quo si eos imitabi
mur erimus ⁊ nos de eorū consortio coram
deo. Primo ergo imitemur eos in contem-
platione: que ex duobꝫ in nobis agit̄ scilicet
ex diligenti nostra prepatione: ⁊ diuine gra
tie opatione. De primo monemur. i. Reg.
vij. Preparate corda vestra dño. qꝛ sicut di
citur ꝓuer. xvi. Hominis est animā prepa
rare. Quō aūt hoc sit faciendū docet Bern.
dicens. Hominis est iugiter preparare cor.
voluntatē expediendo ab affectionibꝫ alie-
nis. rationē ⁊ intellectū a solicitudinibꝫ me
moriam a negociosis ⁊ officiosis. nōnunqꝫ
etiā a uecessarijs occupationibus: vt in die
bona domini ⁊ in hora beneplaciti eius cum
audierit vocem spūs inspirantis ꝯtinuo cō
currant ⁊ cooperant̄ sibi in bonū. in quo cuꝫ
fecerit hō hoc qd dēt ⁊ poterit: accedit gr̄a ⁊
contemplationē incipit opari. Scdo g̊ di-
cendum est de diuine gratie opatione. quaꝫ
Aug⁹. describit dicens. Postqꝫ ad ꝯgruam
preparationē ab homine diligenter instau-
ratam ꝑuentum fuerit. tunc in mētis exces-
sum ss. hoīem rapit ⁊ fit silentiū in celo qua
si dimidia hora: ita vt contemplantis ani-
mus nulla alternantiū cogitationū tumul-
tuatione turbetur: nihil omnīo inueniens
qd vel per desideriū petat vel per fastidium
arguat: vel per odiū accusat: sed infra ꝯtem
plationis tranquillitatem totus colligitur
⁊ intromittitur in quendā affectū multū in
usitatum introrsum. ad nescio quā dulcedi
nem: que si semper sic sentiretur: ꝓfecto ma
gna felicitas esset. nihil sensualitas. nihil a-
git imaginatio: sed omnis inferior vis anīe
ꝓprio interim viduatur officio. purior autē

Johis Bapte

anime pars ⁊ supior vis eius in id intime quietis secretum: ⁊ summe trãquillitatis archanum felici iocunditate introducit. Viuus est em̃ ⁊ efficax sermo dei ⁊ ꝑtingens vsq̃ ad diuisionez anime ⁊ spũs: ⁊ ideo nihil in creaturis hac diuisione mirabilius cernitur: vbi aliquid qđ essentialiter vnũ est atq̃ indiuiduũ in seip̃m scinditur: ⁊ qđ simplex in se ⁊ sine partibꝫ constat: quasi quadã partitione diuiditur: vt qđ corpulentum ⁊ fetulentum est deorsum remanet: ⁊ qđ spirituale ⁊ subtile est vsq̃ ad speculationez diuine glorie sublimatur: ⁊ in eandem imaginem transformatur. pars inferior cõponit ad sũmam pacem ⁊ tranquillitatẽ: pars vero superior sublimatur ad gloriã ⁊ iocunditatem. Scđo post hanc contemplationẽ sequit deuote anime ãmiratio: qđ sic cõtingit. Cum enim anima ab hac contemplatione sibiip̃i remittitur: rediens sic ad seip̃am de p̃gustatis gratijs: saporem quendã in se retinet per quẽ reaccensam memoriã suauitatis p̃misse incipit eructuare volẽs redire in ip̃m: sed nõ preualens recidit iterũ in seip̃am inquirens intimissimis cogitationum medullis quid in contemplatione rapta viderit. quid gustauerit. quid senserit. quod licz nequaq̃ meminisse valeat vt factum fuerat. aliquas tamen scintillulas ⁊ primicias licet alonge cogitat: per quas iterum reaccensa ⁊ qđam modo inebriata in stuporem ⁊ ãmirationez vehementissimam trahitur: cogitans quid deus sit in se ⁊ in nuda veritate quid habeat: quid in hac vita peregrinationis velatus vtpote in speculo ⁊ in enigmate tam supra modum maxima ⁊ q̃ exuperant omnem sensum electis suis ⁊ dilectis tribuit. in quam ãmirationẽ quãto profundiꝰ immersa fuerit tanto deus ampliꝰ exaltatur. iuxta illud ps. Accedet homo ad cor altum ⁊ exaltabit deus. Et quia nulla deuotione exhaurire poterit ãmirationem: conuertit se ad laudationem. Tertium ergo exercitiũ hominũ deuotorũ ad deũ habenduz est ip̃a laudatio: laudantes ip̃m sup̃ omnibꝫ mirabilibꝫ suis intimo cũ affectu: nec simpliciter laudant sed laudando deũ magnificant. Ad quod hortamur Eccle. xliij. Glorificantes deũ q̃ntumcunq̃ potueritis ⁊ sup̃ualebit adhuc. benedicentes dñm exaltate illũ q̃ntum potestis. maior em̃ est omni laude. Quis em̃ magnificabit eũ sicut est ab initio: multa sunt abscondita pauca videmus op̃a eius. Maiorem aũt laudẽ quã deo possumus exhibere describit nobis Gre. dicens. Ille deum s̃m multitudinẽ magnitudinis maxime laudat qui se succumbere in eius laudis expletione ꝯsiderat. Tunc em̃ facundius laudes dei loquimur: cũ ab his obstupescendo obmutescimus: quia ad narranda magnalia dei defectus noster hoc nõ suppetat: q̃ sufficiẽter etiam exarat linguã suã: vt qui comprehendere nõ valet hec ydonee mutus laudet. diuina ergo opera que explere laudando non possumus: facũdius deficiẽdo laudamꝰ ⁊c.

XLIX. Sermo de eodem.

Inter natos mulierum nõ surrexit maior iohanne bapti. Luce. vij. Beatus bern. hoc verbũ exponens ⁊ exponẽdo magnificans dicit. In hoc verbo infertur qđ terra excedit. celũ transit: ip̃mq̃ verticem angelice dignitatis attingit. Nec opponas mihi iohannẽ euangelistam licet inter ceteros magis dilectũ. nec principem apostolorũ petrũ omnibꝫ apostolis antelatum: nec vas electionis ad tercij celi secreta translatum: nec apostolicꝰ splendor occurrere audeat precursori: quia iã oẽs isti adolescentie metas excesserant: cum ei a veritate prolatũ est inter natos mulierũ ⁊c.

Expeditis ergo p̃missis tribꝫ nominibus huius principis gloriosi scz iohannes vox angelus. in quibus sũme p̃sectionis culmen cognoscitur attigisse. nunc ad ꝯclusionem cõmendationis inducit verbũ ꝓpositũ ac si dicatur. Quia in noĩe iohannis p̃ gratiam preuenientẽ. in noĩe vocis p̃ grãm promouentẽ. in noĩe angeli p̃ grãm ꝯsummantem. gloriosus iste princeps est mirifice sublimatus. ergo ex his omnibꝫ tanq̃ ex premissis veritas concludit. q̃ inter natos mulierꝫ ⁊c. In q̃bꝫ verbis duo intelligimꝰ. Primo em̃ ponit exceptionẽ. scđo iohãnis ꝯmendationẽ. primũ ibi. inter natos mulierꝫ. scđum ibi. non surrexit maior. Primũ adhuc diui-

ditur in duo. primo enim excipit mariam. scdo iesum xpm filiū ei⁹. primū ibi. inter natos. scdm ibi mlierū. In eo eī q dicit natos in masculino genere excipit feminā benedictam. sed in eo q dicit mulierū excipit iesuz xpm: qui nō de muliere corrupta suscepto semine sed de virgine ⁊ spūssancti germine est diuinitus generat⁹. Sequit scdm principale scz nō sur. ma. io. ba. in quo verbo nomīe maioritatis non ab hac vel illa virtute: sed omniū virtutū plenissima pfectione sublimiter cōmēdatur. Singuli em̄ sancti in plerisqz locis sacre scripture a singulis virtutibus commendantur. testante gre. qui dicit. Quid deuotius petro. quid carius iohāne. quid sapientius paulo. quid dulcius andrea ⁊c. Hic aūt sanctus a pfectione omnium collaudatur. in alijs em̄ sanctis nobis ꝓponitur quō ad regnū celorū veniam⁹. in isto aūt magno ⁊ gloso principe: in eo q maior alijs dicit: cōmonemur. instruimur ⁊ hortamur q ad hoc nobis laborandum ⁊ efficaciter instandū sit: quō magni sancti qui per vite meritū: ⁊ ī celo p magni premij cumulum fieri valeamus. Quibꝰ autē exercitijs magni sancti fieri possimus: ex hoc noīe magnum nos elicere oportet. Propter qd sciēdum q est triplex magnitudo a qua denominatiue hoīes dicunt magni: scz corpalis moralis ⁊ spūalis. Primo dico aliqd magnum dicit corpaliter: eo q maiori mole corporis est distentū. sic ouum maius est faba. mons maior ouo. hac magnitudine hō maior est altero homine. Ab hac magnitudine nullus sanctus cōmendat. qz frequēter hec magnitudo impedit in hoībus sanctitatem corpus em̄ mole carnis distentū grauedine sua impedit spiritū: ne sua alacritate percurrat sicut desiderat viam dei. ⁊ hoc est qd dicitur Sap. ix. Corpus qd corrumpitur aggrauat animaz ⁊ terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantē. magis aūt corpus preualet si delicate nutritur. qz tunc vt ait bern. Erūt duo ꝯtra vnū scz corp⁹ ⁊ suū nutrimentum contra spūm ⁊ periclitat conscientia. Scda magnitudo dicitur moralis quo more hominū illos dicimus magnos. qui magna potestate. dignitate. nobilitate. diuitijs ditati. honoribus sublimati. obsequijs stipati. sunt p̄ ceteris hoībus exaltati sicut de iob dicit. Erat vir ille magn⁹ inter omnes orientales. ⁊ de dauid. ij. Re. vij. Feci tibi nomen grande: iuxta nomē magnoꝝ qui sunt in terra. item. i. paralip. xxix. Magnificauit dn̄s salomonē. Hec magnitudo nō solū a salute impedit sed saluti cōtraria est vt frequenter: vt patuit in salomne. de q̄ legitur q ex diuitijs ⁊ delicijs deprauatuz ē cor eius. Tertio magnitudo dicit spiritualis que a similitudine predictaꝝ duaꝝ spūaliter intellectarū accipit: vt magnum dicamus qui magnū habet spūm. Itē magnuz dicimus qui magnas habet diuitias spūales. sic iohānes inter natos mulierum. dictus est: nō a maioritate corpis nec a maioribus diuitijs: sed a maiori spū ⁊ virtute.

A ¶ Ad hanc tertiā magnitudinē quā spūalem dicimus ꝓsequendā. sciendū q vt dicit Aug⁹. Corpus dicim⁹ naturā quālibet: longitudine. latitudine vl' altitudine. i. profundo. spaciū loci occupantez: que trina dimensio q̄nto distensior ⁊ diffusior in corpore fuerit: tanto corpus dicit esse maius. Ab hac em̄ corporali dimensione p quā corpus magnū efficitur: accipiam⁹ spūalez magnitudinem: vt hoīem aliquē tm̄ speciem dicamus magnū. qui p̄dictas dimensiones habet in spū spūaliter intellectas. Qui g̃ magnus effici desiderat in spiritu has tres dimensiones habeat: scz longitudinē latitudinem ⁊ altitudiuem spūalem. Sed diceret aliquis. quō tu spiritui has tres dimensiones tribuis cū spiritus nō recipiat q̄ntitatē Ad qd respondet bern. dicens. Oportet animam crescere ⁊ dilatari: vt sit capax dei. naz ⁊ si anīa cū sit spūs minime q̄ntitatez corpoream recipit: tamen ꝯfert ei gratia qd negatum est a natura. Crescit ergo ⁊ extenditur: sed spūaliter. ille g̃ homo veraciter magnus dicitur qui longitudinē longa nimitatis. latitudinem caritatis ⁊ altitudinē. i. ꝓfundū hūilitatis in spū spūaliter possidet corā deo Hec tria ꝓsequētes p ordinē primo dicimu⁹ q hec longitudo ꝯsistit in tribꝰ: scz in matura inchoatione. pseueranti ꝯtinuatione. augmentata deuotiōe. Primo dico longa vi

Iohis bapte

ta consistit in matura inchoatione. vt quis mature incipiat seruire deo. sic enim dicitur Tre. Bonum est viro si portauerit iugum ab adolescentia sua. Item Eccle. xij. Memento creatoris tui in diebus iuuentutis tue etc. Hanc partem longitudinis habuit iohannes de quo etiam cantat ecclesia. Antra deserti teneris sub annis etc. Secundo hec longitudo consistit in perseueranti continuatione. quia quantumcumque mature quis incipiat: si vsque in finem non perseuerat: non longam facit vitam suam. quia vbi desistimus ibi deficit longitudo. hinc veritas Mathei. xxiiij. Qui perseuerauerit vsque in finem hic saluus erit. Tertium hanc longitudinem perficiens est augmentata deuotio: vt de die in diem longitudo nostre vite in deuotione augeatur. quod merito fieri debet: quia vnumquodque bonum opus habet semen boni operis in semetipso: si tamen ipsum bonum opus ita viuaciter et efficaciter facimus vt debemus. Si autem negligenter ipsa opera nostra facimus. habent iterum semen negligentie in seipsis: has negligentias continuantes quousque omnia deficiant opera nostra. vt qui prius negligenter opera fecimus: tandem nihil penitus faciamus. Si autem primum opus viuaciter facimus. secundum plus viuaciter faciamus quia primum habuit semen viuacis operis in sequenti. vt sicut semen generat plantam sic planta generat rursum semen: et si sic successiua vicissitudine continue perseuerant (nam gen. i. dicitur. Unumquodque habet sementem sui generis in seipso) fit semper posterius opus ex semine prioris operis efficacius et virtuosius priore. hinc Bern. Primum aliquid importabile videtur processu temporis si asuescas: non adeo graue videtur: paulopost nec sentias. paulopost etiam delectabit. et subiungit. Sic etiam per contrarium itur in duriciam cordis. Hanc augmentandam deuotionem pulcre prefiguratam legimus Exo. xix. Sonitus buccine paulatim crescebat in maius et prolixius tendebatur. De hac longitudine hortamur Esa. liiij. vbi dicitur. Longos fac funiculos tuos et clauos tuos consolida. Et nota quod hec longitudo extendi debet in eternum. ita videlicet quod actualis longitudo vsque ad finem vite strenue perseueret. voluntaria vero siue affectualis longitudo in eternum se extendat: vt si homo in eternum deberet viuere in eternum vellet ei seruire. ¶ B ¶ Secundum quod hominem spiritualiter facit magnum est latitudo caritatis conuenienter autem per latitudinem caritas designatur propter tria: scilicet propter continentiam mandatorum. sufficientiam debitorum. opulentiam bonorum. Primo dico conuenienter caritas per latitudinem designatur propter continentiam mandatorum. Ipsa enim caritas continet in se omnia que a domino sunt mandata. hinc Apostolus Ro. xiij. Plenitudo legis est caritas: legem continens et prophetas. nam non adulterabis. non occides. non furaberis: et si quod est aliud mandatum in hoc solo verbo instaurabitur diliges proximum tuum sicut teipsum. hinc Augustinus. Si non vacat omnes paginas perscrutari: et omnia volumina sermonum euoluere. omnia scripturarum secreta penetrare. tene caritatem in qua continentur omnia. quia vt nemo excusationem habeat voluit deus consummare et abbreuiare verbum super terram. voluit et illud denudare: vt dum esset breue facile scirent omnes: et dum esset nudum et apertum nemo se posset de ignorantia excusare. hic bern. Quicquid diuina lege inducitur: ad solum amorem dei et proximi inducitur. Secundo conuenienter per latitudinem caritas designatur propter sufficientiam debitorum. Omnia enim que deo tenemur et hominibus per solam caritatem soluimus sufficienter. vnde cum pro peccatis nostris teneamur satisfactionem: promissis solutionem dei beneficiis gratiarum actionem. proximis subuentionem. his omnibus persoluere possumus per solam dei et proximi caritatem. hinc bern. Solus amor est quem a nobis exigit deus. Cum autem beneficiis nos obruit aut flagellis corripit: aut consiliis instruit. vel mandatis astringit: solue tributum amoris et deo noueris satisfactum. Nam pro omnibus que tenemur deo et vnicumque debitores sumus nihil pro redemptione accipiet quam amorem. Sed dicitur aliquis. Quid ergo nobis prodest tanta in nostro victu parcitas. in habitu vilitas. in regula ac disciplina austeritas. Accipe paucis hic caritatis obsequia placentia et placantia. si tamen in caritate fiant. ac vero sine caritate nihil prosunt. Tertio recte per latitudinem caritas accipitur propter opulentiam bonorum: ipsa enim omnia bona in se continet: adeo vt quicquid

sit extra illam rōnem boni perdit. vnde Augusti. Sicut deus est summū bonū simplex ⁊ pfectissimū omnia in se continēs: sic caritas summa virtus est in se continens omne bonum. Nec est eñ virtus in qua nec opus minimū despicitur: ⁊ sine qua nec opus maximū acceptatur: nō predicatio etiā si linguis hominū ⁊ angelorū aliquis loquatur: nec fides etiā si montes transferat: nec martirium etiam si tradatur corpus vt ardeat. Tertiū p quod magni efficimur cōsistit in ꝓfundo humilitatis: vt p hoc adiectiuū ꝓfundū specificetur q̄dam humilitas que a cōmuni et populari humilitate sit penit⁹ aliena. Sed assimileturilli hūilitati q̄ntum possibile est que de alto celoꝝ deum ꝓfundauit: nō solū ad hominē assumendū: sed ad obprobrium ⁊ abiectionē hominū induendum: vt a summo celi vbi decor est omniū angelorū. egressus in tanta se humilitate ꝓfundauit vt diceret. Ego sum vermis ⁊ non homo: obprobrium hominū ⁊ abiectio plebis. Sed antecꝫ ad ꝓfundum hūilitatis veniamus: necesse ē vt aliq̄d ad ei⁹ intelligētiā ꝓloq̄mur. Propter q̄ sciendū q̄ nihil potest dici ꝓfundum nisi ad aliquod altū fuerit comparatum. ⁊ ideo etiam vnū sepe pro altero ponitur. sicut dicit altum mare. ⁊ ps. Accedat homo ad cor altum id est ꝓfundum. Quicquid eñ profundum est ⁊ dicit a profundo habet sursum mensurando aliquā altitudinem. Sic illa hūilitas profunda dicit que in alta vita est fundata. Vnde peccator cui⁹ tota vita est in peccatis ⁊ vicijs profundata ⁊ in imo prostrata: etiē si humilitatē habere videretur: non tamē potest dici ꝓfunda. eo q̄ vita eius posita est in ymo. Oportet enim ꝓfundū habere aliquā comparatiōez ad altum in cuius comparatione humilitatis profunditas cognoscatur. Vnde si vite nostre inserere volumus ꝓfundum humilitatis. oportet nos primū plantare in nobis vitam magnā. ita vt ⁊ magna vita ⁊ hūilitas simul in vita hominis ꝓiungātur. que duo habere monemur Eccleſi. iij. Quanto magnus es humilia te in omnib⁹: ⁊ coram deo inuenies gratiā. de quib⁹ duob⁹ dicit Gregorius. Magnus esse vnusquisq̄ studeat: sed tñ magnum aliquo modo se esse nesciat ne dum sibi magnitudinē arrogāter tribuat. hanc inaniter amittat: sed quelibet assint bona opa. nulla sunt nisi ex humilitate condiantur. In cunctis ergo q̄ agitis radicem boni opis humilitatē videlicet retinete. Vt ergo nostra humilitas sit ꝓfunda tribꝫ gradibus ꝓfundetur: vt videlicꝫ habeat in oratione. locutione ⁊ cordis ꝓfundatione. Et quia sermo in longū ductus est horū trium membrorū executionē in alijs sermonibus predicator poterit inuenire ⁊c.

L. Sermo de sancto petro ⁊ paulo.

Principes populorum congregati sunt cum deo abraaz. psal. xlvi. // Dicit Gregorius. Ad ostendendam innocentiā venit abel. ad insinuandam mundiciā enoch. ad docendā longanimitatem opis venit noe. ad manifestandam obedientiā venit abraam. ad demonstrandum ꝓiugalis vite testimonium venit ysaac. ad declarandā laboris tolerantiam venit iacob. ad reddēdā pro malo retributionis gratiā venit ioseph. ad ostendendam mansuetudinē venit moyses. ad ostendam inter flagella patientiaꝫ venit iob. quorum ideo factum dicimus vt in singulis videremus quid esset in quolibet imitandū vt quācunqꝫ virtutem sibi quis habiliorez cognosceret eidem se pre ceteris applicaret. In his autē gloriosis principib⁹ nec dum illa virtus ꝓponitur imitanda: sed sub noīe principum ad pfectionē vite spūalis ꝓuocamur. In verbis ergo ꝓpositis tria possumus intelligere. Primo enim cōmendātur isti principes a spiritalis vite perfectiōe. secdo a celestis regni assecutione. tertio monemur de nostre spei ⁊ fiducie erectione. primū ibi. principes populorū. scdm ibi. congregati sunt. tertiū ibi. cuꝫ deo abraam. Cū eñ abraam interpret⁹ pr̄ multarū gentiū. speramus q̄ nos ad eundem prēm aliq̄ñ colligi debeam⁹. Dicit aūt bern. q̄ in plerisq̄ locis sacre scripture de spiritualibus per corporalia informamur: ideo quomodo per istos principes prouocari eorum vestigia saltem tenuiter sequi debeamus: vt ad qualēcunqꝫ

Petr et pauli.

pfectiunculaz veniamus: in his que princi/
pibus adiacent: ⁊ que more seculariū prin/
cipatuz ꝯstituunt est videndū. Habent em̄
principes seculares. qui vere principes sunt
sublimem gl'iam. diuitiarū opulentiā. fortē
potentiā. claram prosapiā. hec quattuor con
stituunt principatū secularē que etiā spūali
ter intellecta spūalem ꝯstituūt principatuz
Cupientes g̊ hos gloriosos principes imita
ri. primo gloriā non que mūdi est sed q̄ vere
est gloria acquiram⁹: quā triplicem inueni/
mus in scriptura. Cōsistit em̄ hec beata glo/
ria in dei cognitione. dei imitatione cōscien
tie attestatiōe. ⁊ qui in his gloriari potuerit
non erit insipiens. Sumus em̄ naturaliter
honoris siue glorie cupidi: q̄d cognoscens
apl'us dixit. Qui gloriatur in dño gloriet̄.
ac si dicat. Cum ex naturali cupiditate glo/
rie homines cōpesci nō possunt quin gloriā
desiderent. vniuersi desideremus gloriā: nō
illam que ex hominibꝫ est: sed illā que vera/
citer est ex deo. Prima ergo gl'a consistit in
dei cognitiōe: quē q̄nto verius cognoscim⁹
tanto gloriosiores erimus apud deū. Hinc
Jere. dicit̄. Non gloriet̄ sapiens in sapien/
tia sua. nec fortis in fortitudine sua. nec di/
ues in diuitijs suis. sed in hoc gloriet̄ q̄ glo/
riatur scire ⁊ nosse me. qꝛ ego sum dñs qui
facio miseri cordiaz ⁊ iudicū in terra. hec enī
mihi placent ait dñs. Cur autē dñs in sua
cognitione nos iubeat gloriari: causa datur
Sap̄. xvi. vbi dicit̄. Nosse te ꝯsummata iu
sticia est: ⁊ scire virtutē ⁊ iusticiā tuaz radix
immortalitatis est. Qui em̄ hanc gloriam
habuerit in omni loco in omni tp̄e malū re
fugit. bonū non negligit. virtutes diligit sci
ens oculis domini ꝑm apl'm oīa nuda esse
⁊ aperta. hinc boecius. Magna nobis indi/
cta est necessitas ꝓbitatis: cū ante ocl'os agi
mus cuncta cernētis. Nec bonū negligim⁹
qꝛ si vere deū cognoscimus scimus eū malo
rum punitorē. bonorū remuneratorē. virtu/
tum amatorem: ⁊ ideo circūspecti erim⁹ ni/
hil omnino de contingentibꝫ obmittentes.
Scd̄a gloria consistit in dei imitatiōe vt se
quamur vestigia: nō declinātes ad dextraz
nec sinistram. ad hoc em̄ venit deus in carnē
vt in seip̄o ostenderet ꝑ quā viā possent ho/
mines ad celi gaudia ꝑuenire. ad q̄d horta/
tur nos apl'us Ephe. v. dicens. Estote imi/
tatores dei sicut filij carissimi. item de vtro/
q̄z. xiij. Dñm deū vestrū sequimini. Itez il/
lud. iiij. Re. dicit nobis deus. Sequimini
me ostendam vobis virū quem queritis. vo
cans virū deum ꝑm deitatem. de quo dicit̄
Zach. vi. Ego vir oriens nomē meū. Itez
Jere. iij. Ego vir vester assumaz vos. Sed
diceret aliquis illud Eccle. ij. Quis est ho/
mo vt sequi possit rectorem suū. q̄d nequa/
q̄z fieri potest in equali imitatione: sed in q̄/
licūq̄z assimilatione. // D ¶ Sunt g̊ tria
in quibꝫ ip̄m tenemur ꝓ nostris viribꝫ imi
tari scz in humili conuersatione. dura ⁊ aspe
ra passione totali sui ip̄ius exinanitiōe. De
primo monet nos Math. xi. Discite a me
quia mitis sum ⁊ hūilis corde. Item Luce
xxij. Qui maior est in vobis fiat sicut minor
⁊ qui precessor est sicut ministrator. ⁊ sequit̄
Nam quis maior est: qui recumbit an qui
ministrat. nōne qui recūbit? Ego aūt in me
dio vestrū sum sicut qui ministrat. hinc gre.
In sublimi positi sunt hūiles qui vnd̄ se in
omnibus despiciūt inde contra omnia secu
riores fiunt. Hanc humilē conuersationez
describit nobis Bern. dicēs. Cōuersare sim
pliciter inter fratres deuotus deo. subditus
maijstro. senioribꝫ obediens. minoribꝫ con/
temꝑans. angelis placens. verbo vtilis. cor/
de humilis. mansuetus ad om̄es. Secūdo
imitemur deum dura ⁊ aspera passiōe. Ad
hoc enim venit vt merendi materiam nobis
ostenderet in seip̄o. Sic enim dicit Petrus
Christus passus est pro nobis vobis relin/
quens exemplum ⁊c̄. Propter q̄d dixit apo
stolis ⁊ nobis in illis Luce. xxij. Ego di/
spono vobis sicut mihi disposuit pater me⁹
regnū. ac si dicat. Sicut ego in mundum ve
niens nō nisi ꝑ tribulatiōes redeo. sic ⁊ vo/
bis disposui vt nō nisi ꝑ tribulatiōes sequa
mini me ad regnum. quia sicut in actibus
ix. dicitur. Per multas tribulationes opor
tet nos introire in regnum dei. Nam vt
ait Apostolus. Omnes qui volunt pie vi/
uere necesse est vt persecutionē patiātur. vñ
Aug⁹. Nequaq̄z ad regnum celorū se ꝑtine
re iudicet: qui hic in area triture non tundit̄

tribulatiõe. nec membra xpi se iudicent. qui caput suum spinis coronatũ in passionibus non sequũtur. Tertio imitemur xpm dominum totali nostra exinanitione: vt sicut seipm pro nobis exinanuit formam serui accipiens. sic et nos ei in hoc vicissitudinem rependamus. qõ tunc veraciter agimus si in omnibo que facimus et patimur: non nobis nec pro nobis aliquid sed ppter eum qui oia ppter nos fecit: et nos similiter faciamus. Quod facere monemur in ps. vbi dicitur. Exinanite exinanite vsq; ad fundamentum in ea. ac si dicat. Exinanite in actionibo et exinanite in passionibo vsq; ad fundamentum intimarũ affectionũ: vt non ppter nos sed ppter deum omnia faciatis. Hinc iterum ps. Factus sum tanq; vas perditum obliuioni datus sum tanq; mortuus a corde. qõ tunc totum veraciter contingit quando in omnibus que agimus et patimur nos ipos penitus ignoramus. hinc ps. Non nobis domine non nobis: sed nomini tuo da gloriam. Hinc ap9. i. Coran. x. Sive manducatis sive bibitis vel aliud quid facitis: oia in gloriam dei facite. hec est vera gloria de qua merito possumus gloriari si tamẽ in dño gloriemur. quãdo omnia facimus ppter que dominus venit in mundũ: et quantũ in nobis est facimus omnia ea que dñs dispensando fecit et pulit in hoc mundo. De hac glia dicitur Eccle. xxiij. Gloria magna ẽ sequi dominũ. Tertia gloria spiritualibus principibus necessaria est testimoniũ bone conscientie. vt scientia crebri9 requisita nihil sibi cõscia sit dicens cũ apostolo. nihil mihi cõscius sum: qõ non sit pfessione mundatũ satisfactione emendatũ. de hac gloria dicit apostolus. Gloria nostra est testimoniũ conscientie. Secõm secularibo principibo necessarium consistit in diuitiarũ opulentia qua si caruerint multũ eorũ dignitatibus erogat. sic spiritales principes indigẽt necessario diuitijs meritorum. De his requirit prima dominica post pentecx. Primo quidaz erat. ce.

Tertia dignitas secularis principat9 consistit in forti potentia. quam si spiritual' princeps consequi desiderat in triplici sedẽt potentia exercere. Primo vt potentiã habeat super seipm. secõ super omnẽ creaturam terno vt potentiam habeat apud deũ. Primo dico volens potens fieri omni deuotiõe studeat vt potenter sibiipi nouerit dominari omne malũ interius et exterius a se potenter repellens et ad omne bonũ suis viribus possibile viriliter se impellens. qõ si quid ir repserit potenter in se puniat. vel deũ punientem humilis sustineat. quod totũ in nostra positũ est potestate. De prima potentia dicit Gen. Sub te est appetitus tuus et tu dominaberis illius. quod exponens bern. dicit. In nobis est si vinci volumus: et nemo nostrum in hoc certamine deijcietur inuit9. Potest enim inimicus excitare temptationis motum: sed in nobis est si voluerimus dare ꝓsensuz. Hinc puer. xvi. dicit. Melioz est patiens viro forti et qui dñatur animo suo expugnatore vbium. Quod exponens Bern. dicit. Minor est victoria vrbes expugnare: quia extra sunt que vincuntur. maior autem est qõ per patientiã vincitur. qz ipse a semetipo animus supatur: et semetipm sibimetipi subijcit. De nostro etiam sensu sic exponim9. quia expugnatore vbium hostem expugnat aduersario alieno. vincẽs aũt semetipm et ꝓpijs viribo illud facit. De hac potentia monet nos Bern. dicẽs. Habeat homo sensus suos exteriores nõ duces sed seruientes. interiores vero sobrios et efficaces. habeat omnino domũ et familiam cogitationum suarũ sic ordinatam: vt dicat huic veni et veniat: et alteri vade et vadat. seruo suo fac hoc et absq; ꝓtradictione facit. Secõa potentia est de omnibo rebus huius mundi. super que tunc potentes erimus cũ omnibo eis eo modo vtimur quo dñs has creauit. Propter qõ sciendũ qz deus alia creauit ad nostrũ exercitiũ. alia ad nrm obsequiũ. alia vero ad meliorũ iudiciũ. Prima dicunt mala. secõa bona. tertia mala et bona. finaliter qz esse bene vtimur siue male. Primum dico deus creauit quedam ad nostrũ exercitium q̃ dicim9 esse mala. qz ad vindictã et correctiõem pctõz sunt creata. de qbo dr ecclesiastici. Spũs q̃ ad vindictam creati sunt: et in furore suo confirmauerat tormenta sua. sez ignis grando. fames et mors bestiarũ. dentes scor-

Pet' et pāli aplor.

pij serpentes ⁊ romphea vindicans in extremum impios. Super que tanto potētiores erimus. quāto eadē a deo nobis inflicta patientius toleramus. hinc Aug⁹. Electi potēter aduersa tolerant: scientes ꝙ per illud qd̄ momentaneum est ⁊ leue tribulationis. supra modum gratiam ⁊ gloriam mereantur Scd̄o deus creauit quedā ad nostrum obsequium que dicimus esse bona. per q̄ nobis vite necessaria ministrantur. de quibus dicitur Eccle. xxxix. Bona bonis creata sūt ab initio. Que autē sint illa subiungit dicens. Initium necessarie rei vite hominuz. aqua ignis. ferrum. sal ⁊ lac. panis ⁊ mel. botrus vue. oleum ⁊ vestimenta. hec omnia sanctis in bona. Quibus tunc potenter vtimur qn̄ nobis ex eis solum de necessarijs ꝓuidem⁹. ¶ Tertio sunt quedā que bona ⁊ mala dicimus. scd̄m ꝙ bene vel male eis vtimur. sicut sunt omnia pulcra. omnia dulcia ⁊ iocūda. sensus nostros demulcentia que de⁹ creauit ad iudicium meliorum que tunc mala dicimus: si hos diuinitus cupimus ⁊ eligimus plus q̄ deum. Nam de his dicit ap⁹. Ro. i. Cōmutauerunt veritatem dei in mēdacium ⁊ coluerunt ⁊ seruierūt creature potius q̄ creatori qui est benedictus in secula. De quibus Aug⁹ dicit. Maledicti sunt domine qui nutus tuos diligunt plus q̄ te. Que tunc bona dicimus quando ex eis cōmoniti illa relinquimus: ⁊ illa que in deo sunt eligimus plus q̄ illa. Clamant em̄ nobis omnia. Ipse fecit nos ⁊ nō ip̄i nos. nec dubium qui meliora sibi seruauerit q̄ sint illa. hinc Bernardus. Integer amator dei quocunq̄ se conuertit familiarem habet ammonitionē amoris. rebus ip̄is pro speculo vtitur ⁊ in omni eo quod cernit sui amatoris resultat memoria. aspicit cuncta que cōdidit ⁊ quo condiderit fine: ⁊ in his nō tam āmirabilis q̄ amabilis occurrit atq̄ ex arra dilectionis quā precontulit sapienter estimat. quanta seruauit in dotem. Et sic in trāsitorijs istis minimis contemplatur sapienter eterna. sciens ꝙ si in hac terra dissimilitudinis inueniūtur tam pulcra in patria eodem inueniunt̄ infinita meliora. Tertia potentia habebitur apud deū quam in duabꝫ primis merebimur. per quā in omnibꝫ que ad salutem nostram pertinent: sup deuz audeo dicere habebimus potestatem. An non potens erat apud deū abraam ad cuius preces nil facere poterāt in zodomis angeli dei quousq̄ loth patruus eius exijt. Si enim ex persona dei dixit angelus Gen̄. ix. Festina ⁊ saluare in segor. quia non potero facere quicq̄ donec egrediaris illuc. An non potens erat moyses cui dixit dominus Exodi xxxij. Dimitte me vt irascatur furor me⁹ contra eos ⁊ deleam eos faciamq̄ te in gentem magnam. quod exponens Gregorius dicit Quid est dicere seruo dimitte me nisi deprecandi ausum prebere. ac si aperte ei diceret. Pensa quantū apud me valeas ⁊ cognosce quia obtinere poteris quicquid pro populo exoras. An non hieremias potens erat sup dominuz: cui dominus dixit. Tu noli orare pro populo hoc: nec assumes pro eis laudez ⁊ orationem ⁊ non obsistas mihi. Hanc autem potestatem deus a dilectis suis libenter sustinet: vt in eis ⁊ ex eis occasionem sumat miserendi. quod euidēter innuitur Ezech. xxij. vbi dicitur. Quesiui in eis viruz qui interponeret se sepem ⁊ staret oppositus cōtra me pro terra ne dissiparem eam ⁊ non inueni. ⁊ ibidem improperando dicit. Non ascēdistis ex aduerso nec opposuistis vos pro domo israel. de hac triplici potestate dicit ap⁹. Philipp: iiij Omnia possum in eo qui me confortat. ¶ Quarto principes seculares tantam habent pro sapientia ⁊ sunt preceteris nobilitate generis sublimati. Per quod informamur vt si spirituales prīcipes fieri cupimus. oportet nos nobilibus exercitijs ab infimis ⁊ vulgaribus exercitijs elongari. Sunt autez tria exercitia propter que nobiles valde efficimur apud deum. Oportet em̄ vt simus a terrenis actibꝫ elōgati. virtutibꝫ adornati. in deū feliciter transmutati Primo dico qui vitā suā nobilitare desiderant oportet vt a terrenis actibꝫ penitus sint elongati. nec habentes cū vulgaribꝫ ⁊ popularibus cōmune: sed ad modū angeloꝝ conciuium suoꝝ faciem dei licet adhuc alonge intellectu ⁊ affectu quanto crebrius poterit speculetur. Cum enim hic sit exilium ⁊ ill ic

patria: merito cogitatione ⁊ auiditate in il/
la eterna patria ꝯuersamur. qđ facere mone
mur Esa. li. Eleuare eleuare cõsurge hieru/
salez. Et notabiliter bis dicit eleuare. ꝓpter
affectum ⁊ operis effectum: vt non solum ꝑ
intellectum ⁊ affectũ: sed etiaz per operis ef/
fectum semꝑ ibi conuersari amem⁹ vbi ma
nere in perpetuuz nos speramus. Per ope/
ris autẽ effectum dixi: vt quicquid cogente
necessitate de terrena viscositate facere opor
teat. eadem tamẽ per intentionẽ sursum ad
dominũ dirigamus: ita vt nunq̃ꝫ propter se
sed ꝓpter deum eadem faciamus. Et hoc est
quod ait Apostolus Col. iij. Que sursum
sunt querite scilicet per operis effectum. que
sursum sunt sapite per deuotionis affectum
Hinc Bern. Serius animus semꝑ pre ocu
lis habeat: nõ id quod agit: sed quod agẽdo
intendit. ⁊ subiungit. A deo ⁊ ad deum con/
ditus est animus rationalis: vt ad ip̃m sit
conuersio eius vt sit ip̃e bonum eius. ⁊ ideo
q̃ꝫ propius potest accedat ad eum similitu/
dine a quo sola disceditur dissimilitudine.
Hoc enim solum est id magnũ bonum qđ
magnus animus debet desiderare. ãmirari
⁊ ad illud festinare. ita vt licet in terris re/
gat corpus sibi commissum: meliori ta/
men parte sui hoc est memoria ⁊ intelligen/
tia ⁊ amore ibi semper conuersari amet. vñ
quicquid habet se nouerit accepisse: ⁊ ibi in
perpetuum se mansurum: ⁊ cuz plena dei vi
sione. plenam se similitudinem adepturuz
sperat. ¶ Scđm vitam nostram supra mo
dum nobilitans sunt virtutes. De quibus
quanto plures acquirimus tãto erimus a/
pud deum nobiliores. maxime autez virtu
tes theoloyce. deinde morales multum nos
nobilitant. hinc Iero. Sũma est apud deũ
nobilitas clarum esse virtutibus. vñ Sapi
ens. Nobilis est ille quem nobilitat sua vir
tus. Singulariter autem pre ceteris sunt q̃
dam virtutes ⁊ exercitia que non solum ad
principatum nobilitant sed anĩas nr̃as re/
ginas efficiunt: ⁊ tanq̃ꝫ sponsas copulãt re/
gi deo. quas beatus bernardus enumerat sic
dicens. Da mihi animã nihil amantez nisi
deum ⁊ quod ꝓpter deum amandum est.
cui viuere christus non tm̃ sit sed diu fuerat
cui studij ⁊ ocij sit prouidere deum in cõspe/
ctu suo semper: cui solicite ambulare cuz do/
mino deo suo non dico magna. sed vna vo/
luntas sit ⁊ facultas non desit. da inq̃ꝫ talẽ
mihi animã ⁊ ego assigno huic vocem pari
ter ⁊ nomen sponse. He sunt virtutes ⁊ exer
citia que precipue nos nobilitant apud deũ
Tertium super omnem modũ maxime nos
nobilitans est illud cum per diuinam pre/
sentiam in dominum transformamur. Qđ
tunc feliciter contingit. cum deus iam dictis
virtutib⁹ illectus ruit in amplexus: nõ va/
lens se vlterius continere. tunc deus tanq̃ꝫ
fortior trahit post se animas in diuinum af
fectum eos penitus trãsmutans. iuxta illud
Apostoli. i. Corin. vi. Qui adheret deo vn⁹
cum eo spiritus efficitur. Item Iob. xxxiiij
Si direxerit homo cor suum ad deum spiri
tum illius ⁊ flatum ad se trahet: deficiet oĩs
caro simul: id est carnalitas ⁊ homo in cine/
rem reuertetur. quod est dicere. Postq̃ꝫ deus
ex sui presentia spiritum hominis ad se tra/
hit: omnis carnalitas deficit ⁊ homo. i. hũa/
ni affectus in nihilum rediguntur. diuinuz
affectum feliciter induentes. quod apertius
Bern. declarat dicens. Cum voluntas eo ꝓ
ficit vt fiat amor: continuo per viaz amoris
infundit se spiritussanctus spũs vite: om̃ia
viuificans: ⁊ continuo voluntas fit amor.
memoria vero efficitur sapiẽtia: cum suaui/
ter sapiunt ei bona domini. intellectus vero
cogitantis efficitur contemplatio amantis.
formans illud in quasdam spirituales vel
diuine suauitatis experientias: ⁊ tũc de deo
bene cogitatur scđm moduz humanũ: sicq̃ꝫ
contigit ꝙ potentie anime rationalis q̃ pri/
us dicte sunt voluntas cogitatio ⁊ memoria
feliciter in deum transmutare dicant amor
diuinus. contẽplatio. sapientia deo sponso
misericorditer hoc agẽte q̃ viuit ⁊ regnat ⁊c.

¶ LI. Sermo de eodem.

DI fortes terre ve
hementer eleuati sunt. Dicit Crisost.
In omni laude sanctoꝝ nihil glosi⁹ de san/
ctis dici poterit. q̃ꝫ vt dij a deo suo noĩent.
neq̃ꝫ eĩ hoc nomẽ eis ꝟaciter ĩponi possem i
si ꝑ imitatõem sctãm vitã dei hoĩs induissẽt

¶ H ¶ Expedita ergo prima parte thematis dudum propositi scilicet de principū dignitate. Nunc restat dicendum de secunda parte scilicet de eorum sublimitate. Ut g̃ predicator qui ꝑm Apostolum sapientibus ⁊ insipientibꝰ debitor esse debet. magnis spiritibus habeat aliquid ꝓponere qd̄ ad ꝓfectum eos excitet ampliorē. ideo verbum ꝓpositum est inductū: in quo quattuor per ordinem ꝓponuntur. Primo enim gloriosi isti apostoli magnifice cōmendātur. scd̄o a dijs gentium separantur. tertio a deo specificātur quarto vehementer exaltantur. Primū ibi Dij. in quo supra modū cōmendantur. qui enim nō homines sed dij vocantur. videntur humanū statum hominū: q̄ntumcunq̄ sanctum sublimiter excessisse. Scd̄m ibi. fortes in quo a dijs gentium discernūtur qui non dij sed demonia (iuxta psal. dicentem. quoniam omnes dij gentium demonia) verius nuncupātur. Illi enim dij nō fortes sed debiles sunt valde ⁊ infirmi: qui nulla fortitudine sed sola dolositate homines decipiunt ad peccandū. Unde nō viribus vtuntur sed fraudibus. hinc Bern. Potest inimicus excitare temptatiōis motū: sed in nobis est si vinci volumus ⁊ nemo nostrū in hoc certamine deijcietur inuitus. Unde in passionibus sanctoꝝ sepe legit̄ q̄ potenter ꝑ eos demones sunt consternati ⁊ quaꝫ sepe mutire in eorū presentia nō audebant. Tertium ibi terre. in q̄ isti dij scꝫ apostoli a deo vere specificantur. In eo enim qd̄ dicūtur dij terre a deo celi qui solus naturaliter est deꝰ distinguuntur. vnde Johan. iij. Qui de terra ē de terra loquitur: sed qui de celo venit super omnes est. hinc Gre. exponens verbū apostoli dicentis. Qui est sup̄ om̄ia deus benedictus in secula dicit. Sciendū ꝙ sancti homines dij sunt vocati sicut dixit deus moysi Ponam te in deū pharaoni. Sed aliud est nuncupatiue ⁊ aliud dici naturaliter deum Qui ergo dicit̄ deus nuncupatiue deus dicitur supra om̄ia. qui vero intra virginis vterum deus est incarnatꝰ sup̄ om̄es est. Unde vult dicere ꝙ apostolus dicēdo qui est sup̄ omnia deꝰ benedictus. sup̄ om̄ia dixit ad differentiā sanctoꝝ deoꝝ qui nō sunt sup̄ om̄ia sed inter omnia participatiue dij nuncupātur. Quartū ibi. vehemēter eleuati sūt. qui per passionē suā hodie transeūtes in celum: tanto sunt in celo gloriosiores: quāto in terris fuerūt pre ceteris sanctiores. Hec breuiter de istis gloriosis dijs dicta sufficiant. nā mirabilia ⁊ miracula que deꝰ in eis ⁊ cū eis mundo exhibuit sufficienter ꝓbant ꝙ ex merito sanctitatis eoꝝ sacra scriptura iuste nominat eos deos. sic enim ex ꝑsona dei de eis dicitur in p̄s. Ego dixi dij estis. vnde cū naturalis deꝰ scꝫ xp̄s se dixisse deū: iudei volebant eū tanq̄ de blasphemia lapidasse. quibus ip̄e dixit Joh. x. Nonne in lege scriptū est. Ego dixi dij estis? Si illos dixit deos ad quos ꝑmo dei factus est: ⁊ nō potest solui scriptura quē pater sanctificauit et misit in mundū: ⁊ vos dicitis: qꝛ blasphemas: qꝛ dixi filius dei sum? Unde Jero. sup̄ illo verbo mathei. xvi. Quē dicunt homīes esse filium homīs: dicit. Cum interrogasset iesus discipulos quid homines humana solū sentientes de se sentirēt: ⁊ respondissent. Alij ieremiam ⁊c̄. Respondit iesus. vos autez qui non estis homines tales de quibꝰ dicit apl̄s Cum sit inter vos zelus ⁊ ꝯtentio. nōne homines estis: nōne carnales estis? sed q̄ estis dij qui de diuinitate mea intelligitis. quem me esse dicitis? Nunc videamus quibus exercitijs saltem fimbriam sublimium istorū deorum tenuiter contingamus. vt ex hoc de huius nomine sanctitate aliquid ꝯseq̄mur. Propter quod sciendum ꝙ duo de hac materia sunt dicenda. Primo de huius nominis ⁊ vite causalitate. scd̄o de modo ꝑueniēdi qualitate. hoc enim sancti pro maxima veneratione accipiunt vt eos imitemur. ¶ I. ¶ Primo ergo videndem est de huius nominis ⁊ vite causalitate: id est propter quam causam possumus dij nuncupari. Est autē hec causa ⁊ nō alia scilicet vnio nostri ad deum. Cum anima nostra deo nō solum coniuncta: sed quod maius est vnita fuerit. tūc fortis vincit minus fortem: id est deus animam: ⁊ trahit eā in sue vite ⁊ nominis sanctitatem. Unde sicut ipse deus est naturaliter. sic talis hō vnitꝰ sibi nuncupatiue: sic etiā dicat̄ deus. Licet em̄ inter deū ⁊ aniam

maxima sit distantia: cum ſm Bern. deus non possit esse dignior: et anima peccatrix nō possit esse indignior. Hec tñ vnio est ei possibilis: que possibilitas si in actum transeat: nullum ex hoc sequitur impossibile. Ad hoc enim ania creata est vt exiens a deo per gratiam creationis ad deū redeat per gratiam vnionis qō figura natura et scriptura poterit edoceri. figura p columbam noe quam sicut Geñ. viij. dicit. Hoe emisit non vt rediret sed vt videret si cessassent aque diluuij super faciē terre. que cuz non inuenisset vbi requiesceret pes eius reuersa est ad eū in arcam. Sic omnes anie christianoz que per gratiam creationis a deo mittūtur in hunc mundū. ad hoc vtiqz mittunt vt in arcaz celestis regni ad eum redeant qui misit illas. sed heu multe tanqz coruus cadaueri mundane dilectionis insident. Scōo ostenditur per naturā. qz Bern. sic declarat di. Rectus et magnus dñs rectum et magnū fecit hominem: vt per rectitudinem deū appeteret oēs affectiones ad ipm erigendo: et p magnitudinē appetit? capet eum: quem celi et terra capere non poterant ambigendo. Cñ q? deus rectus est: de quo dicit in spal. Rect? dominus et non est iniquitas in eo: et similiter quia magnus est. de quo iterum in p̄s. Magnus dñs et laudabilis nimis. ideo oportet aiam̄ que ad imaginē eius creata est rectā et magnam esse. sed rectitudinē in lapsu primoz parentū perdidimus: magnitudiez anime retinemus: quā rectitudinem postqz per bona exercitia reparauimus: et hoc deo similes facti dij vocamur. Tertio hocidem p batur lucide per scripturaz: videlicet quod ad hoc vt ad deū redeant sunt create. Juxta illud Job. xiij. Sciens quia a deo exiuit et ad deuz vadit: dicit enim Bern. A deo et ad deum conditus est anim? rationalis: vt ad ipm sit conuersio eius vt sit ipe bonum eius Hic autē ab illo bonus ad imaginē quippe et similitudinem eius conditus est: vt qdiu hic viuitur qz ppius potest accedat ad deuz similitudine: a quo sola discreditur dissimilitudine. vnde sit hic sanctus sicut ille sanct? est in futuro beatus sicut ille beatus est. deniqz hoc solū magnum bonum magnus et bonus animus suscipit: et miratur et affectat quod sup illū est: et adhrere festinat ei similitudine sua deuota imago. Ipse eñ anim? rationalis ad imaginē dei est: et p hoc intelligit se posse et debere adhrere ei cui? imago ē Ideo et si in terris regit corpus sibi cōmissū meliori tamē parte sui: hoc est memoria. intelligentia et amore ibi sp conuersari amat. Unde quicquid amat se nouit accepisse: et vbi in perpetuum se mansurū: et cum plena dei visione plenā similitudinē adepturū nouit. Illuc ergo specret. vnde pendet plus cū hominib commorans vt viuificat eos vita dei ad q̄renda et capienda diuina: qz vt animet vita ista mortali et hūana. Sicut enim corpus naturali statu suo erigit in celuz: eo p natura et dignitate oīa corpa superemi net. sic spūalis natura ad ea que in spūalibo hoc est ad deū et diuina eriget semper amat semetipam nō supbe sapiendo sed pie amādo. Hec ergo beata vnio causa est p quā homines a statu humanitatis. i. carnalitatis transeūt in diuinū. ℟ ¶ Scōo dicēdū est de modi perueniendi qualitate. hoc est qualiter ad hunc statū diuinū veniamus. et sūt tria per que hanc gratiā p̄sequemur scz per assimilationē. dilectionē et perfectionez. In his enim tribus perficitur vita hominis et a statu nostro recedentes: id est a vita hūana in diuinū statum feliciter commutamur vt dij nominemur et simus. Cupientes ergo hanc beatam denominationē vt dij nominemur consequi: primo assimilemur deo. sunt autē tria in quibo sibi homines mutuo assimilantur: scz in faciei dispositione. in simili operatione et in mozū exhibitione: vt quicūqz homines aliquid istorū sil habeāt dicātur sibi similes: et sic sibi mutuo assimilari. Primo ergo aliqui sunt similes ad inuicem faciei dispositione. p quem modū cōmuniter dicimus. qz similes isti sibi sunt in facie. p hanc faciem voluntatē accipimus. nec inconuenienter. sicut eñ homo exterior per faciez cognoscitur: sic interior p voluntatē. Hinc Gre. Sicut per exteriorem faciez hominib sic p interiorem voluntatē deo noti sumus. Hec ergo voluntas nostra que de su i natura nec bona nec mala dicit. tanto erit melior

pet̃ et pauli aplor̃.

quanto diuine voluntati conformior. q̃ cuz
per ꝯformitatem ceperit esse bona habemus
in ea omne qd̃ ad salutẽ nos poterit promo
uere. sic em̃ dicit Bern. Bona voluntas est
origo omniũ bonorũ ⁊ omniũ mater virtu/
tum: quã qui habet secũ: habet quicquid ei
ad bene viuendum opus est. qꝛ vt ait Gre.
Ante dei oculos nunq̃z est vacua manus a
munere: si arca cordis repleta fuerit bona vo
luntate. opatur enim bona si est: si vero ope
rari renuit volũtas non est. Bona ergo est
nostra voluntas cũ ex consilio ⁊ ꝓposito ad
dñm se conuertit. Melior est autẽ cum con
silium ⁊ ꝓpositum conuertit in opus: vt nõ
solum iam velit sed volũtas per opera iã ꝓ/
batur. Optima aũt tunc est voluntas cum
opere ⁊ veritate affectu ⁊ effectu diuine vo/
luntati in omnibꝫ ⁊ per omnia se cõformat.
hinc Bern. Scio omnẽ craturã ab homine
velit nolit subiectã esse oportere creatori sed
a creatura rationali voluntas exigitur: que
tunc perfecta iudicabit̃: cũ omne qd̃ pro cer
to scimus deũ velle: id nos omnino velim⁹
⁊ qd̃ certum est deũ nolle: id nos per omnia
execremur. Qd̃ autẽ incertũ est vtrum velit
aut nolit: nec nos velimus ex toto nec peni/
tus non velimus: talis voluntas nõ requie/
scit. donec perducat hominẽ ad perfectuz: qꝛ
cum poterit opatur: cũ vero nõ poterit sperã
dum est vt eius desideriũ stet ꝓ facto. ꝑm il
lud apli. ij. Corin. Si voluntas prompta ẽ
ꝑm id qd̃ habet accepta est deo. Scdo hoĩes
sibi mutuo assimilant̃ in simili operatione.
sic si deo assimilari cupimus operemur sicut
ipe tam in opere q̃z in affectu. In opere vt que
ipe operatus est hoc est ꝓpter nos: ⁊ nos ope
remur ꝓpter eum. Ad qd̃ hortatur nos Iu/
dith Quod me videtis facere omnes facite
Item ex eo. Inspice ⁊ fac ꝑm exemplar qd̃
tibi monstratũ est in monte. Ideo enim ho
mo factus est vt in seipo viuendi regulã no
bis daret. Sic em̃ dicit Gre. Incarnatus
dñs in semetipo omne qd̃ prius precepit ⁊
inspirauit ostendit: vt qd̃ precepto monuit
exemplo suaderet. hinc Bern. Proderit mi
hi domini passio si mea seq̃tur imitatõ. alio
quin requiret̃ a me sanguis ille qui effusus
est super terram. Nec immunis ero ab illo
tam singulari scelere iudeoꝝ. quod videlicz
tante caritati ingrat⁹ fuerim. ꝙ spiritui gra
tie contumeliam fecerim: ꝙ conculcauerim
filiũ dei. Ex quo patet ꝙ nec passio ꝓderit
sine imitatiõe: nec imitatio sufficit sine pas/
sione: multi em̃ antiquoꝝ patrũ secuti sunt
dñm quoꝝ vn⁹ scz Job dixit. Vestigia eius
secutus est pes meus ⁊c̃ non tamen añ pas/
sionem introire poterat in regnũ dei. Terti
um quo homines sibi assimilant̃ cõsistit in
morum exhibitione: vt qui similes sunt in
moribus ipi sibi mutuo assimilantur ꝑ hos
mores virtutes accipim⁹ per quas deo tau/
to amplius assimilabimur: quanto plures
inserimus vite nostre. vnde de hac assimila
tione virtutum ex persona dei informat nos
Bern. dicens. In vita mea cognoscere po/
teris vitã tuã: vt sicut ego paupertatis obe/
dientie. humilitatis patientie ⁊ caritatis in
declinabiles semitas tenui. sic ⁊ tu eisdez ve
stigijs incedas: non declinans ad dextram
nec ad sinistram. inter has virtutes tamen
maxime caritas nos assimilat deo. De his
tribus similitudinibꝫ dicit Aug⁹. Appareat
similitudo in moribus ꝓ natura. in operibꝫ
pro iusticia. in virtutibꝫ pro gratia: vt mori
bus pro natura ꝓponetur. iusticia operibus
probetur. gratia virtutibꝫ compleatur: ⁊ sic
semper domino presentetur. hinc raguel de
thobia. Q̃ similis est iuuenis iste ꝯsobrino
meo. Quanto ergo in hac assimilatiõe am/
plius proficimus ex continuis exercitijs ꝓ/
moti: tanto vicinius ad deum accedimus: ⁊
tanto verius dij vocamur quousq̃z tandem
iteruz beatius vnimur deo. ¶ L ¶ Scdm
ergo quod ad huius denominationis grati
am nos promouet est ⁊ dicit̃ dilectio ꝑ quã
vniti deo induimus nomen eius. Hec aũt
vnio licet ex omnibꝫ exercitijs prius dictis
promoueatur. maxime tamen perficitur ex
amore. quod taliter est videndum. Omne
imperfectum contendit ⁊ festinat vt suo per
fectibili se coniũgat ⁊ in eo perficiatur: sicut
ignis qui cum super terram imperfectũ esse
habeat tendit sursum ad celum empireum
⁊ omnis aqua festinat ad mare: vt cum in
se sint imperfectibilia in suo toto esse perfe/
ctius cõsequantur. Bern. Certũ est ad suaz

.C.

Sermo

originez vniuersa q̃ntum in se est tendere ⁊ in eam semper esse ꝑtez decliuiora. Sic est per omnia de amore: qui cũ in cordibus nostris imꝑfectum esse habeat: ⁊ in corde dei ꝑ omnia sit perfectus. testante Esa. qui dicit. Viuit dominus cuius igniculus est in syon id est in anima fideli ⁊ caminus in hierusalem. hinc est ꝙ contendit continue ad deuz vt amori eius totaliter immergat: ⁊ ꝑ consequens perfectũ esse consequatur. omnes affectiones anime violẽtissime post se trahens Nam vbi amor ibi oculus. vbi amor ibi cor ⁊ omnes vires anime amorẽ suũ sequũtur. hinc diosi. dicit ꝙ violentia amoris amantem transponit in amatum: qꝛ vbi amor ibi omnis tenor interioris homĩs se recipit colligit ⁊ se transfert: ⁊ sic deo feliciter vnimur Ex quo fit vt omnia nostra dei sint: ⁊ q̃ sunt dei nostra. sicqꝫ fit vt sancti hoĩes deo vniti ex bonis eius ditentur ⁊ opera eorũ: ex eo ꝙ dei nobiscum sunt per omnia nobilitentur. vt dicat nobis deus illud Luce. xv. Omnia mea tua sunt. de hac mira dei gratia dicitur Johan. xvij. Pater sanctificaui eos in veritate. vt sicut tu pr̃ in me ⁊ ego in te. ita sint ⁊ ip̃i vnũ in nobis. hinc. i. Corin. vij. Qui adheret deo vnus spiritꝰ est cũ eo. Tertiũ per quod venitur ad hanc beatam denominationem vt dij nominemur: consistit in vite ꝑfectione: non illa que est in conatu perficiendi. de qua in priori sermone dictũ est: sed illa que est terminus ꝑueniendi: quaz prius obmissam in isto sermone promisimus exponendaz: que licet adeo sit sublimis vt vix a quodam apprehendi valeat in hac vita: quam ille non mediocris in dijs paulus videlicet non arbitratus est se apprehendisse: que vnioni iam dicte aliquid diuinius sup addit. Tamen quia lex diuina impossibile nec precepit nec consulit. suadet autẽ ꝑfectionem Mathei. v. dicens. Estote perfecti sicut pater vester perfectꝰ est. nullus indignetur. nullus contemnat si de hac materia nõ de nostro: quia nihil sumus: sed de scriptura sacra aliquid in mediũ proferamus.

¶ Propter qd̃ sciendũ ꝙ thomas in secunda scd̃e circa finem hanc ꝑtractans materiam dicit. Q. vnũqd̃qꝫ tunc perfectũ dicitur inq̃ntum attingit ꝓprium finẽ. qui est vltima rei ꝑfectio. Caritas aũt est que vnit nos deo qui est vltimus finis humane mentis: qꝛ qui manet in caritate in deo manet ⁊c̃ ⁊ subiungit. ꝑfectio christiane vite consistit in caritate. Importat aũt perfectio quandã vniuersalitatem. quia vt tertio phisicoꝝ dicitur. Perfectũ est cui nihil deest. Est itaqꝫ vt idem ibidem dicit triplex ꝑfectio. vna absoluta que attenditur ꝑm totalitatem diligẽtis ⁊ diligibilis: prout deus tantũ diligitur q̃ntum diligibilis est: ⁊ hec perfectio nõ est possibilis alicui creature pure. Hinc Bern. Diligam te domine pro modulo meo. qꝛ et si q̃ntum debeo non possum. non possum tamen vltra q̃ꝫ possum. Sed hec ꝑfectio competit soli deo qui se totũ totus diligit in quo bonum integraliter ⁊ essentialiter inuenitur Scd̃a perfectio attenditur ꝑm totalitatz ex parte solius diligentis prout affectus diligentis ꝑm totum posse suũ semꝑ actualiter tendit in ip̃m deum: ⁊ talis ꝑfectio non est possibilis in via sed habetur in patria. Tertia perfectio ẽ que nec attendit ꝑm totalitatem diligentis nec ꝑm totalitatem diligibilis q̃ntum ad hoc vt semper actu feratur in deum. sed q̃ntum ad hoc ꝙ excludantur ea que repugnãt motui dilectionis in deuz sicut Augꝰ. dicit in libro. lxxxiij. q̃stionuz. Q. venenum caritatis est cupiditas. Et talis ꝑfectio potest haberi in via ⁊ vita ista. Et hoc dupliciter. vno modo inq̃ntũ ab affectu hominis excluditur omne illud quod contrariatur caritati sicut est mortale peccatuz. sine tali perfectione caritas esse non potest. vñ talis perfectio ẽ de necessiate salutis. Alio mõ potest haberi perfectio inq̃ntum ab affectu hominis excluditur: non solum id qd̃ est caritati contrarium: sed etiam omne id ꝑ qd̃ impeditur ne affectus mentis totaliter dirigatur in deum (vsqꝫ huc thomas) ⁊ hec vltima perfectio diuinũ nomen ⁊ esse hominibus sanctis promeretur. Quod feliciter tũc contingit quando sopitis cunctis sensibus carnis in diuinũ affectum homo abducitur in quo nil sentitur penitus nisi deus. intantum vt omnes affectiones interiores ⁊ potentie anime rationalis sibi in deo absorbe-

LII.

antur vt in omnibus nihil spiret. nihil pul
set. nihil viuat in homine nisi esse diuinum
In hac beata vita stetit vnus eorū paulus
scilicet cū dixit. Viuo autem non ego. viuit
vero in me xp̄us. ⁊ iterū quibusdam dixit.
Mortui estis ⁊ vita vestra abscōdita est cū
christo in deo. hinc Bern. Moriatur anima
mea morte iustorū vt p̄sentium memoria
excedens rerū se inferiorū corporearūq; nō
modo cupiditatibus: sed ⁊ similitudinibus
euuat. In hunc excessum petrus venerat cuz
domino transfiguraro in mōte diceret. Bo
num est nos hic esse: nesciens quid diceret.
Et quia in tali excessu nihil est in homie qō
non sit diuinuz. ideo in hoc excessu. sicut ho
mo esse diuinum induit. sic ⁊ nomen vt ex
tunc ⁊ in reliquum possit veraciter dici deus
Nec obstat si gratia recesserit: que ꝓpter sui
sublimitatem nō potest nec debet longo tem
pore perdurare. quia q̄diu ꝑsū hunc gratie
sez mortale homo non induxerit. hoc nomē
permanet ei semp. Videmus enim q̄ nomē
homini breuiter imponit. quod tamē in eo
q̄diu vixerit perseuerat ⁊ momentanea em
pno dat ius perpetuum possidendi. ⁊ subi
ta vulnerato dat homini q̄diu vixerit cica
tricem. Hanc gratiā aperte declarat Bern.
dicens. Caro ⁊ sanguis vas luteum quan
do huiusmodi experitur affectuz: vt diuino
ebriatus amore: animus oblitus sui. totus
pergit in deū ⁊ adhērens deo vnus cum deo
spiritus fiat. Beatum dixerim ⁊ sanctū cui
tale aliquid in hac vita mortali raro inter
dum aut semel: ⁊ hoc ꝑm raptum aut vni
vix momenti spacio experiri donatum est. ⁊
subiungit. Te esse quodāmō nō perdere tan
q̄ non sis ⁊ omnino nō sentire temetipsum
⁊ a teipso exinaniri: celestis est quersationis
non humane affectionis. Et hec de hui⁹ gra
tie declaratione sufficiant. Q autez eadem
gratia diuinū nomen imponat dñs albert⁹
sic declarat. Sicut pater homo generat ho
minem: ⁊ ex ipa sua generatione dat ei hoc
nomen q̄ homo vocatur ī veritate sicut ipe
homo. ita de⁹ pater generat deum. ⁊ hac ipa
sua generatione dat nato q̄ deus vocatur:
sicut ipse est deus. ⁊ huius generationis se
men est verbum in intellectu ⁊ gratia in affe
ctu. Vere enim de⁹ est qui participatiue de⁹
nuncupatur. Ad hanc perfectionē hortatur
nos deus conari deutero. vi. ⁊ math. cuz di
xit. Diligas dominum deum ex toto corde
tuo ⁊ ex tota anima ⁊c. De quo Aug⁹. Hec
totalitas scilicet toto corde: tota anima. tota
virtute hoc intendit. q̄ omnes motus anīe
ad deum referantur. ⁊ sic nō impletur in vi
ta nisi forte ad temp⁹ breue a perfectissimis
viris. ad quam saltem conari det nobis de
us omnipotens qui viuit ⁊ regnat ⁊c.

¶ LII. ¶ De eodem

Fecit rex salomō duos cherub. iij. Re. vi. ⁊ paralip.
iij. ¶ A ¶ Dicit Greg⁹. Quia per occultā
gratiam ad amorem dei temperatam desu
per mensura electi proficiunt: quanto in eis
quotidie de dei spiritu virt⁹ crescit. tunc eīn
in deo plene proficiunt cum a seipis fundi
tus deficiunt. In verbis ergo ꝓpositis glo
riosi isti principes non a statu inchoationis
sed a profectu perfectionis nobis ꝓponūtur
Ut considerantes ad quantā sublimitatem
sint promoti: dei misericordiam āmiremur
⁊ excitati eorū vitam q̄ntum possibile fuerit
imitemur. Cherub enim plenitudo scientie
vel plena scientia interpretat̄. p quod nomē
principes isti merito describūtur. quia ple
ni sancta scientia extiterunt Ut sicut cherub
pre ceteris angelis inferioribus. sic isti prin
cipes pre ceteris: non dico hominibus sed ⁊
sanctis pleni scientia referuntur. Naz petr⁹
de sua scientia cōmendatur a domino. cum
discipuli requisiti quem dicerent homines
filium hominis. Petrus pre omnibus re
spondit dicēs. Tu es christus filius dei viui.
Respondit dñs. Beatus es symon bariona
quia caro ⁊ sanguis nō reuelauit tibi: sed pa
ter meus qui est in celis. Paulus autē suā
scientiam commendans ait. Sapientiā lo
quimur inter perfectos. Plenaz autem ⁊ p
fectam tunc dicimus scientiam cum sciūtur
res quelibet cum sapore. hoc est cum res sci
untur non solum sicut sunt. sed etiam sapi
unt ⁊ afficiunt iam scientem. Hec est enim
differentia inter secularem scientiam ⁊ spi
ritualem. quia secularis scientia solū facit

scire spiritualis autem superaddit sue scientie & saporem: vt non solū sciatur sed etiam quis afficiatur. vnde Bern. Spūssanct⁹ nō solum docet intellectū vt sciat sed etiaz mouet affectum: vt scitum placeat & afficiat scientem. Et ſm hoc plenitudinē scientie hoc modo possumus diffinire. Plenitudo scientie est scire omnia cum sapore. Hec autez omnia in tribus poterunt exhauriri: scilicet scire se. scire mundum & scire deum. His tribus scitis omnia sciuntur: nec soluz hec sed ex eisdez tres virtutes summe necessarie oriuntur. Nam scire se dat humilitatem. scire mundū dat contemptibilitatem. scire deuz dat caritatem. Scimus autē q̄ sine his tribus virtutibus non est salus. Hec tria scibilia isti gloriosi principes habuerūt. Nam ex primo scibili seipos fortiter impenderūt. ex scdo mundū contemserunt. et tertio deuz dilexerunt: & ei ante omnia & sup omnia adhęserunt. Nam de primo dicit Aug⁹. Nulli tantum impenderūt q̄ntum illi qui seipos impenderuut. de scdo di. Petrus. Ecce nos reliquimus omnia. Et paulus. Omnia arbitratus sum vt stercora. de tertio dicit dñs per psalmistam de apostolis. Innocentes & recti adhęserunt mihi. Et quia oēs iste scientie cum suis saporibus in apostolis sunt inuente. ideo merito per nomen cherub qđ plenitudo scientie interpretatur sunt vocati Nunc sermonē ad moralitatem & nostram edificationē conuertamus. Ut & nos in via hac qua ambulabant: & ad plenitudinē scientie peruenebant ipos q̄ntum possumus imitemur vel saltem eos imitari conemur. quantū enim in via eis assimilamur. tantū etiam cum eis in celis gloriamur. Et q⁹ plenitudo scientie siue plena scientia in p̄dictis tribus: scilicet scire se scire mundū scire deum plenissime exhauritur. ideo ad sciendū eadem tria q̄ntum possumus laborem⁹. qui enim plenam scientiam. i. sapidam scientiā de his tribus habuerit: nec bonum negligit & malum penitus non admittit. ¶ Primo ergo ante omnia studeamus scire & cognoscere nosmetipsos: eo q̄ vt ait Bern. Id postulat ratio vtilitatis & ordinis. Ordinis. Quoniam id quod nos sumus scire primum est nobis. Vtilitatis. Quoniaz talis scientia nō inflat sed humiliat. & ideo noueris licet omnia misteria. noueris lata terre. alta celi. profunda maris. si te nescieris: eris similis edificanti sine fundamento magis ruinam q̄z structuram faciens. A te ergo tua consideratio incheet ne frustra extendaris in alia te neglecto. Quid enim p̄dest si vniuersum mundū lucreris te vnum perdens? Et si sapiens es: deest tibi ad sapientiam si tibi sapiens non fueris. Nam vt ait Bern. illud prouerbiorum de celo dicit⁹ cecidisse. Homo scito teipsum. Cupientes ergo ante oīa scire nosmetipos tria a nobis fideliter addiscamus: scilicet naturaruz diuersitatem: earundem p̄trarietatem: & his duobus supaddamus iusti iudicij equitatē Primo dico discamus naturarū diuersitatem scilicet corporis & anime. eo q̄ corp⁹ sit de limo. spiritus de deo. in altero infra oīa in altero super omnia. Et licet sic sint diuersa. sunt tamen a deo tam mirabiliter cōglutinata: vt simul delectabiliter cōmorentur & nihilominus tamē sit bellum continuū inter ea. de quib⁹ dicit Bern. Qualis artifex qualis vnitor rerū. ad cuius nutum sic conglutinantur limus terre & spūs vite. et subungit. Agnosce ergo o homo humilitatem in limo. dignitatem in spiritu. quia ex parte limi adeo sumus ignobiles: vt omnes vermes qui procreantur a terra sint fratres nostri: vtpote de eadem matre terra videlicz p creati. Ex parte autem spiritus affines sumus angelis sanctis dei. Scō discam⁹ hoz duorum ad inuicem contrarietatem. Nam sicut inter se sunt diuersa. sic etiam eorū appetibilia sunt diuersa. Limus enim appetit presentia carnalia. delectabilia transitoria & caduca. Spiritus autem qui de deo est appetit bona spiritualia: vtpote virtutes. opera meritoria & alia per que dei gratiā possumus promereri De horum contrario appetitu vicit apostolus Gal. v. Spiritus concupiscit aduersus carnem: & caro aduersus spiritū. Tertio super hanc bellicosam contrarietatē habeamus iusti iudicij equitatez: neutri eorum plus debito fauentes Corpori enim sola necessaria petenti consentiamus contra

pet' et pāli aplor

spiritum: sed si superflua petierit ꝯtra corp⁹ spiritus adiuuetur. quia vt ait Bern. Fiunt duo contra vnum ⁊ periclitatur conscientia Omnis em̄ culpa nostra in hoc consistit. si alteri indebite ⁊ sine rationis iudicio ꝯsentimus. Cuicūq; enim ꝯsenserimus illud cōtra alterū preualebit. quia sicut dicit Gen. Sub te est o homo appetitus tuus ⁊ tu dominaberis illius. Et ideo in nostra plena ē ⁊ libera potestate: cui istorū duorū voluerimus consentire. hinc Bern. Docendus est rudis homo inter carnē ⁊ spiritū qui inuicē iugiter aduersum se ꝯcupiscunt: iustū rationis ac discretionis habere iudiciū: nec alicuius eorū in iudicio accipere ꝑsonam. Greg. super illo verbo. Clamorem exactoris nō audit: sic inquit. Corpori est cū summa diligētia resistendū. quia frustra ad conflictū spūalis exercitij assurgitur: nisi prius intra nos hostis positus gule. s. appetitus edometur. q̄ dum venter non restringit: omnes simul virtutes obruuntur. Incassum nanq; contra exteriores in campo bellum geritur: si intra vrbis menia ciuis insidians habet. Nō nulli ordinē certaminis ignorantes edomare gulam negligunt: ⁊ ideo dū multa q̄ magne fortitudinis sunt faciūt. gule tamen dominante vicio ꝑ carnis illecebram om̄e q̄d fortius egerint perdunt. ¶ P ¶ Verumtamen in hoc bello frequēter standū est spiritui ꝓpter quattuor. Quia ea que spūs ꝯcupiscit sunt rationabiliora vtiliora nobiliora ac etiā diuturniora siue durabiliora. Primo dico standū est spiritui. quia cōcupiscit nobiliora. Spiritus em̄ cū sit nobilior corpore petit ⁊ appetit bona. di. em̄ Bern. Quis non videat q̄ntum corpori prestet anīa. Nū quid nō truncus est insensibilis si anīa separetur ab animali: ergo pulcritudo corporis. claritas visus. sonus vocis. deniq; sensus omnis ab anīa est. Anima g̊ tanq̄ nobilior debet dñari. corpus tanq̄ ignobilius ancillari. q̄ ad seruiendum spiritui datuz est. vnde quando inter impares surgit bellum frequēter hoīes h⁹ secl'i adiuuāt meliorē. sic etiā spūs q̄ nobilior est corpore frequentius adiuuetur. Bern. Iuxta sapientiā filiorꝫ huius seculi vbi sociant in terris sūmis inferiora: preualent qui ptātem habent ⁊ humilioribus vtunt pro libitu suo. ⁊ conculcat fortior debiliorem. Scdo standū est anīe. quia petit vtiliora. Corpus em̄ petit talia ꝓpter q̄ damnamur dicēte aplo ad gal. Manifesta sunt opa carnis q̄ sunt fornicatio. immūdicia ⁊c. vsq; que predico vobis. qm̄ qui talia agunt regnū dei ñ ꝯsequētur. Aīa autē talia petit ꝑ que glorificamur. de quib⁹ ibidez dicit aplus. Fructus autem spūs sunt caritas gaudiū. pax. bonitas ⁊c q̄ sunt merita vite eterne. Tertio standū est anime q̄ petit rationabiliora. Corpus em̄ in suis appetibilib⁹ seruit dyabolo. de quo dicit. Maledict⁹ qui ꝑuit indignis se. Anima vero in suis ꝯcupiscentijs ꝑuit deo. Quis autē non videat q̄ rationabile sit ⁊ om̄i rōne dignissimū vt domino ꝑuiamus. Quarto standū est anīe. q̄ petit diuturniora: q̄ quicquid impendim⁹ corpori statim transit. Nam vsq; ad vomitum iam repletū ꝑ horam modicam euanescit. de quo dicit Aggei. Seminastis multū ⁊ intulistis parū. ⁊ qui mercedes cōgregat misit eas in sacculū pertusum. q̄d autē anīe impendim⁹ ꝑmanet in eternū. vñ eccl. Datio dei ꝑmanet iustis. Et notādū q̄ omnis concupiscibilitas corꝑis suspecta habenda est preter hanc solā cū necessaria concupiscit In hoc solo casu standū est corpori: ⁊ ī alijs omnib⁹ resistendū: que cum acceperit est ad labores impellendū. Q si post sumptam necessariorū ocio torpere volūit: debet tanq̄ asinus grauiter castigari: sicut dicitur Ecclesi. Seruo pessimo latera sanguinare. Hec exercitia circa nosip̄os tamdiu continuantes quousq; corporis appetitus extinctus fuerit ⁊ anime appetitus in bonā consuetudinem transeat in vsum: ⁊ tunc consecuti sum⁹ plenam scientiam de nobisip̄is. De hac sapida scientia dicit Bern. Ad ea q̄ dei sūt percipiēda homo se accingat. necessitatē sibi faciens contra necessitatē: ⁊ consuetudinē ꝯtra consuetudinem: ⁊ affectū sibi formās ꝯtra affectum: donec plenā mereatur scientiā. delectationē ꝯtra delectationē: vt delectationibus carnis ⁊ seculi: saltem tantū delectat euz carere q̄ntum prius delectabat habere. Et hec est plena scientia qñ intellectus ꝑ scientiaz

¶ Sermo

vt bonū qd̄ intellectus cognouit. voluntas
velit. memoria amplectet. ⁊ nō sint ī eis scis
mata qd̄ cū factū fuerit sup̄modū festināter
hō ꝓficit. ꝓpter qd̄ deus dicit in ꝓuer. Tria
sunt que placēt spūi meo q̄ sunt ꝓbata co
rā deo ⁊ hoībus. quoꝝ vnū est cōcordia fra
trū. Nam vt ibidē dr̄. Ubi frater adiuuat
a fratre ibi firma ē ciuitas. Vn̄ monet nos
apl's di. Nō sint in vobis scismata. Tercio
luctemur ad recōciliatoꝝ ad deū eleuatōez
Ad hoc em̄ homo inter oēs creaturas statu
rā habet erectā ceteris oībus ad terrā curua
tis. vt p exteriorē erectōem de interiori nos
cōmoneret. vn̄ ꝓpheta. Eleuare eleuare. qd̄
bis dicit ꝓpter cogitatōez ⁊ deuotōez. cui cō
sonat apl's di. q̄ sursum sūt querite p cogi
tatōez q̄ sursū sūt sapite p deuotōez. Il Se
cundo luctandū est in domo hoc est cuz cor
pore qd̄ est domus anīe. vt illud supplante
mus. i. sub plantis conculcemus qd̄ in tribꝰ
iterum fieri oportebit. scz in carnaliū deside
rioꝝ cohibitione. sensuū refrenatione. malo
rū ꝯsuetudinū expulsione Primo dico luc
tandum est in domo corporis nostri vt car
nalia eius desideria extinguamus. Nunq̄z
enim proficimus q̄ndiu talibꝰ adituz nō ne
gamus qz vt dr̄ Eccle. Si prestes aīe tue cō
cupiscentias eius faciet te gaudiū inimicis
tuis. cui ꝯsonat apl's desideria carnis nō p
ficietis. Cur hoc qz vt iterū dicit idem. Si se
cundum carnē vixeritis moriemini. Om̄is
em̄ voluptas habz penā. necessitas parit co
ronā vt ait sapiens. Secundo luctandū est
in sensuum refrenatōne. vt ab omnibꝰ illici
tis refrenētur. qz vt ait Gre. Non licet intu
eri qd̄ nō licet ꝯcupiscere. Si em̄ eua sensus
suos custodisset. pomū vetitū nō ꝯmedisset
Si dyna filia iacob ad videndum alienige
nas nō exisset. Sychē eam non corrupisset.
hinc bern̄. habeat fidelis homo sensus suos
exteriores nō duces sed ꝑuientes vt cuz dixe
rit huic vade ⁊ vadat ⁊ alteri veni ⁊ veniat ⁊
seruo suo fac hoc ⁊ faciat. Tercio luctanduz
est in male ꝯsuetudinis extinctione qd̄ etiaz
faciendum dyabolus persuasit Job primo
di. Pellem pro pelle ⁊ cūcta que hz hō da
bit pro anima sua. ac si dicat. Qui animā su
am saluare desideret antiquam pellez male
ꝯsuetudīs abijciat sūpta bona Bern̄. Accin
gat se spiritualis homo necessitate sibi faci
ens ꝯ necessitatem ꝯsuetudinē ꝯ cōsuetudi
nē donec plenā mereatur accipere delectatio
nē. Tercio luctandum est ꝯ laban. i. cū mū
do tamdiu cū illo concertātes quousqz ip̄m
integraliter ꝯtemnamus ⁊ per om̄ia supplā
temꝰ ⁊ supplātatū ꝯsternamus t̄a in ip̄o vt
in ceteris ꝯsiderantes scilicet qz non sufficit
deficit. inficit. Nam de primo dicit saluator
Quid prodest homini si vniuersum mdm̄
lucretur. ac si dicat nil. ergo nō sufficit. īmo
si oēs mdi diuitie in vnū hominē ꝯfluāt nō
darēt sufficientiam q̄m promittūt. Cuiꝰ ra
tio est. Quia anīa cū ad imaginē dei sit cre
ata ⁊ per ꝯsequēs capax dei nullis rebus sa
tiari poterit nisi deo. Secundo consideran
dum est si mundum vincere volumus qz de
ficit. Si em̄ aliquid natiue bonitatis in mū
do esset hoc tamen subito euanesceret nec po
test aliqualiter permanere. quia vt dicit io
han. Mundus transit ⁊ concupiscentia eiꝰ.
Gre. Ecce mundus qui diligitur fugit ⁊ ta
men fugientē insequimur. labēti inherem⁹.
et quia labentem retinere non possum⁹ cuz
ipso labimur quam cadentem tenemus. q̄z
si plene vincere vellemus esset per omnia
relinquendus. quod suadet Grego. di. nil
maligni spiritus in hoc mundo possident ꝓ
prium. Nudi ergo cum nudo luctari debe
mus. Nam qui vestitus cum nudo luctatur
citius ad terram deijcitur quia habet vnde

De scō iacobo apl̄o.

teneatur. Quid autem sunt terrena omnia nisi quedam corporis indumenta. Qui ergo contra dyabolum ad certamē properāt vestimenta abijciāt ne succumbant. Tercio vt mundum vincamus ꝯsideremus quia inficit post se trahens suos amatores. cum eniz ſm iohannem. Omne quod est in mundo concupiscentia sit carnis concupiscētia oculorum aut superbia vite. his tribus infectionibus omnes inficit amatores. vt sint auari. luxuriosi ⁊ superbi sicut ille. quia vt Ecl. xiiij. dicitur. Qui tetigerit picem inquinabitur ab ea ⁊ qui ꝯmunicauerit superbo induet superbiam. vnde p̄s. Commixti sunt inter gentes ⁊ didicerunt opera eorum. et ſui erunt stul. eorum ⁊ factum est illis inscan. In hoc aut solo obmissis omnibꝫ alijs mūdum possumus supplantare. quia vt ait iacobus quarto. Nescitis quia amicitia huiꝰ mundi inimica est deo. Quicunqꝫ ergo voluerit esse amicus huius seculi inimicꝰ dei constituitur. qd̄ cernens Gre. di. Nemo potest in vna eademqꝫ re omnipotenti deo ⁊ eꝰ hostibus gratus existere. Nam deo amicum se denegat qui eius placet inimico. et inimicis veritatis aduersabitur quo eidem veritati subiugatur de hac lucta di. Sern̄. Veri luctatores sunt qui aduersus huius seculi luctantur illecebras. Mundum ergo meliꝰ vīcere ⁊ supplantare non possumus nisi vt ipsum per omnia relinquamus. quod figuratum legimus in predicto veteri iacob qui fugiendo non concertando laban auunculuz suum vicit. hoc ante omnia precauentes ne sic fugientes furemur ydola laban. id ē mūdi affectiones ⁊ imaginatōes. ipsa sicut rachel sub straminibus nos sub religiosis vestibus abscondamus. Nam de talibus Iacob sententiam mortis dedit dicens. Apud quemcunqꝫ deos tuos inueneris. necat̄ coram fratribus nostris. que sententia est corā deo ⁊ sanctis omnibus approbata. Quartū membrū luctandi viz cum angelo in sermonem alium reseruemus. eo ꝙ cum nobiliorem contineat materiaz diffusius pertractatur ad laudem iesu christi. ⁊c̄.

De eodem Sermo. LVII.

Iacob dilexi esau aūt odio habui. malach. primo di. Gre. Ille qui certat in luctamine aliquādo se superiorem. aliquando vero eum cuz quo contendit inuenit superiorem. qui enim luctatur nondum est victoriam ꝯsecutus. sed certat vt eū vincere valeat qui resistit. Verba itaqꝫ proposita licet de veteri iacob secūdum literalem hystoriam dicta sint ſm misticū tñ sensum de nr̄o iacob. et ſm moralez expositionē p̄nt intelligi de quolibet luctatore. Q aūt veterē iacob dilexerit patet ex eiusdem v̄bi assertione. alias em̄ significatio nominis caderet ab effectu qd̄ in v̄bis dñi fieri nō potest. Q aūt nr̄m iacobum dilexerit. triplici signo patet. scz ex tribulatōis multiplicitate. ex ap̄latus dignitate ⁊ singulari familiaritate. Nam de primo dr̄. Quē em̄ diligit dñs corripit ⁊ q̄si pater in filio sic complacet sibi. de scd̄o est ratio. Qui em̄ aliū ad sublimē dignitatē ꝓmouet certū est ꝙ diligat eū. vnde iohan. hoc est preceptū meum vt diligatis inuicē sicut dilexi vos. de tercio patet. Deus em̄ iacobū pre ceteris familiarē habuit. qz ip̄m ⁊ fratrē suū iohannē exclusis alijs sepe ad sua secreta vocauit. Q etiaz quēlibet luctatorē ⁊ in tribulatōe positū diligat pz Apo. vbi dicitur Ego quos amo arguo ⁊ castigo. Cum igitur sint duo prīcipia merēdi. actōnes viz ⁊ passiones. nr̄ iacobus imitatus ē veterē in passionū sufferētia. Sic etiā in efficatia actionē in eisdem locis ⁊ totidez vicibꝫ passiones in vtero. patiam intꝰ exhibēs ad q̄ꝫlibet passionē vīcens se. ne aliquis motus impatīe surgeret in corde suo. Unde in act. de eo ⁊ de alijs coap̄lis legit. Ibāt ap̄li gaudentes a ꝯspectu ꝯcilij. quoniā digni habiti sunt ꝓ noīe iesu ꝯtumeliaz pati. Scd̄o luctādo supplantauit passiones in domo hoc est in corpe malū ꝓ malo nūq̄ꝫ reddēs ⁊ ideo legitur in vita sua ꝙ cū eum hermogenes perseq̄retur. dixit ad philetum vt bona pro malis ſm ꝙ maijster nr̄ nos docuit reddamus. absolue eum qui te ligauit. Tercio vicit passiones ⁊ persecutōes quas a md̄o ꝑtulit totius md̄i maliciā vilipēdēs. Quarto luctabat cū anglo hoc ē cū v̄tutibꝫ

et difficilibꝫ operibꝫ illoꝝ difficultates sibi
applicās. ac si naturaliter sit affectus Cū em̄
omne bonū ⁊ omnē ꝟtutē ex preuaricatōne
primoꝝ parentū difficulter opemur. easdez
passiones ita vicit vt eadē om̄ia delectabili-
ter oparetur. Et hec de supplantatione san-
cti iacobi breuiter tacta sufficiāt. Nunc vidē
dum est qualiter nos passiones debeamus
vincere vt ⁊ nos eas supplantemus. et eoruz
amaritudines sub pedibus ꝯculcemus tam
diu cū eis luctātes. quousqꝫ eas cū gaudio
sustineamus. Ad quod nos idem iacobꝫ in-
ducere intendebat cum dicebat. Om̄e gau-
dium existimate fratres cū in varias tribu-
lationes incideritis. ¶ L ¶ De hac ḡ tribu
latione. tria per ordinez ꝓsequemur. primo
de tribulatōis necessitate. scdo de eius maio
ritate. tercio de luctaminis q̄litate. Primo
ergo dicendum est de tribulatōis necessita-
te. Oportet enim omnē hominē ad statū ꝑ-
fectionis ꝓmouende tribulationis exerceri.
Nullus em̄ vnq̄ꝫ amicus dei effectus ē. ni-
si tribulationibꝫ tunderetur. Unde thobie.
xij. dixit angelus. Quia acceptus eras deo.
necesse fuit vt tēptatio probaret te Judith.
viij. Omnes qui placuerūt deo per multas
tribulatōes transierunt fideles. hinc ꝓuerb.
tercio. Quē diligit deus corripit ⁊ quasi pa
ter in filio ꝯplacet sibi. Sūt aūt q̄tuor cau-
se ꝓpter quas tribulatio necessaria est scilicz
ꝓpter opm nr̄oꝝ imperfectōem. dei assimila
tionē. spiritualis vite edificatōez ⁊ regni ce
lestis assecutionez. Primo dico tribulatio
necessaria est ꝓpter opm nostroruz imperfe-
ctionē Cum em̄ duo sint principia merendi
scz opatio ⁊ tribulatio. et opera nostra pau-
ca sint vilia ⁊ breuia vt per ea non possimus
ad magnū statū sanctitatis peruenire opor-
tet suppleri in passionibꝫ ꝙ minus est in acti
onibꝫ. vnde Eccle. vij. De negligētia expur
ga te cū paucis. qd̄ est dicere. de negligentia
opm expurga te cū paucis tribulatōibꝫ Se
cundo tribulatio est necessaria ꝓpter dei assi
milatōez. Tantū em̄ ei similes erim⁹ in ce-
lo quantū ei assimilabimur in terra. Ad hoc
em̄ induit hominez vt visibilis factus se no
bis ꝓponeret ī exēplū. et qꝛ tota vita sua ple
na fuit tribulatōibꝫ. oportet nos ei assimila-
ri in tribulatōibꝫ. Nam vt ait apl̄s. Si cō-
patimur ⁊ ꝯregnabimus. vnde ad magnaz
ꝯmēdatōz d̄r de homine tribulato. sap̄. xiiij.
Simili pena ꝟuus cū dn̄o afflictus est. ⁊ po
pularis hō regi sil̄ia passus ē. itē Ecl. xxxiij.
Ante faciē hoīs sil̄itudo alterius hoīs. Un-
de ꝓ magna laude apl̄oꝝ d̄r Ezech. i. Sil̄i
tudo hoīs erat in eis. scz apl̄is. hinc. i iohā.
tercio. Oīs qui hz hāc speciē sanctificat se si-
cut ille sanctus est. vn̄ bern̄. Proderit mihi
dn̄i passio si mea sequit̄ imitatio. alioqui re
quiretur a me sanguis ille iust⁹ qui effusus
est sup terrā. Tercio tribulatio est nc̄cia ꝓfi
cere cupiētibꝫ in statū magnū ꝓpter religio-
se vite edificatōez. Nunq̄ꝫ em̄ vita religiosa
in hoīe edificabitur nisi castigatio ꝯtinuetur
ꝓpter qd̄ Leui. xvi. d̄r. Affligetis aīas vr̄as
religione perpetua. Cū em̄ ꝯsolatio spūalis
sit fomētū ꝑ qd̄ vita spiritualis nutriat̄ nul
latenus poterit ꝯsolari qui nō fuerit tribula
tus. Sūt enī ꝯiuga qꝛ omnē tribulatōez se-
quitur ꝯsolatio. vnde thobie. iij. Post tēpe-
statē tranquillū facis ⁊ p⁹ lacrimatōz ⁊ fletū
gaudiū ⁊ exultatōez infundis. hīc bern̄. Dis
ce o homo in spirituali exercitio duplex auxi
liū desup sperare. scz correptōez ⁊ ꝯsolatōez
Altera foris exercet. altera visitat intus. illa
opatur humilitatē ista caritatē. Trahim̄ au
tē in spūalem vitā cū tēptationibꝫ ⁊ tribula
tionibꝫ exercemur. currim⁹ cū interius ꝯso-
lationibꝫ ⁊ inspirationibꝫ visitamur. Quar
to tribulatio nc̄cia est ꝓpter celestis regni ad
eptōez. Nullus enī ad regnū celoꝝ ⁊ ad illā
abyssum oīm voluptatū peruenire poterit.
nisi per amaritudinē passionū. neqꝫ enī ille
qui de celo venit iesus xp̄s ad celū redire vo
luit. nisi per viā amarissime passionis. vnd̄
Lu. xxiiij. Nōne oportuit xp̄m pati. et ita in
trare in gloriā suā. ꝓpter qd̄ dixit discipulis
⁊ nobis in illis Lu. xxij. Vos estis qui per-
mansistis mecū in tēptationibꝫ meis ⁊ ego
dispono vobis sicut disposuit mihi pr̄ meus
regnū. ac si dicat. Sicut disposuit pater me-
us. vt veniēs in m̄dm nō redeā in celuz nisi
per viā tribulatōis. miserie passionis ⁊ an-
gustie. sic ⁊ ego dispono vobis vt ⁊ vos sil̄i-
ter veniatis ad regnū per tribulatōes. Hīc
Actuū. xiiij. Quoniā ꝑ multas tribulatōes

De sc̄o Iacobo ap̄lo.

oportet nos intrare in regnū celorū. Ex his ergo quattuor causis luce clarius ptz q̄z necessaria sit tribulatio om̄ib⁹ qui proficere cupiunt apud deū. ¶ Secundo dicendum est de tribulationis augmēto ⁊ maioritate. q̄r plerūq̄z ꝯtingit vt quanto maiori gratia homo a dño visitatur tanto maiori tēptatione tribulatur de hoc augmēto duo dicenda sunt. Primo de eius maioritate. Secundo de eius causalitate. Et primo ꝙ hec maioritas ꝯtingat ⁊ ita fieri debeat tam figura q̄z scriptura poterit declarari. et per figurā. dicitur em̄ Ezech. j. Cum eleuabātur simul ⁊ rote q̄cunq̄z ibant spiritus illuc eunte spiritu ⁊ rote ꝑiter eleuabātur sequentes eum. Quid per spiritū nisi spiritualis vita quid per rotā. nisi tribulatio que nos rotat accipitur. quocūq̄z ergo vadit vita nr̄a spūalis ibi etiam vadunt rote tribulationes nostre. Secundo idem per scripturā poterit edoceri. de quo iterū Ezechi. xlvij. Transduxit me dñs per aq̄m vsq̄z ad talos. rursumq̄z duxit me per aquas vsq̄z ad genua. tercio vsq̄z ad renes. per quod nobis innuitur q̄nto profundius ducimur in gratiaz tanto altius tribulamur. Secundo dicendum est d̄ eius augmēti causalitate. hoc est cur hoc ꝯtingat ⁊ ob quā causam. Sunt aūt tres cause. quia quāto plus hoīes deuoti in gratia ꝓficiūt tanto ad sufferendum sunt fortiores. ꝟtuosiores ⁊ indigēt vt sint cautiores. De primo ꝙ quāto sint fortiores ex visitāte gratia tanto dñs plus apponit de tribulatione vt vndiq̄z meritū eis cumuletur. q̄r ꝑua tribulatio cū talibus gratijs nō sentiretur. Si ergo debet fieri tribulatio oportet vt ꝓpt̄ fortitudinē maior fiat. vnde iob. xxviij. Aquas appendit in mensura. Aquas enī ponere in mensura est tribulatōez ꝯmensuratā fortitudini ponderare. hinc apl̄s. i. Corinth. x. Fidelis deus qui nō patietur vos tēptari sup̄ illud quod potestis. nec ex eadem fidelitate permittit nos minus temptari. vnde quāto maior est fortitudo tanto de tribulationib⁹ plus apponit. Secundo augmētatur tribulatio ꝓpter augmentū virtutū. et q̄r ex visitāte gr̄a virtuosiores sunt homīes. ergo iteruz ex hac causa plus apponit deus quia illustratis virtutibus tribulatōnes valde nobiliter sufferuntur. et quanto nobilius tribulatōes sufferuntur tanto amplius merita cumulātur. p̄s. In multitudine virtutis tue mentientur tibi inimici tui. Item math. xxvi. Dedit vnicuiq̄z s̄m ꝓpriam virtutem. Naz absente gratia virtutes videntur esse extincte et ideo facilimo impulsu hō caderet in peccatū. Tercio augmentantur tribulatōes cū homines sunt in gratia vt cautiores reddātur. Nam ex presentia gratie homo possz faciliter superbire. Ne ergo sup̄biat foris quādoq̄z permittitur tribulationibus impulsari. hinc Gre. Postq̄z deus hominem visitat subito probat illum. quia accedendo ad corda nostra ad virtutes prouehit ⁊ recedēdo ꝯcuti tēptationib⁹ permittit. Si em̄ post ꝟtutū munera nulla tēptatione ꝯcutitur a se habere animus ⁊ a semetipso gloriatur. Ut ergo firmitatis dona habeat ⁊ humiliter suam infirmitatē recognoscat. ꝑ accessuz gratie ad alta sustollitur ⁊ per recessum quid ex ip̄o sit probatur. Sciendum tamē ꝙ sancti homines harū alterationū ⁊ vicissitudinuz experientia assuefacti. has tēptationes faciliter sufferunt scientes ꝙ non ad perditionē sed ad emendatōez taliter alterantur. nō. n. vt dicitur in thobia. delectatur in perditionibus nostris. sed post singulas tēptationes gratia rediens augmētatur. vnde prouerb. xij. Non contristabit iustum quicquid ei acciderit, dicens. cum p̄s. Paratū cor meum deus. paratum cor meum. ac si dicat. paratum ad tribulatōes sicut ad ꝯsolationes.

¶ Tercio dicendum est de luctaminis qualitate. hoc est qualiter in tribulationib⁹ luctari debeamus vt virtuosos eas ⁊ s̄m dei beneplacitum supplantemus hoc est sub plātas eas viriliter ꝯculcemus. De quib⁹ sciēdū ꝙ totidem locis ⁊ vicib⁹ cum passionib⁹ luctari oportet sicut diximus de actione. s. in vtero in domo. cum laban. i. mundo. ⁊ cuz āgelo Prīo passiones sufferimus in vtero cū de ꝑfidia blasphemia vel superbi fuimus nimis grauiter naufragamur. cum quibus tunc viriliter luctatur si nūq̄z eis in aliquo consentimus. vnde Bern̄. Si sentis ⁊ non consentis passio est quādoq̄z sananda. tunc

aũt perfecte vincimus si hũiliter ea sufferi/
mus ⁊ nunq̃ minus in aliquo exercitio fa/
ciamus. Scõo passiones sufferimus in do/
mo hoc est in corpe cũ carnalib desideriis ⁊
quibuslibet fedis ⁊ immũdiciis grauiter ca
laphizamur. Quas tũc viriliter supplanta/
mus qñ per fortissima exercitia corpus ma/
ctamus ⁊ mactãdo maceram⁹. quousq carnis immũdicia penitus extinguatur. corp⁹ peccati q̃ hmodi prurit⁹ excitat destruatur. omia q̃ corpus peccati ad voluptatem postulat per omia respuẽtes. vt de nobis veraciter dici possit illud Job. iij. Clamorem era etoris nõ audit. q̃ fortissimo indiget luctamine. qz vt ait ysai. A planta pedis vsq ad verticẽ nõ est in nobis sanitas. vñ bern. Nosipsi gestamus laq̃um nẽm. nobiscũ vbi q̃ circũ ferimus inimicũ nostrũ carnẽ hanc loquar de peccato genitã ⁊ nutritã. sed multo amplius prava pluetudine viciatã. nihil enim purũ in corpe hois inuenitur. abintus manat de corde exit pestiferũ virus. ac de inceps corpus occupat vniersum. quibus si additũ denegamus ⁊ ea per ptraria exercitia supplantamus. victores erimus glorioſi Tercio luctandum est cũ laban hoc est cum mõdo qui grauissimis aculeis nos affligit. cordib amatorũ suorum tres lanceas sicut alter ioab miserabiliter infigẽs. scz cupiditatẽ. vanitatẽ ⁊ voluptatẽ. de quibꝫ dic iob. Omne quod est in mõdo pcupiscẽtia carnis est. i. voluptas. ã pcupiscentia oculoz. i. cupiditas aut supbia vite. i. vanitas. q̃ tũc passiones suas nobis ingerũt. quando eis fortiter repugnamus. Sic em di. bern. Vnde tribulatio ista nisi dum resistitur ptaminatiõi pcupiscẽtie repugnatur. Si em voluntarie admitterentur. iam nõ tibi tribulatõez ingerẽt sed potius psolationẽ. Luctamur ergo cum his vicijs q̃diu eris resistimus. sed tũc supplantamus qñ iam victa sunt vt amplius nõ impugnẽt. que si perfecte vincere cupim⁹. oportet vt eoz pria in nobis pplantem⁹. vt videt contra cupiditatẽ vel auariciã q̃ mõs ingerit paupertatẽ ꝑ voluptatẽ. austeritatẽ. contra vanitatẽ siue supbiã plenã humilitatẽ induamus. Que tria cũ perfecte vite nre insederint. iã mõm perfecte ptemnimus ⁊ laban dicim⁹ per oia supplantasse. auxiliãte hie su christo. LVIII. De eodez mo. iij.

Iacob traductis

omnibus que ad se pertinebant remansit solus. et ecce vir luctabat cũ eo vsq mane Gen. xxxij. Dicit Gre. Justoz vita q̃ si quedam forma nobis ꝓponitur imitanda viua em̃ lectio est vita bonoz. vñ nõ immerito. idem iusti in sacro eloquio libri noiant Apo. xxij. vbi dr. Libri apti sunt coraz eo. q̃ eorum vita legitur vnde debeant remunerari. Expeditis ergo in precedentib tribus luctaminibus scz in vtero. in domo ⁊ cũ laban ⁊ hoc tam in actionibus q̃ in passionibus nunc in duabus turmis. scz actionũ ⁊ passionũ meritis ditati (vt dicere possimus cũ iacob. In baculo meo transiui iordanẽ ⁊ nũc cum duabus turmis regredioz. quod est dicere In baculo meo hoc est in baculo crucis transiui nudus iordanem. i. baptismũ ⁊ nũc ex his luctaminib ditatus regredioz cũ duabus turmis. s. meritis vt diximus actionũ ⁊ passionũ) si redire ad patriã celestis cupimus luctamen cum angelo aggredi nos oportet. De hoc luctamine duo principaliter prosequitur. Primo enim dicemus de luctaminis instauratione. Secundo de gratie si vincimus assecutõe. Primũ ibi in ꝓposito themate iacob traductis omnib ⁊c. Secundum infra. Qui cum videret q̃ eu⁹ superare non posset ⁊c. Primũ adhuc in quatuoz diuiditur. Primo enim dicemus de luctaminis hilitatione. Secundo de viri expositione. Tercio de luctaminis aggressione. Quarto de luctaminis perseuerantia siue continuatione. Primũ ibi iacob traductis omnibus que ad se pertinebant remansit solus. secundum ibi et ecce vir. tercium ibi. luctabatur cum eo. quartum ibi. vsq mane.

Hec omnia per ordinem prosequentes. primo dicendum est quomodo nos debeamus ad luctamen preparare. Debemus enim nudi cum nudo angelo aggredi hoc certamen ⁊ ab omni quod non est deus vel ad deu⁹ ordinatum nos auertere vt ad eum cum quo luctamine accipimus plena nos facie puertamus. et hoc est ut dicit in ꝓposito

thēmate traductis oībus. hoc est amotis a se oīb9 q̄ ad se ptinebāt remānsit sol9 nil sibi de suis omnibus reseruatis Et hoc est quod ait apostolus. i. Corinthiorum nono. Omnis qui in agone contendit ab omnibus se abstinet. et illi quidem vt corruptibilem coronaz accipiant. nos vero incorruptam. vnde gregorius. Nudi cum nudo luctari nos oportet. Nam si vestitus quilibet cum nudo luctatur citius ad terram deiicitur. quia habz vnde teneatur. quid aūt sunt terrena oīa nisi quedam corporis indumenta. Qui ergo contra alium ad certamen properat vestimenta abiiciat ne succumbat. Secundo dicatur de viri expositione. hoc est quis ille vir fuerit qui cum iacob luctabatur. Et licz diuersi diuersa de hoc asserant. iero. glorioſus tamen doctor dicit. q̄ spiritualis lucta fuerit. alij autem q̄ fuerit corporalis. Nos autem hanc ambiguitatem simpliciter transeuntes dicimus q̄ cum deo in forma tamen angeli luctabatur sequentes egregiū doctorem gregorium qui dicit. Quis est iste angelus nisi ille qui per ꝓphetam dicitur magni consilij angelus. quia enī greca lingua euāgelizare denunciare dicitur. ergo semetipm nobis denuntians deus angelus nominat. vnde idem Grego. exponens hystoriaz que in manibus est iterum dī. Designat ḡ angelus qui luctabatur cum iacob deum. Jacob autem qui cum angelo ꝓtendit vniuscuiusq̄ perfecti viri. q̄ in contemplatione positi animam exprimat quia videlicz anima cū cōtemplari deum nititur velut in quodam certamine posita. modo quasi supat quia intelligendo. q̄ sentiēdo. et de incircumscripto lumine aliquid degustat. modo vero succumbit. quia q̄ de gustando iterum deficit. Tercio dicendum est de luctaminis aggressione de quo licet aliquid dictum sit. hic tamen expressius exponamus. Nam de hoc cōgressu dicit Gre. Cum ad parentes ꝓprios iacob rediret in via angelum inuenit. cum quo in luctādo magnū certamē habuit et subiugit. Is enim qui certat in luctamine. aliquādo se superiorez aliquando vo eū cū quo ꝓtendit superiorē inuenit. Est enim incontēplatiua vita magnanimitatis ꝓtentio cum sese ꝓtemplatoz per ꝓtemplatōem ad celestia erigit. cum in rebus spiritualibus animū tendit. cum transgredi nititur omne quod corruptibile videt. cum sese angustat vt dilatet. Et aliquando quidem vincit. q̄ reluctantes tenebras sue cecitatis exuperat. vt de incircūscripto lumine quodammodo furtim. q̄ tenuitur attingat. sed tamen ad semetipsaz ꝓprius reuerberata reuertitur. atq̄ ab ea luce ad quā respirando transit ad sue cecitatis tenebras suspirando redit. Quasi ergo vincit angelus quando intellectu intimo apprehēditur deus. quasi etiam vincitur homo q̄n subtracta intima luce nolens renitensq̄ ad assuetas tenebras redit. Quarto videndum de luctaminis continuatione quod notatur in eo cum dicitur vsq̄ mane. Non enim cessandum est ab hoc sancto exercitio ꝓmptationis quousq̄ oriatur nobis in futura vita sol iusticie xp̄s deus noster. nec hoc intendimus q̄ in actu ꝓtemplationis aliquis valeat perseuerare. q̄ ineternuz aspectuz sine medio ꝓtinuare. sed cum subtracta gratia contemplatiua defecerit. se recipiat in actiuā. nō intentione ibi manendi sed se reparandi ita vt si interrumpatur ꝓtemplatio. semp tamē ꝓtinuetur. q̄ perseueret intentio. Quod per Ezech. pulcre nobis innuitur vbi dicitur. Ibant. q̄ reuertebantur. ibant in contemplatiuam vitam. sed quia nostre corruptionis pondere pregrauati. in illa diu stare nō possumus reuertamur iterum in actiuaz. q̄ hoc est quod ait Bernnardus. super predico vobo di. Cum ab actiua vita ad contemplationem surgimus. quia diu mens stare in cōtemplatione non poterit. sed omne quod de eternitate per speculum. q̄ in enigmate ꝓspicit. quasi furtim hoc et per transitum videt ipsa sua infirmitate ab imensitate tante celsitudinis animus repulsus in semetipso relabitur. q̄ necesse est vt ad actiuam vitam redeat seseq̄ ipsum continue in vsum bone operationis exerceat. vt cuz mens surgere ad contemplanda celestia non valet quecq̄ bona que potest agere non recusет. sic q̄ fit vt ipis suis bonis actibus adiuta rursum in ꝓtemplationem surgat. q̄ amoris pastum de pabulo contemplate veritatis accipiat. In

qua iterum q̄ꝫdiu se tenere ipsa corruptiōis infirmitas non potest. ad bona rursum opera rediens suauitatis dei memoria pascitur. et foris pijs actibus intus vero sanctis desiderijs nutritur. ¶ Sequitur secūdum principale. scilicet de gratie assecutiōe q̄ꝫ ex prescripta luctatione consequimur que ibi incipit. Qui cum videret ꝙ eum superare non posset ⁊c̄. Et hec pars quattuor gratias continet que in verbis propositis per ordinem ponuntur scilicet in nerui arefactōne nominis impositione. benedictione. diuine penitentie exhibitione. Primum ibi. tetigit neruum femoris eius ⁊ statī emarcuit. Secundum ibi nequaq̄ꝫ vocaberis vltra iacob sed israel erit nomen tuum. Tercium ibi. et benedixit ei in eodem loco. Quartuꝫ ibi. ortusq̄ꝫ est ei sol postq̄ꝫ transgressus est phanuel quod interpretatur contemplans deū vel facies dei. Est autem phanuel locus in quo luctabatur. sic enim dicitur ⁊ vocauit nomē loci illius phanuel dicens. Vidi dominuꝫ facie ad faciem ⁊ salua facta est anima mea. Si ergo has gratias spiritualiter intellectas consequi cupimus cum angelo magni consilij id est cum deo luctamen congrediamur q̄ꝫ si vicerimus prescriptas gratias conseq̄mur. quod pene eisdem verbis dicit Greg. sic loquens Et nos si ad parentes proprios id est ad sanctos in celo redire cupimus teneamus in via angelum vt suauitate intīa apprehendamus deum. Prima ergo gratia quam deuoti homines ex hoc luctamine cōsequuntur. si tamen ipsi perseuerando vicerint (vt eis dici valeat. Si contra deum fortis fuisti quanto magis contra homines preualebis) est nerui contractio ⁊ per consequēs eiusdem nerui arefactio. per quod nobis innuitur ꝙ per huius luctaminis victoriam. omnis in nobis carnalitas ⁊ terrenitas extīguitur ⁊ marcessit vt nil talium libeat. sed sicut prius talia delectabat hr̄e sic modo mlto plus delectet carere. et hoc est quod dicit Bernnardus. Omnipotēs deus cum iam per desiderium ⁊ intellectum cognoscit. omnium in nobis voluptatem carnis arefacit. et qui prius quasi duobus pedibus innitentes ⁊ deum videbamur querere ⁊ seculuꝫ tenere. post agnitionem suauitatis dei vnus ī nobis pes tamen remaneat sanus atq̄ꝫ alius claudicat. quia necesse est vt debilitato amore seculi. solus in nobis cōualescat amder ai Si ergo tenemus angelum vno claudoicmus pede. quia dum crescit in nobis fortitudo dei amoris intimi infirmatur proculdubio carnis fortitudo. quia omnis qui claudicat vno pede soli innititur quē sanū habet. et cui terrenum desiderium iam arefactū fuit in solo pede amoris dei tota virtute se sustinet ⁊ in ipso stat. quia pedem amoris seculi quē ponere in terrā consueuerat iaꝫ a terra suspensum portat. Vt ergo breuiter dicamus habemus carnis ⁊ seculi contemptuꝫ non refrenatum. sed quasi nature cōplantatum. non coactum. sed quasi in naturam redactum. vt quod prius fuit delectabile modo sit abominabile et hoc est qd̄ dicit Bern̄. Spiritualis hō corpe suo spiritualiter vtēs affectionem suam quam habet animalis per vim coactam. rationalis per vim subactam. spiritualis inquā habet illam quasi naturaliter affectam. et vbi ille scilicet aniālis habet eaꝫ per modum necessitatis ille. s. rationalis per modum caritatis. ille scilicet spiritualis habet eam versam in mores. Sꝫ diceret aliquis Nūquid tales maiores sunt paulo qui raptus in tercium celum ⁊ rediens sustinuit stimulos carnis. Respondeo ꝙ licet paulus sustinuit stimulum carnis. hoc tamen dispensatiue adeo permissum est vt post tantam gratiam in eo humilitas ꝯuaretur. et ideo nō obstante illo stimulo q̄ntum fuit in eo neruus omnis carnalitatis ⁊ terrenitatis emarcuit. quia anteq̄ꝫ eideꝫ stimulo consensisset mille prius mortibus succubuisset. An non credis. quia non solū neruus sed totus ipse emarcuit cum dicebat se mortuum. Viuo autem non ego viuit vero in me christus. vnde dicebat. Iam non operor ego illud sed quod inhabitat in me peccatum.

LIX De eodem ꝯmo. IIII

Nequaquaꝫ vltra vocaberis iacob sed israel erit nom̄ tuum. vt supra dicit aug⁹. Quisquis habet

caritatem. vt quid illum longe remittimus
⁊ videat deum. conscientiam suam attendat
et ibi videt deum. ¶ Q ¶ Expedita ergo
vtcunq; vna gratia quam homo consequi-
tur post luctamen. scilicet nerui arefactione
per quem omnium terrenorum ⁊ carnaliuz
affectum diximus emarcuisse. Nunc ꝟuato
ordine supra posito dicendum est de nomīs
mutatione. Sic enim dicitur in verbo pro-
posito. Nequaq̄ vltra vocabis iacob sed is-
rael erit nomen tuum. ac si patenter dicat.
Nequaq̄ vltra. id est in reliquum vocabis
iacob. i. luctator cum vicijs ⁊ concupiscētijs
sed israel. id est vir videns deum. debes de
cetero appellari. Quia extinctis vicijs debes
in reliquum vacare deo ⁊ eius mirabilia cō-
templari. q̄uez ordinem in naturis rerū legi
mus prefiguratū. Nam formica postq̄ diu
reptando laborauit in terra tandem natura
applicat ei alas. Ac si dicat ei natura. Neq̄-
q̄ vlterius reptando laborabis in terra. sed
nobiliorem statum viuendi indues volitan
do. sic in proposito in eo ꝙ iacob qui lucta-
tor siue supplantator dicitur tollitur ⁊ israel
imponitur iubetur a laboriosis operibus ab
stinere ⁊ contemplatio dei que est mentis q̄
etudo ⁊ amabilis valde dulcedo ei de cete-
ro indicitur. in qua super omnia mundi d̄le-
ctabilia delectetur. Verum quia per huius-
modi nominis impositionem iubemur deū
contemplādo ⁊ speculando in reliquum vi-
dere. quomodo illud fieri possit ⁊ quomodo
deus in hac vita videatur. vel si possibile sit
videri illud elaborandum est. Nam sacra e
loquia sanctorum in hac materia sibi vidē-
tur plurimū dissentire. dicitur eniz Exodi.
Non videbit me homo ⁊ viuet. sic etiā moy
ses dixit ad dominū. Domine si inueni gra-
tiam in oculis tuis ostende teip̄m mihi. Et
respondit dominus. Non potes videre faci
em meam. non enim videbit me homo ⁊ vi
uet. Item iob xxviij. Abscondita est sapien
tia ab oculis omniū viuentium. Item iohā
nis. Deum nemo vidit vnq̄. Qui omnes
in hoc consonant ꝙ deus videri non valeat
in hac vita. Cuius contrarium multis testi
monijs edocetur. dicit enī Jacob Gen̄. vt
supra. Vidi dominum facie ad faciem ⁊ sal
ua facta est anima mea. Vidit iob di. Audi
tu auris audiui te. nunc oculus meus videt
te Vidit ysa. vi. di. Vidi dominum sedentē
super solium excelsum ⁊ plena erat oīs ter-
ra maiestate eius. Vidit Mich. dicit. Vi-
di dominum sedentem super solium suuz. ⁊
omnem exercitum celi assistentē ei a dextris
⁊a sinistris Sic patet ꝙ sunt aliqui qui asse
runt deum posse videri. et aliqui qui affir-
mant eum nullatenus posse videri. quorum
controuersiam vnus ex eis ysa. videlicet dis
cutit. dicens quid ⁊ quomodo videatur Cū
enim diceret. Vidi dominum sedentem ⁊c.
subiunxit. Et ea que sub ipso erant replebāt
templum. Quod exponens Gregorius di.
Nos templum dei sumus. in quorum men
tibus habitare dignatur. sed ea que sub ip̄o
erant replebant templum quia quicquid d̄
illo modo conspicitur. hoc non est ipse sz sub
ipso est. Ea ergo que sub ipso erant implēt
templum. quia cum mens in contemplati-
one profecerit. non iam quod ipse est. sed il-
lud quod sub ipso est contemplatur. quoni-
nm ⁊ si angelus apparet infirme tamen mē-
tis desiderio satisfaciat. Vnde quecunq; ei⁹
misteria sic raptim conspicimus iam mul-
tum est ꝙ super nosmetipsos leuamur vnd̄
subiungit. Quid est ꝙ patres veteris testa
menti deum se vidisse testati sunt. cum tamē
deum videre non posse alij constanter affir-
ment. nisi hoc ꝙ patenter datur intelligi.
quamdiu hic mortaliter viuitur videri per
quasdam ymagines deus potest. sed per ip-
sam nature sue speciem non potest vt anima
gratia spiritussancti afflata. per figuras q̄s-
dam deum videat. sed ad ipsam vim eius
essentie non pertingat. Quamdiu ergo in
hac mortali carne viuitur nullus ita in con
templationis virtute proficit. vt in ipso iam
incircumscripti luminis radio mentis ocu-
los infigat. Neq; omp̄s deus iam in sua
claritate conspicitur sed quiddā sub illa spe-
culatur. vnde anima refecta proficiat ⁊ pt⁹
ad visionis eius gloriā pertingat. Quid est
g̃ dicere. Anno quo mortu⁹ est osias Vi. do
minū se. su. so. ex. et eleuatū ⁊ plena erat oīs
tra maiestate e⁹. et q̄ sub ip̄o erāt replebāt tē
plū. nisi qñ mdi elatio p superbū ⁊ presum-

¶ Sermo

ptorem regem. Osyam designatam a desi/
derio mentis occiditur ⁊ moritur. tunc vi/
demus dñm. hec est tũc mẽs nr̃a dei gloriaꝫ
ꝯtẽplatur. Q; aũt super soliũ excelsum ele/
uatũ sedisse dr̃. hũanã creaturã ⁊ animã ra/
tionalem cui per intellectũ deus presidet sig
nat iuxta illd̃ Sap̃. Aĩa iusti sedes est sapi
entie. que per dei pñtiã ad videndã ei⁹ glo/
riã eleuatur. sic em̃ dicit Gre. humana crea
tura solium excelsum ⁊ eleuatũ dr̃. q; ad ce/
lestẽ gloriã eleuata ꝓficit. Q; aũt subiungi/
tur. Et plena erat omnis terra maiestate ei⁹
hoc intendit. ꝙ anĩa sic visitata tanta abun
dantia gratiarũ illustratur. ꝙ etiã in corpus
qd̃ est terra redundat. qd̃ etiã ad sensum se/
pius est ꝯceptũ. Quid aũt sit templuꝫ gre.
iterũ insinuat dicẽs. Templũ eius hoc ẽ qd̃
solium. quia eternus rex ibi hĩtat vbi sedet
Nos ergo templum xp̃i sumus in quoꝝ mẽ
tibꝫ hĩtare dignatur sed ea que sub ip̃o erãt
replebant tẽplum q; quicquid de illo mo/
do ꝯspicimus adhuc nõ est ip̃e. Sic iacob
vidit angelum ⁊ vidisse se deũ fatetur. quia
cũ misteria eius ꝯspicimus iam multuꝫ est
sup̃ nosmetip̃os leuamur. ¶ R ¶ Veruꝫ
q; nec ysa. nec grego. explicãt quid sit illud.
qd̃ sub ip̃o existẽs impleat tẽplum. i. aniaꝫ
ysa. n. solum dicit ꝙ ea sub ip̃o sunt. et gre.
exponẽs hoc nil aliud dicit. nisi ꝙ ea que sub
ip̃o erant est quiddã qd̃ nõ est ip̃e. Ego ãt
curiosus explorator cupiens scire quid sit il
lud. in diuersis diuersa legi ⁊ nõ inueni ab
aliquo doctorũ moraliter explanatũ. Pro/
pter qd̃ o lector si ñ dedignaris accipe mediũ
sensum. nisi ⁊ tu inueneris meliorẽ. Deus
vt ait Moyses ignis ꝯsumẽs est. de⁹ vt ait
iohan. caritas est. Deus ergo ꝑm ambos ẽ
ignea caritas. qui cũ ad animã venerit. ip̃aꝫ
ex sui pñtia calefacit vt et ip̃a ignea caritate
ardere ĩcipiat. Illa g̃ inflãmata caritas q̃ ex
d̃i pñtia accidit anĩe. meo iudicio saluo me
liori est illud. qd̃ ysaias vocat sub ip̃o esse. et
implere templum. et quod Gre. vocat. non
esse id qd̃ est deus. Caritas ergo que afficit
animaꝫ sub illa caritate est que est deus. nec
etiã est deus qd̃ expresse declarat berñ dicẽs
Recte caritas deus ⁊ dei donũ est. itaq; cari
tas dat caritatẽ substantĩa accñtalem. vbi
dantẽ signat nomẽ est substantie vbi donuꝫ
nomẽ qualitatis. Qd̃ ergo Berñ vocat. ca/
ritatẽ accidentaleꝫ. hoc dicit ysaias. esse sub
deo ⁊ implere templum. et gre. quiddaꝫ esse
qd̃ nõ sit deus. Itẽ deus veritas est ip̃o dicẽ
te iohã. Ego sum via veritas ⁊ vita. qui cũ
ad animã venerit sua veritate illustrat aniaꝫ
ad cognitõeꝫ ⁊ sapientiã ⁊ talis illustratio il
luminãs animã. est illud qd̃ Esa. di. eẽ sub
deo ⁊ implere tẽplũ ⁊ gre. quiddam esse ꝙ
nõ sit ip̃e. Similiter deus est dulcedo iuxta
illud Sap̃. xvi. Substantiã tuã ⁊ dulcedi
nẽ tuã quã in filios habes ostendebas. hec
aũt dulcedo cum afficit animã ex sui presen
tia ad dulcorẽ. talis dulcor est sub ip̃o ⁊ non
est deus. primũ fit a patre. ꝑm a filio. terciuꝫ
a spiritusancto. Quod adhuc per similitu/
dinẽ possumus declarare. Tres virtutes ꝓ
cedunt a sole. scꝫ v̄t⁹ calefactiua. illuminati
ua ⁊ fructificatiua. et nil horũ est sol. sꝫ sunt
sub sole. dicimus tñ ꝯmuni modo loquẽdi
Video solem cuꝫ videmus splendorẽ in pa
riete. vel sol vrit me. cum hoc immediate ñ
faciat. sed ardor solis. Sic fit per omnem
modũ cũ deus per subiectã creaturã aparuit
patribus qui dixerunt se vidisse deum. cum
tamen creatura media vtpote angelus exte
rioribus sensibꝫ se obijceret vel aliqua ima
ginatoria species interioribus sensibus appa
reret. Nam de primo dicitur Genesis. cum
iacob luctans cum angelo dixit. Vidi domi
num facie ad faciem ⁊ salua facta est anima
mea. De secunda dicit Bernnardus Cum
diuini aliquid raptim ⁊ veluti in velocitate
chorusci luminis interfluxerit menti spiritu
excedenti siue ad temperamentũ nimij splẽ/
doris. vel ad doctrine vsum continue nescio
vnde assunt imaginatorie q̃dã reꝝ inferioꝝ
similitudines infusis diuinitus sensibus ꝯ
uenienter accõmodate. quibus adumbrat⁹
splendidissimus veritatis radius ⁊ ipsi ani
me tolerabilior fiat. et quibus illum cõmu/
nicare voluerit capacibilior fiat. nec solum
has duas apparitiones. sed nec purissimuꝫ
diuini nominis splendorem qui raptim q̃si
illuxerit dicimus esse deum. Quicquid eniꝫ
ab anima percipitur in eo ꝙ percipitur non
est de⁹. vñ antiqui sancti q̃ habuerẽt sine scĩa

Pet ad vincla.

simplicē sanctitatem crediderunt ⁊ dixerunt talem gratiā quā raptim in cōtemplatione senserunt esse deum. quod in libro sn̄iarum habetur pro articulo ꝯdemnato. ¶ S.

¶ Tercio ſuato ordine longe ante posito dicē dum est de benedictionis assecutione quam sancti homines ex premisso luctamine assequuntur. sic em̄ dicitur in p̄misso themate. Dimitte. n. me inquit Angelus ad Jacob iam em̄ ascendit aurora. Rn̄dit nō dimittā te nisi benedixeris mihi. Sequit̄ ⁊ bn̄dixit ei in eodem loco. Sic angelus magni ꝯsilij deus post luctamē beate ꝯtēplationis benedicit hominē ad omnez sanctitatē vite eius que nunc est pariter ⁊ future. Bn̄dicitur aūt ad tria. s. ad meritoꝝ multiplicatōez. virtutum vegetationē ⁊ ad sanctitatis perfectōez Primo dico benedicitur hō ad meritorum mltiplicatōez qꝛ post victoriā predictoꝝ luctaminū tā grati erūt d̄o ⁊ accepti hmōi victores. vt omne qd̄ agūt vel etiā patiuntur eis in meritū ꝯputetur. vt dicatur eis illd̄ Ecl. Sede comede in gaudio panē ⁊ bibe vinū in leticia. qꝛ deo placent opa tua. ac si dicat̄ Si sedere. i. quiescere comedere ⁊ bibere q̄ ſm corpus delectantur ⁊ placēt. multomagis omnia alia ad magna merita ꝯputātur Cum em̄ homo primū placet tunc per ꝯn̄s oīa sua placent. Nam vt ait Gre Nō abel placuit ex munere. sed mun⁹ placuit ex abel de hac bn̄dictione dicitur Gen̄. i. Bn̄dixit deus illis ⁊ ait. Crescite ⁊ multiplicamī ⁊ replete terrā. hinc Eccle. xi. Benedictio dei in mercedem iusti festinat ⁊ in honore veloci ꝓcessus illius fructificat. Item ad corn̄. Qui administrat semen seminanti ⁊ panē ad mā ducandum prestabit. multiplicabit semen nostrū ⁊ augebit incremēta frugū iusticie vestre. Secundo benedicuntur hi victores ad virtutū vegetatōm. cum em̄ in spirituali statu nemo possit ꝓficere nisi virtutib⁹ nobilitetur. ideo hec secunda benedictio est necessaria ad salutē. ex cuius efficacia virtutib⁹ vegetamur. Sic em̄ dicit bern̄. Deus virtutū nequaq̄ mētis thalamū ingreditur nisi lectulus ꝯscientie fuerit virtutib⁹ adornatus ⁊ subiungit. Quātū libet te affliges non dabit copiā sui nude anime nō insidet nisi virtutum vestib⁹ interiectis. De hac benedictione d̄r in p̄s. Bn̄dictōnem dabit legislator ibunt de virtute in virtutē. bern̄. Btē ⁊ scte vite locus in anīa esse nō poterit nisi medijs interiectis vestib⁹ dn̄o. n. sessuro super asellum vestes suas discipuli substrauerūt signātes deū nequaq̄ nude anime insidere. quaz nō inueniret ⁊ vestimēta virtutib⁹ ⁊ morib⁹ aplōꝝ. Tercio benedicuntur tales victores ad plenā sanctitatis perfectionē q̄ ex meritis precedentiū bonorum ita copiosa erit sufficiens ⁊ perfecta. vt ex virtute eiusdem bn̄dictionis om̄ia que sunt hoīs se disponēt ⁊ ornēt ad perfectionē. De hac bn̄dictione d̄r Eccl. xxx. dn̄i bn̄dictio quasi fluui⁹ inundās. ¶

¶ Sequitur q̄rtū p̄ncipale longe ante positū scilicet de diuine penitentie exhibitōne. qd̄ in eo quod subiungitur in predicto themate intelligitur cū d̄r. Ortusq̄ est ei statī sol. Quia post predicta quatuor luctamīa si tn̄ strennue vicerimus oritur nobis sol iusticie xp̄s deus noster. nō q̄ deū prius nō habuerimus cum sine eo penitus nihil possumus sed q̄ nobis modo oriatur cū flagrāti ⁊ amorosa dilectione luminosa ꝯgnitione ⁊ q̄ntū possibile est in hac vita gr̄osa fruitōne vt ad manū hēamus semper deū ineffabili dulcedine. nūc primū plenū deo obsequiū persoluentes iuxta illud Eccle. Cum ꝯsummauerit homo tunc incipit ⁊ cū quieuerit tūc operabitur. expectās cū gaudio vocatōez suā operante iesu xp̄o.

¶ LX De scō petro ad vincula.

Erat petrus dormiens inter duos milites Actuum. duodecimo. Dicit Gregorius. Res gesta aliq̄d in sancta ecclesia signat gerendū Sic quippe necesse est vt audiamus q̄ facta sunt quatenus cogitemus que nobis sunt ex eorum imitatione facienda. Hoc ergo festum qd̄ ad vincula petri dictū est. ad hoc institutū credim⁹. vt p̄ pet vīculatōez de pctōrū vīlis ꝯmoueam̄ ⁊ per eius liberatōez quō ⁊ nos liberari possim⁹ instruam̄. Res ergo gesta de petri liberatōe breuiter est tangēda vt p̄ eā q̄dā similitudine ad pctōꝝ liberatōem iusto ordīe veīam⁹. ¶ U ¶ Illa āt histo. tāgit

octo scz angeli ingressionē. carceris illumīa
tionē. lateris percussionē. petri excitationem
eius cinctionē. calciationē. vestimēti induti
onē. et angeli imitatōez. Primū tangitur ī
eo q̄ dicit angelus dñi astitit. scd̄m ⁊ lumē
refulsit in hīta. car. terciū ibi. percussoq̄ late
re petri. quartū ibi excitauit eū di. surge ve/
lociter. Quintū ibi precinge. sextum ibi. cal
cia te cali. septimū ibi indue te vesti. t. octa/
uū. et seq̄re me. Sed quid nobis ista histo/
ria proderit si nil in ea q̄d edificet inuenitur
aut cur tam diligenter ⁊ reuerenter in ecclia
annis singulis recitatur ⁊ retexitur. nisi eis/
dem spūaliter intellectis quiq̄ peccatores
possint a suoꝝ peccatorum vinculis liberari.
Quid em̄ per petrū vinculatū ⁊ liberatū ni/
si peccator accipitur. qui cum ab herode id ē
dyabolo vel per ꝯsensus inclinatōez. vel ma
li opis perpetrationē. captiuatur duabꝰ ca/
thenis. i. timore d̄ amissione boni ⁊ amore d̄
adhesione mali ꝯstringitur ⁊ ligatur. Qui
si liberari debet necesse est hoc fieri ꝑ omnia
predicta spiritualiter intellecta. Primo er/
go ad peccatorū liberatōez (q̄z per nos nequa
quam liberari possumus) necesse habemus
angeli ingressionē. Illius inq̄z angeli qui ꝑ
ysa. vocatus est magni ꝯsilij angelus qui est
deus. Nullus em̄ vnq̄z a peccatis absoluit̄.
nisi deus cor nostrū ingrediatur ⁊ dignetur
nos visitare misericorditer. Qd̄ intelligen/
tes ꝓphete certatim om̄es acclamabant. Vi
sita nos in salutari tuo dñe. Scd̄o postq̄m
carcerē cordis nostri ingredit̄. carcer noster
ad cognoscenda mala que ꝯmisimus eiꝰ p̄/
sentia illustratur. Tercio adhuc ꝓpius acce/
dens latus vbi cor est percutit per quod ad
penitendum surgitur sine mora. Ex his tri/
bus scilicet ingressione. carceris illuminati/
one ⁊ cordis percussione. qui in peccatis de/
lectabiliter dormiebat euigilare incipit. et ꝓ
fundissime penitere. Et sic in istorum triuz
virtute peccata nostra pelenissime remittun
tur ⁊ hoc quantum ad offensaz dei. ita vt si
talis morte preoccupatus discesserit in r̄fri/
gerio erit. Sed adhuc opus est multo labo
re. multo sudore vt macula cōtracta in anīa
deleatur. Dicit em̄ albertus super missam.
Oportet hominē per multa trahi añq̄z pec/
catū penitus deleatur. licet eniz de interiori
contritione offensa dei. que ad eternā penaz
obligabat per om̄ia sit sublata adhuc tamē
remanet macula que ad penā obligat tpalē.
et ideo sequitur in predicta hystoria. surge
velociter. Quarto ergo angelus magni con
silij q̄d est deus dicit nobis surge velociter
per exhibitionē operis ad satisfaciendū. ac
si dicat. Si post cordis ꝯpunctionē ⁊ pecca
torum remissionez mora viuendi accesserit
tunc predicta non sufficiūt nisi adiuncta fu/
erint que sequūtur. In verbo ergo resurre/
ctionis de satisfactione opis ꝯmonemur.

X Que aūt ⁊ qualia opa sint facienda vt
per ea dño satisfaciamus Sciendū q̄ tres
rerum habitus possidet omnis homo. s. res
corpus ⁊ animā per que possumus peccata
emendare. Nam de rebus d̄r thobie quarto
Elemosina ab omni peccato ⁊ a morte libe/
rat ⁊ facit inuenire miscd̄iaz ⁊ vitā eternaz.
hinc Eccle. Ignē ardentē extinguit aq̄ ⁊ ele
mosina extinguit peccatū Secundo peccata
per corporis exercitia emendamus. vnd̄ iob
xxx. Inueni in quo ei propicier ꝯsumpta est
caro eius suppliciis. Itē ps. Vide hūilitatē
meā ⁊ laborē meū. et dimitte om̄ia pcta mea
Tercio per exercitia anime peccata oīa emē/
damus. vñ. j. pe. iiij. dicitur. Caritatē conti
nuam hñtes. q̄z caritas operit multitudinē
peccatoꝝ. Sed ad quid proderit peccatorū
satisfactio nisi adiugatur eorundem pecca/
torum cessatio. Quinto ergo in predictis v̄
bis subiungitur precinge. quod est dicere.
Precinge lumbos tuos vt per continentiā
caueas ne satisfacienda iterum committan/
tur. Si enim laui pedes meos per satisfa/
ctionem. quid prodest si per cōtinentiā aut
similia nō cauebo? Qui enim baptisatur a
mortuo ⁊ iterum tangit eum. quid prode/
rit lotio illius. nam vt ait Bernardus. Erit
sine dubio iacenti q̄m recidiuanti deterius.
quia sicut dicit Ecclesia. Qui in vno offen/
dit multa bona perdit. Si ergo plene ⁊ per
fecte volumus liberari. cū petro p̄cingamꝰ
nos in artū statum. ne iterū cōmittamꝰ pec/
cata alia. Nā si in vna parte emēdamꝰ ⁊ in
alia ꝑte peccamꝰ. q̄ntū in vno liberam̄ tm̄ ī
altero irretimur. Hinc Ecclesia. Ve ingre/

pet' ad vinct.

dienti duabꝫ vijs. qꝛ nũq̃ ꝓueniet q̃ tende/
bat. qꝛ vt ibidem dr̃. Vnus edificãs ⁊ vnus
destruens quid prodest nisi labor. vnꝰ orans
⁊ vnus maledicẽs cuius vocẽ exaudit deus.
Neq̃ solum precingamur a peccati ꝯmissio/
ne sed ab omni carnali delectatione qd̃ caue
re monemur. Osee. viij. vbi dr̃. Noli leta/
ri israel. noli exultare sicut populi. ac si dicat
Noli gaudiũ tuũ ponere in d̃lectationibus
sicut faciunt seculares ⁊ filij huius mundi.
qꝛ vt ait iob. Lapides excauãt aq̃. qd̃ est di/
cere. Aque delectõnũ excauãt. i. eneruãt. lapi
des id est fortes homĩes. qui videntur duri
in laboribꝫ sicut lapides. hĩc dicit augꝰ. Si
animus noster habet vnde oblectetur extrĩ/
secus. sine delicijs manet intrinsecus qꝛ non
potest vtraq̃ possidere. Qualiter aũt ⁊ q̃m
diu predicta om̃ia agere debeamus instrui/
mur in subiunctis. ¶ Y ¶ Sexto ergo in p̃
dictis v̄bis subiungitur. Calcia te caligas
tuas. Ac si dicatur In om̃ibꝫ predictis quo
modo quisq̃ se regere debeat. et ea quãdiu
actitare exẽplaria instruant nos sanctorum
quos tanq̃ exemplaria inspiciamus. quod
nõ ex ꝓprio capite accipio. sed Grego. expo/
nẽs ait. Quid sunt pedes nostri nisi opera
nostra. quid vero calciamẽtũ nisi pelles mor
tuorũ animaliũ. calciamenta autem pedes
muniũt. Quid vero sunt mortua animalia
ex quorum pellibus nostri pedes muniũtur
nisi antiqui patres. qui nos ad eternam pa
triam precesserunt. quorum dum exempla
conspicimus nostrorum operum pedes mu
nimus. calciamenta ergo in pedibus habe/
re est mortuorum vitaꝫ conspicere ⁊ nostra
vestigia a peccati vulnere custodire. hec aũt
exemplaria hoc maxime vidẽtur astruere vt
vitam ipsoruꝫ in nos transferentes vsq̃ in
finem strennue perseueremus. Cum eniꝫ se
cundum philosophum vnaqueq̃ res a fi/
ne denominatur. nulla vita bona dicitur ni
si que in bonum finem fideliter perseueret.
Ille autem veraciter perseuerat. quoruꝫ vi/
ta de die in diem proficiens. per momenta
singula accipit incremẽta. Si enim bona vi
ta vsq̃ in finem ducitur affectu tamen lan
guente vel etiam deficiente talis vita licꝫ bo
na dicatur ex genere operis tamen veraciter
non est bona. quia quod melius est in opere
scilicet deuotio iã deficit. Sed affectus ⁊ ef/
fectus in nobis strennue perseuerẽt vt de no
bis dici possit quod de patriarcha ysaac di/
citur Genesis. xxi. Ibat proficiens atq̃ suc/
crescens. donec vehementer magnus effectꝰ
est. Et talis perseuerantia in paucis perma
net. quia circa vesperum vite languescere in
cipiunt ⁊ tedere. Quod Bern̄. lugens con/
queritur dicens. Non sine causa cuꝫ nobis
sint eadem principia conuersionis cum pa/
tribus. dispar valde conuersionis profectꝰ
inuenitur adeo vt cum ipsos de die in diem
profecisse. et cursum consũmasse legamus
apud nos iaꝫ magnus estimetur. si quis vl̃
ipsa conuersionis sue primordia conſuaret
vt non minus humilis. timoratus. solicitus
non minus feruẽs in medio q̃ in initio vid̃
retur. quibus in Apo. dicitur. habeo aliquid
contra te. ꝙ caritatem primam dereliquisti
Sed quid si predictis om̃ibus bene ꝑactis
homo incidat elationem di. in corde suo. il/
lud Luce. xiiij. Gratias tibi ago. quia non
sum sicut ceteri hominum. Erit sine dubio
sicut ait Gre. totum instar ꝯiecti pulueris
ventis obnoxium. et ideo subiungitur quod
valde necessariũ est ad predicta. ¶ A ¶ Se
ptimo ergo predictis annectitur. Indue te
vestimentis tuis. ac si dicatur. Ne a bonis a
deo tibi datis superbias. considera infirmi/
tatem carnis tue ⁊ memẽto quia cinis ⁊ pul
uis es. Q aũt per vestimentum corpus de/
beat intelligi docet Gre. di. super illo verbo
iob. ix. Abominabuntur me vestimẽta mea
Quid vestimenti nomine. nisi hoc terre/
num corpus exprimitur. cuius infirmitas
tanto diligentius cogitanda est. quanto a
domino sublimius promouemur. quod be/
ne faciebat Abraam qui cum a domino ad
tãtã familiaritatem esset assumptus vt cuꝫ
eo tanquam amicus cum amico loqueretur
ne ex hoc sup̄biret reuocauit ad memoriam
carnis sue vtilitatem dicẽs. Loquar ad do/
minũ meũ cũ sim cinis ⁊ puluis. De hac ꝯ
sideratõe monuit nos dñs. lu. ⁊ iohã. v. cuꝫ
cuidã sanato dixit. Tolle lc̃ꝫ t. ⁊ va. in do. t.
ac si diceret. Ne gr̃a curatõis sup̄bias tolle
lectũ infirmitatis tue ⁊ porta in domũ cogi/

tationis. vbi eandem ante oculos mētis po
sitam semper valeas meminisse. Hinc est q̄
illam fidelem dispensationē cū electis ⁊ di/
lectis suis dn̄s frequēter actitat. vt quanto
altius in gratijs ⁊ ꝯtemplationibꝫ subleuā/
tur. tanto turpioribꝫ ⁊ vilioribꝫ tēptatōnibꝫ
humiliantur. hinc Gre. Sancti viri q̄ sub/
leuāte spiritu ad summa rapiuntur q̄diu ī
hac vita sunt. ne aliqua elatione superbiant
quibusdam temptationibꝫ reprimuntur sic
q̄ fit certo moderamine vt vnusquisq̄ san/
ctoꝝ interius ad summa rapiatur. ⁊ tamen
adhuc tēptetur exterius. sicq̄ magno ordīe
ꝯgnoscimus quid in interiori profectu acci/
pimus ⁊ in exteriori defectu quid sum⁹ ⁊ mi
ro modo agitur vt nec de v̄tute quisq̄ extol
li debeat. nec de tēptatione desperet. q̄ dum
spūs sursum trahit. et caro retrahit. subtilis
simo interim iudicis moderamine infra sū/
ma ⁊ super infima in quodam medio anīa
liberatur. qd̄ cognoscentes viri spūales q̄n/
to altius proficiunt. tanto humiliando se
deijciunt dicente bern̄. Perfecti quiq̄ ⁊ spi
rituales cū ad robur ⁊ firmamentū virtutū
perueniūt. premūt se semper ⁊ deijciūt in id
qd̄ incipientiū est ⁊ inde infra se descendunt
repellere a se spiritū sanctū nō est in voto cogitantis. fit tamen ex culpa negligentis. vt spiritus discipline merito se auferat a cogitationibꝰ indisciplinatis. ¶ L ¶ Sexto ergo opa nostra facere debemus ex sincera caritate sine q̄ nullum opus q̄ntūcunq̄ de genere boni aliqualiter acceptatur. qd̄ expresse apl̄s insinuat. i. Corith. xiij. di. Si linguis hominū loquar ⁊ angelorꝫ. caritatē aūt non habuero factus sum tanq̄ es sonās ac cymbalum tinniēs ⁊c̄. In quibꝰ verbis ꝓponit q̄ttuor nobiliora exercitia que fieri pñt. probans per locū a maiori. vt si hec tam nobilia tam sup̄ma exercitia sine caritate nō valeant. multo minus mediata ⁊ minora exercitia valent. Quā autoritatē apl̄i. bern̄. exponēs sic di. Caritas est bonū in qua nec opus minimū despicitur sine qua nec maximū acceptatur. nō predicatō ⁊ si linguis angelorꝫ fiat. nō fides etiā si mōtes transferat. nō elemosina etiā si omnes facultates in cibos pauperū distribuat. nō corpis afflictio. etiā si tradatur corpus vt ardeat. non missarum solennia q̄ ante reconciliationē fratris munus prohibetur. Est em̄ fortis vt mors dilectio. que nihil aliud sinit amātem cogitare nisi qd̄ amat. qua em̄ parte sibi esse possit illius obliuio. qui p̄ter illos radios incircumscripti luminis. preter illos riuos incorrupte dulcedinis. quibꝰ ineffabiliter anīaꝫ influit ⁊ replet deus ⁊ amāti se prebere non cessat nihil sentit. Integrum quippe amator dei quocūq̄ se vertit familiarē habet ammonitōeꝫ amoris rebꝰ ip̄is pro speculo vtitur ⁊ in omni qd̄ cernit sui amatoris resultat memoria. Aspicit cuncta quō ꝯdidit fine. et in his om̄ibꝰ nō tam ammirabilis q̄ꝫ amabil' occurrit. atq̄ ex arra dilectōnis quā priꝰ tulit sapienter estimat q̄nta reseruauit in dotem castus columbinus q̄ oculus amor est. qui in rebꝰ humano vsui ꝯcessis nulla libidine figitur sed in transitoriis cōtēplatur eterna. Septimo opa nostra opari debemus opātiū multiplicitate. hoc est vt om̄ia mēbra corporis ⁊ om̄es affectus anime mutuo se adiuuēt ⁊ certatiꝫ ꝯueniāt in obsequiū xp̄i. q̄ sic d̄r in ꝓuer. xvij. Ubi frater adiuuatur a fratre. ibi firma est ciuitas. q̄ si fideliter se adiuuent cito proficiet bonum opus. Talis coadiuuatio multum placet deo sicut d̄r Eccl. In tribus beneplacitū est spiritui meo. q̄ sunt probata corā deo ⁊ hominibꝰ. quorum vnū est concordia fratrū. Si aūt hi fratres dissentire incipiunt. om̄e bonū quod agitur nihil valet. sic em̄ dicitur Eccle. xxxiiij. Unꝰ edificans ⁊ vnus destruēs. quid prodest nisi labor. vnus orans ⁊ vnus maledicēs. cuius vocē exaudit deus. taliter agēs homo nō proficit. Si em̄ lingua orauerit. manus aūt spoliauerit. aut manus elemosinā erogauerit ⁊ lingua blasphemauerit quid proficiet. certe nil prohibet paulus. i. Corinth. i. Fratres nō sint in vobis scismata. Sic itaq̄ omnia concorditer facimus adiuuante ieso xp̄o

¶ LXV. De assumptōe v̄ginis gl̄iose.

Dauid et omnis israel deducebant arcā federis domini in iubilo. para. xv ¶ U ¶ Dicit Hiero. Nulli dubiū quī totū ad laudē ⁊ gloriaꝫ filij pertineat. quicquid digne genitrici sue exhibitū fuerit. vt ergo in vna eademq̄ reuerentie exhibitione. et filium glorificemus. et matrē honoremus dignū duximus aliq̄d dicere. qd̄ laudem matris ⁊ filij gloriā redoleat. vt apud filiū meritū ⁊ apud matrē intercessionis gr̄am ꝯsequamur. Propter qd̄ sciendum q̄ gloriosa v̄go ⁊ mater dei ꝓpter infinitas eius prerogatiuas ⁊ excellentias que nec paucis verbis. nec figuris exprimi poterunt. multis est nominibus designata. et enigmatibus figurata. Nam propter vite eius sublimitatem celum. propter gratiarum fertilitateꝫ terra propter humilitatis profunditatem mare est appellata. Sic ⁊ in hoc loco propter reuerentiam quam patres antiqui veteri arce exhibebant. arca est vocata. In verbis ergo propositis quatuor intelligimus. scilicet assumentis dignationem. modi sumendi venerationem. assumpte persone sublimationem. omnium istorum spiritualem exultationem Primum ibi dauid ⁊ om̄is israel. scd̄m ibi. deducebant. tercium ibi. arcam domini. quartum ibi. in iubilo. Verum quia hec festiuitas ad personam assumptam. id est ad v̄ginē gl̄iosaꝫ q̄ nobis

In assumptione beate marie v

noīe arce ꝓponitur solū pertinet. ideo obmissis alijs duo dicātur de ea. scz de arce ad mariā ꝯparatione. scdo de nr̄a ad arcā exercitatōe

¶ Dicitur aūt beata virgo arca ꝓpter q̄tuor similitudines. scz ꝓpter celestis panis ꝯtinētiā. ꝓpitiationis clemētiā. pre ceteris excellentiā. obsequiorū reuerentiā. Primo dico q̄ per arcā btā virgo ꝯuenienter accipitur ꝓpter celestis panis ꝯtinētiā. qz sicut vetus arca celestē panē. māna viz in se continebat sic btā v̄go eū qui de seip̄o di. Joh. vi. Ego sum panis viuus qui de celo descendi. in se gerebat. Scdo dicta est arca ꝓpter ꝓpitiationis clementiā. qz sicut arca semper ꝯiuncta fuit ꝓpitiatorio dn̄o iubēte Exo. Pones ꝓpiciatoriū super arcam. sic ꝓpitiatio ⁊ misericordia sp̄ cōiuncta est virgini gloriose. hinc Bern̄. Sileat miscdiam ⁊ laudem tuā v̄go beata. qui te in suis necessitatib⁹ inuocatam sibi nō sentiat ꝓfuisse. et subiungit. Nos ergo seruuli tui ceteris in virtutib⁹ tibi ꝯgaudemus. Sed in miscdia tua potius nobisip̄sis. laudamus virginitatē. hūilitatē miram̄ sed miscdia tua miserijs sapit dulcius. hāc amplectimur carius. hāc crebrius īuocam⁹ Tercio btā virgo ꝓpter excellentiā arca dicitur. qz sicut antiquitus inter om̄ia vasa sanctuarij arca fuit excellentissimū atq̄ dignissimū. sic arca nr̄a gloriosa virgo inter om̄es puras creaturas dignissima est. et hz in omnib⁹ principatū. hinc ex persona eius dr̄ Eccle. xxiiij. Ego in altissimis habito gloriosa scz dignitate ⁊ excellentia. hinc Bern̄. Et si multa facta sunt in creaturis. nihil tn̄ tam magnificū tam excellens fecerūt opus digiti dei. Quarto gloriosa virgo dicta est arca ꝓpter obsequiorū reuerentiā precipue. quia dauid ⁊ vniuersus israel tria obsequia arce veteri exhibebant. q̄ etiā in hodierna festiuitate deus cū om̄i militia celestis exercitus reuerent cum arca nr̄a exercebat. Primo eniz antiqui p̄res arcā suā gaudenter deduxerūt. reuerēter introduxerūt. decenter locauerunt sic̄. i. paralip̄. xv. exprimit̄ euidēter. sic eadez triplex reuerētia regine nr̄e est hodie exhibita gl̄iose. Per dauid eī. qui manu fortis dr̄. deus intelligit̄. per israel aūt oīs exercit⁹ celestis militie accipit̄. qui hodie gl̄iosam arcaz nr̄am deduxerūt. introduxerūt. ⁊ gl̄iosissime locauerūt.

¶ Hec tria per ordinē ꝓsequentes. de primo dr̄. ij. Re. vi. Dauid ⁊ vniuersus israel d̄ducebāt arcā d̄ domo obededom in ciuitatē dauid. Hec aūt vniuersitas filiorū israel qui deducebant arcā in septem turmas erat partita. Sic eni subiungitur in p̄dictis v̄bis vbi dr̄. erāt aūt cū dauid septez chori. Sic noster dauid ihūs xp̄s ⁊ vniuersus israel. i. vniuersus exercitus celestis familie deducebant arcā nr̄am gl̄iosam videlicet v̄ginē mariā de domo obedd̄o. qd̄ seruitus interp̄tatur signās eccl̄iam militantem. Erat etiā noster dauid septē turmis siue choris stipatus viz anglis. p̄riarchis. ꝓphetis. apl̄is. martirib⁹. ꝯfessorib⁹. ⁊ v̄ginib⁹. cum his septē choris hodierna die deducebat arcā istā dauid nr̄. Hec deductio ꝯueniēter legitur Hester. i. vbi dr̄. Precepit rex assuer⁹ vij. eunuchis qui in ꝯspectu eius mīstrabāt vt introducerēt reginā corā rege. posito sup̄ capite eius dyademate vt oñderet cūctis populis ⁊ principib⁹ illius pulcritudinez. per q̄s eunuchos p̄dicta vij. genera scōrū possūt ꝯueniēter intelligi. Qui bn̄ eunuchi vocantur. qz sicut Lu. xx. dr̄. in resurrectōne nec nubēt nec nubētur. Scdo antiqui p̄res arcam deductā reuerēter introduxerūt. sic eī dr̄. ij. paralip̄. v. Post hec salomō ꝯgregauit om̄es maiores natu filioꝝ israel ⁊ cūctos p̄ncipes tribuū ⁊ capita fam̄liaꝝ d̄ filijs isrl̄ i irl̄z vt adducerēt arcā federis dn̄i de ciui. dd̄ q̄ est sylō. venerūt itaq̄ ad regē isrl̄ in die solēni mēs̄ vij. Cūq̄ venissent cūcti seniores isrl̄. portauerūt leuite arcā ⁊ intulerūt eā ⁊ omnem paturam. Per hunc regem Salomonez qui pacificus interpretatur. deus pater qui in sua diuinitate semper quietus existens. disponit omnia suauiter. qui cum omni exercitu celestis militie nostram arcam reuerenter introduxit.

¶ Nec enim vacat a misterio q̄ eandem arcam Dauid dicitur duxisse. et Salomon introduxisse. qz ihūs xp̄s per dauid qui manu fortis dr̄. est d̄signatus. eo q̄ in passione mortis forti manu ad redimendū genus humanū pugnauit. occurrēs matri eā gloriose deduxit. Sed deus pater per salomonē designatus. cuius ꝓprium est da-

re regnū. ipam gloriosius introduxit. Q ār ad patrē pertineat dare regnū. aperte testat filius Mat. xx. vbi filijs zebedei stulte petentibus dixit. Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicē quez ego bibiturus sum? Qui responderūt. Possumus. Et ait. Calicez quidem meū bibetis. sedere aūt ad dexterā meā vel ad sinistrā nō est meū dare vobis. sed quibus paratū est a patre meo. Cui pcordat illud Jaco. i. cum dī. Omne datū optimū et omne dōnū perfectū desursum est descendens a patre luminū. Unde quia supdictū est q̄ intulerūt arcā et omnē paturam

Propter quod sciendū. q̄ gloriosa regina hodie in regnū celoz est introducta cuz quadruplici apparatu. scz cū comitatus multitudine. diuitiarum magnitudine. decoris pulcritudine. delitiarum teneritate. His ār tuoz apparatibus gloriosa regina thalamū sponsi sui est introducta. De comitatus autem multitudine satis superius est expressū Secundo introducitur cum diuitiarū magnitudine. non cū talibus diuitijs que dantur hominibus in malum suum quas veritas vocat fallaces diuitias. sed cum diuitijs que vere diuitie sunt. Quarum tria sunt genera. scilicet diuine meritozum. virtutum et gratiarum. quas thesaurisauit gloriosa virgo super omnem puram creaturam. quia quaslibet habuit in summo prout poterant in via apprehendi. de quarum copia figuratiue dicitur. iij. Regum decimo. Non sunt allata vltra aromata tam multa q̄m ea que dedit regina saba regi salomoni. Hinc de his diuitijs dicitur Prouerbiozum tredecimo. Multe filie congregauerunt diuitias. tu vo supergressa es vniuersas. Tercio gloriosa virgo est hodie cum decoris pulcritudine presentata. Sic enim regine mūdi cuz vestium decore et ornatus pulcritudine suis sponsis presentantur. Est autem nostra regina cum septemplici vestimentozum ornatu celo hodie presentata.

Ipa enim sicut pie creditur cum corpore et ania est assumpta. Habuit ergo ex corpore quattuoz genera vestimentozum. scilicet claritatem. impassibilitatem. subtilitatem et agilitatem. que sunt quattuoz dotes corporis. q̄s post generalem resurrectionem corpora sanctozum consequūtur. Ex parte vero anime habet cognitionem. directionem. fruitionez in quibus septem ornatibus tanq̄ regalibus vestibus est presentata. De his enim vestibus dicitur Ruth. Induere cultioribus vestibus. De quo adhuc dicit ps. Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato. quātum ad vestium pulcritudinem. circundata varietate quantum ad vestium multitudinem. Quarto gloriosa vgo est hodie introducta cum deliciarum teneritate. De quibus ex persona celestium spirituum ammirādo dicitur in Canti. Que est ista que ascendit de deserto delicijs affluens innixa super dilectum suum. Quis enim has delicias estimare sufficiat. quas in primo aspectu filij quez non in enigmate vt in via. sed facie ad faciē contemplatur anima sua suscepit. que licet teneriime diligeret filiū. vidit tamen se viriliter in amando. de his dicit Bernardus. Quanta est hec aut vnde ei ascendenti de deserto tanta affluentia deliciarum. neq̄ enim inueniuntur pares delicie in angelis quos in ciuitate dei letificat fluminis impetus deliciarum. qui potātur a vultu glorie voluptatis dei. hanc introductionem gloriosam virginis beate prefiguratam legimus. iij. Regum decimo in regina Saba de qua dicitur Et ingressa ierusalem cuz comitatu multo et diuitijs camelis portantibus aromata. et auri infinitum nimis et gemmas preciosas. venit ad regem salomonem. In quibus vbis predicta quattuoz. scilicet comitatus magnitudo. diuitiarum magnitudo. decoris pulcritudo. delitiarum teneritudo designantur. Tercio salomon et vniuersus israel arcam veterem honorifice deductā. gloriose introductam inter duo cherubin reuerentissime locauerunt. Sic salomon noster cum omni exercitu celoz gloriosam nostram arcā inter duo cherubin. id est inter diuinam et creatam naturam reuerentissime locauerunt. vt sit sub solo deo et filio eius et super omnez angelozum et hominum creaturam. et hoc ē qō dicitur. iij. Re. ij. Positus est thronus matri salomonis q̄ sedet ad dexteram eius dixitq̄ ei Rex. Pete mater mi. neq̄ enim

In assumptione beate marie

phas est vt auertā faciē tuā. Ex quibꝫ verbis liquet. ꝙ nostre regine thronus immediate positus est sub deo. nō em̄ phas est credere ꝙ iesus xp̄s sue matri minorem reuerentiā exhibuerit. q̄ꝫ salomon sue matri. Q etiam super omnes creaturas sit locata ostenditur hester. iiij. vbi dicitur. Posuit solium eius super omnes principes quos habebat. ¶ H Est aūt nostra regina in hoc medio. scꝫ inter deum ⁊ creaturas collocata. ꝓpter tria. scꝫ ꝓpter deum. ꝓpter ip̄am ꝓpter nos. Primo ꝓpter deum. s. filium eius. vt in exhibitione tante dignitatis eius. filio reuerentia exhiberetur. hinc Bern̄. Decuit deū q̄ de honore parentū edidit preceptū. primum honorare matrē. vt fieret quod scriptū est Cepit ihūs facere ⁊ docere. idcirco ipse filius debitam reuerentiā matri exhibens ip̄am preferre debuit vniuersis. Scdo locari debuit in hoc medio ꝓpter seip̄aꝫ. vt q̄ ī hac via ⁊ vita sup omnes viatores in meritis. virtutibꝫ ⁊ gratijs excreuit super se solum filium hn̄s. merito in celo debuit collocari. Tercio hoc medium possidet propter nos. eo ꝙ in celo inter nos ⁊ deū habeat officiū mediatricis. ꝓpter quod in eius laudibꝫ sepe vocatur hominis ⁊ dei mediatrix. hinc Bern̄. Securū habes accessum o homo ad deū vbi ante patrē filium. ante filiū matrē habes. filius ostendit patri vulnera. mater ostendit filio pectus et vbera. nec vlla potest esse repulsa vbi tot caritatis concurrūt insignia. bern̄. Maria mirabili proprietate medium appellatur. ad illam enim sicut ad medium. sicut ad negotium seculorum respiciunt. et qui habitāt in celo. et qui habitant in inferno. ⁊ qui nos p̄cesserunt. qui nos sumus ⁊ qui nos sequuntur ⁊ nati natorum ⁊ qui nascuntur ab illis Illi qui sunt in celo vt resarciantur Illi qui sunt in inferno vt eripiantur. et qui nos precesserunt vt fideles inueniantur. et qui nos sumus ⁊ qui nos sequuntur vt glorificētur Itē aduocatā premisit peregrinatio nostra que tanq̄ꝫ iudicis mater ⁊ mr̄ miscdie supliciter ⁊ efficaciter salutis nostre negocia pertractabit. Ipsa est enim mediatrix nr̄a. ipsa est per q̄m suscepimus mīam tuā deus Cur aūt nobis ipsa sit posita mediatrix. bern̄. ite

rum ondit di. Deus in om̄ibꝫ ⁊ per om̄ia ꝓuidens nobis miseris. trepidatōem nostraꝫ solatur. fidem excitat. spem roborat. diffidentiam abigit. pusillanimitatem erigit. ¶ Ad patrē verebaris accedere o peccator solo auditu territus ad filiū fugias iesum. q̄ꝫ dedit tibi mediatorē. Quid nō apud talē patrem talis filius obtineat. exauditur vtiqꝫ pro reuerentia sua. Pater enim diligit filium. et omnia dedit in manꝰ eius An vero trepidas ad ip̄m accedere. frater tuus est. ⁊ caro tua per om̄ia temptatus absqꝫ peccato vt hoc nc̄os sit ex ossibꝫ nostris ⁊ caro de carne nr̄a. et didicit ex his que passus est miscdiam. hūc tibi Maria fratrē dedit Sed forsitan ⁊ in ipso maiestatē vereris diuinā. ꝙ licet factꝰ sit homo. mansit tamē deus aduocatū vis hr̄e et ad ip̄m ⁊ ad mariā recurrere. pura siquidem humanitas in maria est. nō modo pura ab omni ꝯtaminatione peccati. sed ⁊ pura singularitate nature. cui sola gratia est cōmendata. vtpote matri misericordie ad q̄m nihil pertinet de rigore iusticie. Nec dubius dixerim exaudiatur ⁊ ipsa pro reuerētia sua Exaudiet vtiqꝫ matrem filius. ⁊ exaudiet filium pater. Filioli hec est peccatorum scala hec mea maxima fiducia. hec tota ratio spei mee. Quid enim? Potest ne filius aut t̄pellere aut sustinere repulsam aut non audire aut non audiri. Neutrum plane. ¶ L ¶ Quarta causa predictis potest adijci. ꝙ idcirco in medio sit locata vt luceat omnibus qui in domo sunt. Sic enim ait filius mat. quinto. Neqꝫ accendunt lucernam et ponūt eam sub modio. sed super candelabrum. vt luceat omnibus qui in domo sunt Bernardus. Virgo gloriosa celos ascendit supernorum ciuium gaudia copioꝭ (sine dubio) cumulauit augmentis. hic Bernardus. Marie presentia totus illustratur orbis adeo vt et ipsa celestis patria clarius rutilet v̄ginee lampadis irradiata fulgore vt in singulis celestibus spiritibus super proprium splendorem luceat in eternum. Quod taliter est videre. Chorus patriarcharum rutilat per virtutem fidei. chorus prophetarum per virtutem spei. Chorus apostolorum per virtutem caritatis. Deinde autem chorus

martirū per virtutē ꝯstantie. chorus ꝯfesso/
rū per virtutē abstinētie. chorus virginuꝫ ꝑ
virtutē castitatis. q̄ p̄cipue celi gaudia me/
ruerūt. Sola aūt virgo cū plenitudine oīm
istarū virtutū veniēs singulorū virtutē illu
strat ⁊ irradiat. Ac si vni lumini mille lumi
na supaddas. hinc Bern̄. Merito virgo de
te plenitudo gratie predicatur. qꝛ nō defuit
tibi fides patriarcharū spes ꝓphetarū. cari/
tas apl̄oꝝ. ꝯstantia martirū. sobrietas con/
fessorū. castitas virginū. fecunditas ꝯiuga/
torū. puritas angeloꝝ. plenitudo deitatis. ⁊
ideo fides patriarcharuꝫ ex fide marie. spes
ꝓphetarū ex spe Marie. et sic de singulis cla
rius elucescit. Scd̄o de nr̄a ad arcaꝫ exercita
tione est dicenduꝫ. De qua scienduꝫ. ꝙ anti
qui patres tria exercitia ad arcā suā habuer̄t
Cū enī dn̄m offender̄t ad arcā fugerūt. cuꝫ
deū placauerūt hoc corā arca fecerūt. et cum
bellum inierūt. arcā secū portauer̄t. sic ⁊ nos
faciamus. cū deū offendimus. ad arcā fugi/
amus. sic enī mandatū est arce nostre. ysai.
Absconde fugientes. vagos ne perdas. Si
vero penitere volumus ⁊ dn̄m placare hoc
corā nostra arca faciamus supplicantes. vt
nos reconciliet deo. Si vero bella tēptatōis
sustinem⁹ in nobis. corde ⁊ mente arcā nobi
scum portemus. hinc Bern̄. Si insurgunt
temptōm mot⁹ respice. stellā voca Mariā.

LXVI. De eodem ſmo. II

Que est ista que a
scēdit de deſto delitijs affluēs inni
xa super dilectū suū Canti. viij. di. Bern̄.
D Qui facit qd̄ nēo facit mirant̄ homi
nes. ergo cū gloriosa v̄go in tam sublimi di
gnitate in md̄m venerit. per md̄m transie/
rit. de md̄o assumpta fuerit. ꝙ nūq̄ aliqua
pura attingebat creatura. ideo angelici spi/
ritus eius prerogatiuas singulares ꝯsiderā
tes ex affectu ammirationis quesierunt di/
centes. Que est ista que ascendit. ⁊c̄. Fecer̄t
autem de ea triplicē questionē. eo ꝙ ei⁹ mi/
rabiles dignitates vna interrogatione non
poterant explicari. quarum prima est. Que
est ista que progreditur quasi aurora. Secū
da que est ista que ascendit per desertum si/
cut virgula fumi. Tercia que est ista que a/
scendit de deserto delitijs affluens. Prima
querit de eius ingressu in mundum. secūda
querit de eius progressu per munduꝫ. tercia
querit de eius egressu de mundo. Prima q̄
rit de natiuitatis eius mirabilissima sanctifi
catione. secunda querit de vite eius sanctissi
ma conuersatione. tercia querit de eius feli/
cissima assumptione. Et hec triplex interro/
gatio patet per tres illas scꝫ prepositiones.
pro. per. de.. Nam per prepositioneꝫ pro no/
tatur progressus in mundum. per prepositi/
onem vero per. notatur transgressus per mū
dum. sed per prepositionē de. notatur egres/
sus de mundo. Et sciendum ꝙ hec tres inter
rogationes celestiū spirituū non procedūt
ex dubitatione sed potius ex ammiratione.
Obmissis ergo primis duabus interroga/
tionibus vtpote ad hoc festum minus perti
nentibus. de tercia interrogatione que ꝓprie
ad gloriose virginis assumptionem pertinꝫ
qd̄ dominus dedit prosequamur. In cuius
verbi expositione ne imperitiaꝫ ꝓprij sensus
sequar adducenda est. beati Bern̄. expositio
sic dicētis. Celestis curie principes in consi
deratione tante nouitatis non sine admirati
one clamant. Que est ista que ascendit de d̄
serto ⁊c̄. vt supra. ac si manifestius dicant.
Quanta est hec aut vnde ei ascendenti de d̄
serto tanta affluentia delitiarum. Neq̄ enī
inueniuntur pares delitie in nobis quos in
ciuitate domini letificat fluminis impetus.
qui vultu glorie potamur in torrente volu/
ptatis inebriamur. Que est ista que de sub
sole vbi nihil est nisi labor ⁊ dolor ⁊ afflictio
spiritus ascendit. tantis delitijs affluēs ⁊ su
pereffluens. Quorum ammirationi respō/
det Bernnardus sic di. Qui mirātur de ter/
ra d̄sta mariā ascendere delitijs affluentez.
mirentur potius pauperem christum de ce/
lestis regni delitijs descendentem. Longe e/
nim ampliori miraculo dignum videt̄ dei
filium paulominus ab angelis minorari. q̄
dei matrem super angelos exaltari. Ampli/
us mirentur dei filium de celestis regni deli
tijs descendisse in paupertatem. q̄ mariam
de paupertate ascendisse in celestium diuitia
rū voluptatē. E Que autem sint deli/
cie cū q̄bꝫ gl̄iosa v̄go d̄r ascendisse. iteꝝ bern̄.

In assumptione beate marie

expones ita di. Quid delicias dixerim. nisi plenitudinē gratie. virtutū abundantiam. prerogatiuā glorie singularis. In quibꝰ verbis beata virgo de triplici genere delitiarū ꝯmendatur. scilicet de gratiarum plenitudine. virtutum multitudine. glorie magnitudine. Quod videtur Jero. innuere. cuꝫ di. virgo beata plena fuit gratie. plena virtutū plena deo. Licet ergo de his tribꝰ generibus delitiarū tāta fuerit abundantia in Maria vt nulla lingua etiā angelica eos valeat explicare. de his tamen aliquid dicemus ne eꝰ laudem in silentio negligere videam̄. et primo de eius gratijs. scdo de eius virtutibus. saltem summis labijs attingamus obmittētes gloriā de qua nihil dignū poterit explicari. Licet ergo Maria plena fuerit omni genere gratiarum ꝯmendatur tamen beata ꝟgo a quatuor gratijs quas breuiter ꝑcurramus. Fuit enī ab om̄i peccato purissima in continua contemplatione deuotissima. ꝟgo ⁊ mater incorruptissima ⁊ omniū gratiarū plenissima. Primo dico fuit ab om̄i peccato purissima. quia nec originalis nec actualis minus aūt mortalis culpe macula resꝑsa extitit aliquādo. Unde ad laudem eius puritatis dr̄ Canti. Tota pulcra es amica mea et macula non est in te. s. alicuius pulueris peccatoꝝ. qd̄ nulli vnq̄ sanctoꝝ a m̄di origine est donatū. ꝓpter quod in scriptura a tribus rebꝰ mundissimis ꝓpter eius puritatē ꝯmendatur. scꝫ sole. luna. ⁊ aurora. Sol est clarissimū diei. luna splendidissimū noctis aurora vero lucidissimū vtriusq̄. hinc d̄ ea in canti. vi. dr̄ Que est ista que progreditur q̄si aurora. pulcra vt luna electa vt sol. hinc augꝰ. Ubi de peccato agitur. marie nullam fieri volo mentionē. vnde augꝰ di. Decuit reginā virginē. al' regiam ꝟginū singularis priuilegio sanctitatis absq̄ om̄i peccato ducere vitā. vt dū peccati mortisq̄ pareret peremptorē. vite ⁊ iusticie om̄ibꝰ obtineret largitorē. Idem puto ꝙ copiosior gratia in ipsam mariam descenderit sanctificationis. q̄ nō solum eius ortum sanctificauerit. sed et vitā deinceps ab omni peccato immunē custodierit. Est ergo intentio omniū istorū dictorū. ꝙ beata virgo immunis fuerit ab om̄i genere peccatoꝝ. qd̄ ⁊ angelus insinuare curauit di. ei in salutatōne Aue. i. sine ve. cū. n. ve. i. pena contra peccatuꝫ ꝓprie ordinetur. merito sine ve esse debuit. que peccati puluerem nō ꝯtraxit. Tanto ergo in eius corpore ⁊ mente puritas resplenduit. vt etiam impossibile esset eam licitis actibus matrimonij applicari. quia splendor diuinus ab eius mente ⁊ corpore tam virtuose resplenduit vt cum ipsa esset pulcerrima mulierum. nullꝰ vnq̄ q̄ntumcunq̄ lubricus eam posset concupiscere aliquando. alias enim sine peccato n̄ poterat permansisse. si eius pulcritudo q̄mq̄ hominē ad sui ꝯcupiscentiā inclinasset. ¶ F ¶ Secunda gratia fuit hec ꝙ in cōtinua ꝯtemplatione fuit deuotissima. Assert̄ enim precones eius deuoti. ꝙ ip̄a in illo deuotionis affectu fuerit ꝯtinue ad quaꝫ alij maximi sancti raptim ⁊ ad momentū temporis rarissime admittuntur. De qua deuotione precipua dicit Bern̄. Caro ⁊ sanguis vas luteū q̄nto talem ⁊ tantū expitur affectū vt diuino ebriatus amore animus oblitꝰ sui. factusq̄ sibi tanq̄ vas perditū. totꝰ pergat in deum. et adherēs deo. vnus cū eo spiritus efficitur sanctū dixerim ⁊ beatū cui tale aliquid in hac vita raro interdum aut' semel. et hoc ip̄m raptim atq̄ vnius vix mom̄ti spacio experiri donatū est. Te enī perdere qd̄ammodo tanq̄ non sis ⁊ omnino nō sentire teipsum. et a teipso exinaniri atq̄ pene anullari celestis est ꝯuersatōis non humāe affectionis. et subiungit. sic affici deificari ē. quia totum quod sentitur diuinum est. cui de humana affectione nihil penitus est admixtum In hoc ergo precipuo deuotiōis affectu beata virgo (sicut pie creditur) fuisse ꝯtinue predicatur. cui gratie tam maxime accedit alia gratia nō minus maxima. ꝙ ex tali sublimissima deuotione non fuerit mente alienata nec corpe debilitata. cum tamē alij sancti ex eadem deuotione raptim eis facta debilitati ⁊ in extasim rapti legant̄. vt pꝫ in illis tribus precipuis apl'is qui ad transfiguratōem dn̄i in mōte corā eis factā in extasim rapti fuert̄. sic em̄ legit̄ mat. xix. Assūpsit ihūs pe. ia. ⁊ io. ⁊ duxit eos in mōtē excelsuꝫ ⁊ transfiguratus ē an̄ eos ⁊c̄. vsq̄. non eniꝫ

sciebat petrus quid diceret. Sed quomodo
fiet istud. q̄ tenera puella ⁊ delicata virgo
tam excellentissimas super omnes viatores
gratias ferre potuerit sine extasi ⁊ mētis ali-
enatione. cū ad guttulas longe inferioris de-
uotionis robusti viri tanq̄ cera liquescant.
Ad q̄d respōdet nō ego sed angelus di. ma-
rie. Spiritussanctus supueniet in te ⁊c. q̄d
exponēs bern̄. di. Quid est virtus altissimi
obumbra. ti. et rn̄det. Qui potest capere ca-
piat. quis eniz accepta fortassis illa que hec
sola in se felicissime meruit experiri mēte ca-
pere ratione discernere possit. qualiter splen
dor ille inaccessibilis virgineis se visceribꝫ ī
fuderit. et vt illa q̄d inaccessibile est accede-
re ⁊ sufferre potuisset. de porciuncula eiusdez
corporis cui se cum matre ꝯtēpauit relique
masse vmbraculum fecerit. vnde q̄ sola per
se trinitas in sola ⁊ cū sola virgine voluit o-
perari. soli nosse cui soli datum est experiri. ⁊
sic dei virtus ⁊ dei sapientia xp̄s in suo secre
tissimo ꝯsilio obumbrādo te ꝯteget ⁊ occul
tabit quatenus tibi tm̄ notus habeatur ⁊c.
ac si angelus rn̄deat ad v̄ginē. Quid a me
requiris q̄d in te mox experies scies ⁊ felici-
ter scies. Sed illo doctore quo ⁊ deo aucto-
re. q̄d totū induximus vt ostenderemus q̄
virtute sine corporis debilitate ⁊ mētis alie-
natione tantā gratiā potuerit ꝯsuare. q̄z q̄ d̄
dit d̄uotōz. dedit ⁊ m̄tis ⁊ corpis ꝯsuationē
¶ G ¶ Tercia gratia qua eminebat virgo scā
hec est. q̄ mater virgo fuit incorruptissima.
q̄d nulli vnq̄ donatū vel ꝯcessum existit cre
ature. Unde in laude eius sancta canit eccle
sia. Genuit puerpera regē cui nomē eternū
et gaudiū matris hn̄s cū virginitatis pudo
re. nec primam similem visa est. nec hr̄e se-
quentē. hinc Bern̄. Si laudare voluero vir
ginitatem multe virgines offerunt regi licz
post eam. Si humilitatem predicauero in-
ueniuntur ⁊ alij licet pauci qui docente filio
eius facti sunt humiles. Si magnificare vo
luero misericordie eius viscera. inueniūtur
⁊ aliqui viri misericordie. quoruz iusticie ob
liuionem non acceperunt. Sed vnū est in
quo nec primā similem visa est. nec habere
sequentem. scilicet gaudiū matris cū virgi-
nitatis honore. Q si adijcias Cuius mater
est que iam lingua etiā angelica poterit di-
gnis extollere laudibus virginez matrē nō
cuiuscunq̄ matrē. sed dei. Duplex nouitas.
duplex miraculum. stupor ammirabilis. ne
q̄ enī dei filiū decuit alia mater q̄ virgo nec
virginē alius filius q̄ deus. hinc aug⁹. O
quis tribuit tante ammiratōis affectuz. O
quis cor nostrū dilatet ⁊ amplificet in affe-
ctū. vt tanti stuporis capiat magnitudinem
vt in ipsa exclamatione ammiratōis lingua
obmutescat. cor marcescat. vt nec exprimere
valeat quod sentit. nec reticere tante nouita
tis archanū. quanto em̄ profundius digni-
tas hec rimatur. tanto sublimius exaltatur
Hec ē em̄ gratia singularis ⁊ oīm gr̄arum
excellentissima virginē esse corpe ⁊ mēte et
ꝓposito īuiolatā. et cū hoc esse matrē nō cui⁹
cunq̄ de populo sed matrē dei. ¶ H.
Quarta gratia virginis beate hec est q̄ ip̄a
fuit omniū gr̄aruz plenissima. hinc est q̄ ex
eius persona dicitur Eccle. xxiiij In me gra
tia om̄is vie ⁊ veritatis. in me om̄is spes vi-
te ⁊ virtutis. vt nō solum sibi plena esset in
omni genere gratiarū. sed ⁊ haberet vn̄ tri
buat omnibus eaz inuocantibꝫ. ꝓpter quod
in predicto verbo statim subiungit. Transi-
te ad me omnes qui cōcupiscitis me ⁊ a ge-
nerationibꝫ meis adimplemini hinc Bern̄.
Cur in eā iam dudum plenā gratia spiritꝰ
sanctus superuenire dicitur. nisi quia sibi iā
dudum plena nobis fieret superplena ⁊ ido
facile moueri poterit vt effluat. Unde ratio
exigit vt vnumquodq̄ vas plenū tantuz de
sua plenitudine effluat. q̄ntū hoc magnū fu
erit q̄d immittitur. Et cum deus cuius ma-
gnitudinis non est finis post plenitudinem
gratie qua iam dudum plena extitit suis vi
sceribꝫ se infudit. Ipsa tantū gratie necesse
est vt effluat quantū ip̄e magnus est q̄z susce
pit deum. cum eternus sit ⁊ immensus ne-
cesse est vt in gloria fluat ⁊ effluat in eternū
hinc iterū Bern̄. di. Vere plena est gratia
quia de plenitudine eius accipiunt vniuer
si. captiuus redemptionē. tristis ꝯsolatōem
peccator veniā. iustus gratiā. angelus letici
am. filius hūane carnis substantiaz. deniq̄
tota trinitas gloriā. nec mediocris hec gratia
Marie. qua non solum sibi est plena. sed

In assumptione beate marie

nobis omnibꝫ supplena. nobiscū eñ bñ agi
tur si cuiuscūq; gr̃e portiūculā cōsequemur
sic enī ait ap⁹. Unicuiq; nostr̃ data est gr̃a
s̃m mensurā donatōis xp̄i. non sic marie da
ta est portio grāꝝ: sed ꝯsecuta est oēm grām
⁊ hoc in sūmo. Jero. Ceteris per ptes marie
vero se simul tota infudit gr̃e plenitudo. Ce
lebrantes g̃ ei⁹ assumptōem clamem⁹ in ce/
lū ⁊ miserebit̃ nostri di. Virgo dei genitrix
subueni clamātibꝫ ad te iugiter. Reuertere
reuertere sūamitis reuertere reuertere. Pri
mo dico reuertere ꝓpter naturā. Nūquid q̄r
ita deificata es: iō nostre hūanitatis oblita
es: nequaq̄ dña. Scis in q̄ discrimīe nos
reliq̄ris: vbi iacent miseri tui. Tui enī sunt
nec decet tanā mīam tante miserie obliuisci.
q̄r ⁊ si te subtrahit gl̃ia: sed reuocat natura.
Scdo reuertere ꝓpter potentiā. q̄r fecit tibi
magna qui potens est. ⁊ data ē tibi oīs po/
testas in celo ⁊ in terra. Quō enī illa ptās
tue ptāti poterit obuiare. q̄ de carne tua car
nis sue suscepit originē. Moueat te g̃ natu/
ra. moueat potētia: q̄r q̄nto potētior est tan/
to misericordior esse debes. ptāti tue cedit ad
gl̃am iniurias nō vlcisci cū posses. Reuer/
tere tertio ꝓpter amorē. scio dña q̄r benignis
sima es ⁊ amas nos amore īuincibili. q̄s in
te ⁊ per te filius tu⁹ sūma caritate dilexit. q̄s
scit q̄tiens refringis iraꝫ iudicis cū iusticie
virtus a pñtia deitatis egredit̃. Reuertere
q̄rto per singularitatē: q̄r sola es q̄ pre oībus
potes prestante iesu christo.

LXVII De eadem sermo tertius.

Scit omnis po-
pulus qui habitat infra portas
vrbis hierusalē: mulierē te esse
virtutis Ruth. iij. ¶ J ¶ Dicit bern. Ve
hemēter nobis dilectissimi vir vn⁹ ⁊ muli/
er vna nocuerūt: sed (grās deo) ꝑ vnū nihil
ominus virū ⁊ mulierē vnā oīa restaurant̃
Nec sine magno feruore grāꝝ. Neq; eniꝫ si
cut delictū ita ⁊ donū: sed excedit damni esti
mationē bñficij magnitudo. Sic nimirum
prudentissim⁹ ⁊ clemētissim⁹ artifex. q̄d q̄s/
satum fuerat nō ꝯfregit sed refecit: vt vide/
licet nobis nouū adam formaret ⁊ ex veteri
eua transfunderet in mariaꝫ. Quia sic eua
ex inobediētia fuit in oīe viciuꝫ ꝓcliuis. sic
noua eua in oīm virtutū abūdantia est for/
mata. Expedito g̃ vno s̃mone q̄liter gl̃iosa
virgo assumpta fuerit cū delicijs oīm grāꝝ
nunc s̃uato ordine dicendū est quō nihilo/
minus assumpta fuerit in abūdantia oīm
virtutū. q̄d rōe ⁊ autoritatibꝫ oñdi poterit
euidēter. Ratiōe. q̄r si ei virt⁹ aliq̄ defuisset
ex hoc ip̄a nō habuisset plenitudinē omniū
grāꝝ. q̄ntū. n. ei defuisset in virtutibꝫ: tantū
minus in gratijs habuisset. Sil̃r hoc idem
sacre scripture autoritatibꝫ ꝓbat̃. de ea nāq;
dicit̃ Eccl. l. q̄ ip̄a est vas auri solidū omni
lapide p̄cioso. ꝑ oēs lapides oēs virtute vo
lens intelligi. Q̄ aūt addit̃ p̄cioso hoc insi/
nuare voluit q̄ easdeꝫ oēs virtutes nō viri/
liter nō mediocriter habuit: sed in sūmo. de
quo ⁊ ip̄a gloriat̃ Eccle. xxiiij. di. Ego in al
tissimis habito. ac si dicat. Quicq̄d in gra/
tijs ⁊ virtutibꝫ actiōibꝫ ⁊ deuotiōibꝫ est al/
tissimū in his est mea ꝯuersatio. hinc etiaꝫ
ip̄a sub methaphora dicit̃ paradisus. de q̄ di/
cit̃ Gen̄. ij. Plantauerat aūt dñs de⁹ para
disum voluptatis a principio. q̄r sicut in pa
radiso oīe lignū pulcꝝ visu: ⁊ ad vescendū
suaue plantatū fuerat. sic in maria oēs vir/
tutes in sup̄ma pulcritudine sūt plantate.
hinc bern. exponēs illud ꝓuer. ix. Sapiētia
edificauit sibi domū. excidit colūnas septeꝫ
di. Sapīa diuina ad nos veniēs de sinu pa
tris edificauit sibi domū ip̄am. s. mariā in q̄
septē colūnas excidit. Quid ē in ea septē co
lūnas excidere nisi sibi dignū habitaculum
virtutibꝫ ⁊ opibꝫ prepare. q̄r (vt ait Greg)
ꝑ septenariū numeꝝ vniuersitas designat̃.
His g̃ p̄missis in quibꝫ oñdim⁹ q̄ oēs v̄tu
tes habuerit: ⁊ hoc in sūmo. nūc ad expositi
onē thematis veniam⁹: in q̄ premittit̃. Scit
oīs ꝓpl̃s qui habitat infra portas vrbis mu
lierē te esse virtutis. ac si dicat̃. Scit oīs po
pulus qui ꝑ fidei deuotiōem habitat infra
portas vrbis. s. ecclesie. ¶ K ¶ Scim⁹ aūt
hoc tripliciter scꝫ ꝑ dei electionē. ꝑ scripture
cōmendationē: ⁊ ꝑ bñficioꝝ exhibitionem
Primo dico scim⁹ eā esse mulierē virtutis
ꝑ dei electionē. Que enī inter oēs mulieres
eligit̃ mr̃ dei: necesse est vt oīm virtutū abū
dantiā possideat in sup̄mo. vñ sup̄ illo ver/

Sermo

bo pe. Elegit dñs syon: elegit eã in habitati onem sibi. di. Aug⁹. Elegit dñs syon. i. ma riã in alto omniũ virtutũ grãꝝ positam: vt per carnis habitatõem in ea habitaret quã cũ nullatenus inhabitaret nisi in suprẽmo oẽs virtutes ꝛ grãs possideret. Scõdo scitur esse mulier virtutis ex scriptꝝ prẽdatiõe. di eñ bern. Licet de virgine gl'osa oñes loqui gestiant. quicqd tñ de indicibili dicit: eo ipo quo dicit min⁹ gratũ fit ꝛ minus placeat et minus acceptet necesse est. Tertio scit mu lier esse virtutis ex bñficiꝝ exhibitiõe: que vt de oĩbꝫ taceam⁹. hoc gloriosissimũ mun⁹ nobis dedit deũ piter ꝛ redemptorẽꝝ hĩc est qꝫ ipa gloriat ecclia. xviij. Ego feci vt oriret lu men indeficiẽs. ꝛ rectꝝ. Videte qꝫ nõ solum mihi laborauit: sed oĩbꝫ exquirẽtibꝫ veritatẽ ¶ Q Vnde ꝓ qꝫ oẽs virtutes habuerit. omis sis omnibꝫ alijs solũ de tribꝫ ei⁹ virtutibus disseramus. s. hũilitate. mia ꝛ caritate. Pri mã habuit sibi. scõaꝫ nobis. tertiã deo. Pri mo dico habuit hũilitatẽ. de q̃ gloriatur in cantico suo di. Quia respexit hũilitatẽ ancil le sue: q̃ fundamẽtũ est omniũ virtutũ. qui eñ vt ait gre. virtutes ceteras sine hũilitate ꝓgregat sic est. ac si in ventũ puluerẽ portat hinc bern. Audeo dicere qꝫ nec marie casti tas placuisset si ei⁹ hũilitas ñ extitisset. Cuꝫ aũt in ore duoꝝ vel triũ stet omne verbũ. tõ beata virgo sue hũilitatis testimoniũ cõpro bat tribꝫ signis. s. cogitatiõe. locutiõe. ꝛ ope ratione. qõ est di. Gloriosa virgo suã hũilita tem bis tribꝫ testtibꝫ. s. cogitatiõe. locutione ꝛ ope cõprbauit. Q aũt in corde hũilitatem habuerit ex ipius verbis ꝓgnoscim⁹ que de cordis sui hũilitate deũ testẽ traxit. Paꝫ cũ tanta ei gloria vt esset mr dei per angelũ nũ ciabat: cũ p elizabeth mater dñi salutabat. ipa humilitatẽ in corde retinens angelo re spondit. Ecce ancilla dñi. ad elizabeth autẽ dicebat. Respexit hũilitatẽ ancille sue. Ac si diceret. Grãm quaꝫ mihi a dño nunciatis nõ mihi ꝓuenit ex vite sanctitate. nec meri tor q̃ntitate vel corpis castitate sed ex cordis hũilitate quã in corde habeo teste veritate. Paũ s. cut dicit. iij. Re. Tu de⁹ sol⁹ nosti cor da hoim. ꝛ illud. videt hõ in facie. de⁹ aũt in tuetur cor. Quã hũilitatẽ ꝓmẽdat bern. di. Non magna virt⁹ hominẽ esse hũilẽ in ab iectiõe: sed magna omnino ꝛ rara virt⁹ hu militas honorata. Scõm testiõm ei⁹ appa ruit in locutiõe in eo qꝫ tã sublimis. tam san cta. tam ad oẽm veritatẽ illũiata. tã raro vi sa est ꝓferre ꝑmonẽ: sed in taciturnitate silẽ tio semꝑ hũilitas se abscondit. vnde bern. de eius taciturnitate di. ¶ Q In omni re tu q̃ruor euãgelioꝝ (si bñ meminim⁹) ma riam nõ nisi q̃ter legim⁹ ꝓtulisse sermonez Primo q̃dem ad angelũ: sed cũ iam semel atq; iterꝝ allocut⁹ ea fuisset: cũ di. Ecce ancil la dñi: fiat mihi ꝑm verbũ tuũ. Scõdo ad eli zabeth cũ vox salutatõis ei⁹ iohãnẽ exultare fecit in vtero. nã illa magnificante mariã at q̃ dicẽte. Vñ mihi hoc qꝫ mater dñi mei ve nit ad me? Ecce vt audita est vox salutatõis in auribꝫ meis. exultauit ĩ gaudio infans in vtero meo. ipa magis dñm magnificare cu piens dixit. Magnificat anima mea dñm. Tertiũ verbũ locuta est ad filiũ cum iã esset annoꝝ xij. Quãdo ascẽdentes ad diẽ festũ hieruſalẽ pentes ei⁹ ipm pdiderũt ꝛ per tri duum q̃sierũt dicẽtes ad filiũ. Fili q̃d feci sti nobis sic: ego ꝛ pr̃ tuus dolẽtes q̃rebam⁹ te. Quarto locuta est in nuptijs ad filiũ et ministros dicẽs ad filium. vinũ nõ hñt: ad ministros vero dixit q̃cunq; dixerit facite. Et hoc q̃ruor ei⁹ verba tãte ꝛ tutis fuerunt ꝛ efficacie vt ad singla hoc singlariter plata sunt miracula subsecuta. Paꝫ ad primũ ei⁹ verbum q̃ dedit fidẽ dictis siue legatõi arch angeli di. Ecce ancilla dñi ꝛc. verus deus ꝛ hõ in ei⁹ vtero se recepit. Ad scõm vero ver bum qõ ad elizabeth est locuta. infans i vte ro mr̃is exultauit. Ad terciũ vero verbũ. qõ ad filiũ dixit. Fili q̃d fecisti nobis sic de⁹ obe diuit hominĩ cui obedit omnis creatura. sic eñ dicit in euange. ꝛ erat subdit⁹ illis. Ad q̃rtũ vero verbũ aq̃ in vinuꝫ in nuptijs est murata. Vñ licet de virgine gloriosa mul ta gesta legamus. vicꝫ qꝫ pastores veneraũt ꝛ inuenerũt mariã ꝛ infantẽ positũ i ꝓsepio Itẽ qꝫ magi introeũtes ĩ domũ inuenerunt mr̃ã ꝛ puerꝫ. Itẽ qꝫ inducẽs puerꝫ i rẽplũ mr̃a audiuit a symone. ꝛ maxie. ꝓ hanã illã miserabilẽ: qꝫ ei⁹ aĩam veberet gladius pr̃ transire. In omnibꝫ tñ his gestis verbum

In assumptione bte me

non legit̃ rñdisse. sed scriptũ legimus. Maria aũt ꝯseruabat oñia verba hec cõferens in corde suo. hinc bern. In oĩbus q̃ de ipo incarnatõis mysterio legimus: nõ inuenimus mariã (licet p̃ oĩbus creatueris hoc ip̃z incarnatõis mysteriũ ꝯgnosceret) verbũ modicũ ꝓtulisse. vñ subiungit. Ue nobis qui spũm hẽmus in naribꝫ. qui iuxta illud comicum pleni rimaꝝ effluimus. vñ q̃tiens maria audiuit filiũ: nõ modo turbis loquentẽ in parabolis: sed ⁊ discipul' seorsũ regni dei mysteria reuelantẽ. miracula facientẽ. vidit deum in cruce pendentẽ. vidit expirantẽ. vidit ⁊ resurgentẽ. vidit ⁊ ascendentẽ. sed in oĩbꝫ his q̃tiens verecundissime virginis. q̃tiens pudicissime turturis nihil auditũ est. nõ dixit fili. mea interest q̃ certa sum de mysterio incarnatõis edissere ⁊ secreta tue natiuitatis reuelare. Tertiũ testiõm eiꝰ hũilitatis est operatio. nã in oñi statu vie ⁊ vite eius q̃ ꝑfecit ⁊ cõpleuit ꝑfectõem tante sue sublimitatis. nõ legit̃ nec inuenit̃ fecisse aliq̃d miraculũ: cũ tñ apl̃i in infinitũ inferiores legant̃ cecos illuminasse. claudos sanasse. mortuos suscitasse: ⁊ alia miracula multiplicasse. hec aũt sub hũilitatis pallio se abscondit. adeo vt nulli hoĩm imo nec apl̃is talis innotesceret q̃lis fuit. Vñ sepe ꝑ hester q̃ absconsa interp̃tat̃ p̃figurata est: q̃ ex sua ꝑsona di. Tu scis ꝙ abhominer signũ suꝑbie gl'e mee q̃d est suꝑ caput meũ in diebꝫ ostentatõis mee ⁊ testor illud q̃si pannũ mẽstruate. ¶ N ¶ Scd̃a virtus gl'ose virginis est mĩa quam vtiq̃ ꝓpter nos qui miseri sumus est copiosissime ꝯsecuta. Angelus eñ ea nõ indiguit sed ⁊ dyabolo ꝓdesse nõ potuit. g̃ solũ nobis eius mĩa ꝓfuit. alias eñ talis ⁊ tãte mĩe sue d̃no ĩatõ caderet ab effectu: si nõ h̃ret in quibus eandẽ mĩam exerceret. hinc bern. Nos seruuli tui ceteris in virtutibꝫ ꝯgaudemus tibi. sed in mĩa potius nobis ip̃is: laudamus virginitatẽ. hũilitatẽ miramur: sed mĩa tua nobis miseris sapuit dulcius. hãc amplectimur carius. recordamur sepiꝰ: crebriꝰ inuocamus Sunt aũt tres cause ex quibus mĩa effluit ⁊ suꝑeffluit virgo sancta. s. ex naturalis clementie affectõe. diuine nature cuꝫ ea ꝯiũctiõe ⁊ pctõꝝ recõmendatõe. Primo ergo virgo gloriosa tantã habuit mĩam ꝓpter naturalẽ ⁊ ingenitã eiꝰ dulcedineꝫ: q̃ se a q̃cunq̃ miseria nõ poterat cõtinere quin pia cõpassione oĩm miseriis affectuosissime cõpateret̃. De q̃ ꝯpassiõe di. bern. Maria duplici adiuta ãminiculo. s. gr̃a ⁊ natura. Natura. n. tanto suꝑabũdabat ⁊ effluebat liq̃re mĩe: vt nulli vnq̃ se inuocanti deesse possit qꝛ teste angl'o añ conceptõem filij dei plena fuit gr̃a. iõ post ꝯceptõem oportuit eã effluere: ⁊ iõ facile mouere potuit ad liq̃rẽ mĩe effundendũ. hinc iteꝝ bern. Sileat mĩaꝫ tuã virgo beata qui eã in suis necessitatibus inuocata sibi sentiat defuisse. iõ quisq̃s es qui te intelligis in hoc seculo magis ꝓfundare ⁊ inter ꝓcellas ⁊ tempestates fluctuare: ne auertas oculos a fulgore sideris huiꝰ. s. maris stelle: si nõ vis obrui ꝓcellis: si surgãt vẽti temptationũ: si incurreas scrupulos tribulationũ. respice stellã. voca mariã. si iactaris suꝑbie vndis: si ambitõnis: si emulationis respice stellã voca mariã. si iracũdia aut auaricia aut carnis illecebre nauiculã mẽtis cõcusserit. respice stellã voca mariã. Si criminũ immanitate turbatꝰ. ꝯscie feditate cõfusus. iudicij horrore ꝑterritꝰ baratro incipias absorberi tristitie. desꝑatõis abysso mergi. respice stellã voca mariã. ¶ O ¶ Scd̃a causa tã suꝑeffluẽtis mĩe virginis gl'ose est ꝯiunctio siue vnio diuine mĩe. Ex eo eñ ꝙ deus qui nõ solum est misericors: sꝫ eterna mĩa se carni sue inuoluit ⁊ vniuit. ex hac cõiunctõe imo vnione beata v̄go tã copiosissima mĩa est affecta. hinc ẽ ꝙ ꝓpter eandẽ vnionẽ a fidelibꝫ mr̃ mĩe ẽ vocata. ꝓpter q̃d di. bern. Nõne qui pomũ habuerit in maũ dimidia die ꝑ reliquã ꝑtẽ diei manus seruabit odorẽ. Eterna g̃ mĩa qꝛ. ix. mẽsibꝫ in vtero eiꝰ req̃euit. iõ nec̃e est vt in eiꝰ mente mĩa redoleat in eternũ. hinc iteruꝫ di. bern. Quis mĩe tue bñdicta longitudinẽ. latitudinẽ sublimitatẽ ⁊ ꝓfundũ valeat inuestigare. Naꝫ lõgitudo eiꝰ vsq̃ ad diẽ nouissimũ subuenit vniuersis. latitudo vero tua replet orbẽ terrarũ. sublimitas tua suꝑne ciuitatis fecit restitutõneꝫ siue restauratõem ⁊ ꝓfundũ tuũ sedentibꝫ in tenebris ⁊ in vmbra mortis obtinuit redẽptõem. Tertia cã ꝓpter quaꝫ mĩa

effluit in eternum est pctōrū recōmendatio quā fecit filius ei pendens in cruce: cū ostendens ei iohānē dixit. mulier ecce filius tuus ad discipulū autē. ecce mater tua. Johānes eñ gratia dei interpretat. Quid g̃ ꝑ iohannē nisi pctōr per pñiam in grām dei recept⁹ intelligit. talē ergo iohannē siue talē pctōrē filius in cruce matri recōmendat. In q̄ recōmendatōe vt sentiūt doctores tam ꝓfundissimā mīam eius immersit in visceribus. vt nulla vnq̄ tā immanissima culpa inueniri possit q̄ locū gratie nō inueniat apud eā vñ bern. Quid tibi negabit cū negatum nō est theophilū de ip̄is ꝑditōis faucibꝫ reuocare. infelicē animā totū illud qd̄ in te factū est: ꝓprio caractere denegantez de luto miserie subleuasti. Licet. n. prius sepe fuerit fili⁹ apud mrēm: vt ei posset alias recōmendare pctōrem: tñ hoc ad illū locū. ad illud tp̄us. ad illam horā voluit reseruare: vt eadē recōmendatio ꝓfundi⁹ eius visceribꝫ immergeretur. ac si di. Aciende mater q̄d ꝓ pctōribꝫ patiar: ne tantus me⁹ labor ⁊ dolor frustret tibi eos habeas recōmissos: vt cum iusticie virtus ad puniendū pctōrem a deitate egredit. tu te oppone. tibi nō iusticia sed mīa est cōmissa. Tertia virt⁹ est caritas: quaꝫ ꝓpter hui⁹ ſmonis ꝓlixitatez in alijs pertractabimus illuminante iesu christo.

¶ LXVIII. ¶ De eodem q̄rtus.

Signū magnum apparuit in celo: mulier amicta sole ⁊ luna sub pedibꝫ eius: ⁊ in capite eius corona stellaꝝ. xij. apoc. xij. Dicit bern. Si rerū precia de raritate pensem⁹: nihil his rarius poterit inueniri: q̄ꝫ ꝙ mulier sole vestiat luna ab ea ꝯculcat ⁊ stellis. xij. coronat. q̄rū verboꝝ sensus tanto diligētius interi⁹ inquiratur: q̄nto nobis in eisdē verbis exterior significatiōis ꝯuenientia denegat. ¶ P.

¶ In verbis g̃ ꝓpositis ad cōmendationē gloriose virginis tria possum⁹ cōsiderare. s. vite eius sanctitatē: q̄ solis noīe declarat. oīs defectus immunitatē. qd̄ lune noīe significatur: stat⁹ sui singularitatez qui in stell. xij. insinuat. Primum ibi. mulier amicta sole scd̄m ibi. ⁊ luna sub pedibꝫ eius. tertiuꝫ ibi. in ca. ei⁹ co. stel. xij. Incipientibꝫ ergo nobis ab inferioribꝫ primo dicam⁹ de lune suppeditatione. scd̄o de solis descriptiōe. tertio de stellaꝝ coronatione. De primo g̃ sciendū ꝙ ꝑ lune suppeditatōem omniū defectuū hūano generi adiacētiū immunitas siue suppeditatio designat. Per lunā nanq̄ q̄ nūc crescit: nūc decrescit. nūc plena. nūc semiplena. nunc minus plena videt: defect⁹ nostri quibus nūc variamur de bono in malū de malo in peius designant. Vanes eñ lunaꝫ designans idē est ꝙ defect⁹ ꝑ lune ergo suppeditationē omniū defectuū designam⁹ ꝯculcationē: in q̄ mirifice beata virgo est cōmēdata: q̄ oēs defect⁹ hūano generi ex p̄uaricatione ꝑentū primoꝝ adherētes sub pedibꝫ ꝯculcauit. Cū eñ pctm nō habuit: caruit etiā defectibꝫ ꝓuenientibꝫ ex peccato: qꝛ vbi cā nō fuerit: deficit ⁊ effect⁹. hinc bern. Defectus oīs sub maria est. ⁊ quicq̄d fragilitatis seu corruptōis est: excellentissima q̄dam sublimitate oīa excedit. vt merito sub pedibus ei⁹ luna esse dicat. alias eñ nihil magnū dixisse videbimur quā super oēs celestes spūs cherubin ⁊ seraphin ābigim⁹ exaltatā. Qui aūt sint defectus hūano generi adiacentes: ⁊ a beata virgine viriliter ꝯculcati. insinuat bern. di. Quis nō vere hūiliabit in cognitione defectuū suoꝝ: cū se percepit oneratum peccatis moleq̄ hui⁹ corpis grauatū: terrenis intricatū curis. carnaliū desideriorū infectū fece curuū cecū infirmuꝫ implicitum mille erroribꝫ. expositū mille piculis. mille timoribꝫ trepidū. mille difficultatibꝫ anxiū. mille suspitionibꝫ obnoxiū. mille necessitatibus erūnosum ꝓcliuē ad vicia. inualidum ad virtutes. Verū qꝛ impossibile est de his millenarijs ꝑ oēs defect⁹ narrare. de his aliq̄s extraham⁹: vt in eisdē videam⁹ quō beata virgo oēs defectus cōculcauit. ¶ Q.

¶ Sunt aūt nouē defectus q̄bus retardamur a quibus omnibus immunis extitit virgo sancta. q̄rū primus ꝯsistit in peccati feditate scd̄us in boni difficultate. terti⁹ in mali pronitate. q̄rtus in cordis instabilitate. quint⁹ in ignorātie cecitate. sext⁹ in diffidētie pusillanimitate. septim⁹ in timoris ⁊ amoris inordinabilitate. octau⁹ in corpis infirmitate

In assumptione beate marie v.

tionus in multiplici necessitate. Primus g̃ defectus est ip̃m peccatuz cum trimẽbri sua diuisione: scz originali. veniali ⁊ mortali: q̃ om̃es sancti in hac via ⁊ vita sunt graui⁹ retardati. a q̃ defectu quia beata virgo ĩ vtero matris sanctificata et purgata fuit. iõ hunc primũ defectum sub pedib⁹ ꝯculcauit. Peccatũ aũt idcirco defectuz dicim⁹. qꝛ oẽs defectus tanq̃ aq̃ fluũt ab ip̃o ⁊ tanq̃ a radice iusto ordine deriuant̃. Scd̃us defectus cõsistit in boni difficultate a primo tanq̃ riu⁹ a fonte scaturiens. ꝑ quẽ defectũ difficulter bonũ facimus. ⁊ ea q̃ facim⁹ ex tedio ⁊ nausea sepe fiunt. ex q̃ difficultate bona nr̃a sunt pauca: tediosa: defectuosa: tepida ⁊ multis vilitatib⁹ sunt ꝑmixta: ⁊ iõ bonum raro facimus vt oportet: ⁊ si facimus nõ tñ diu. si tñ aliq̃diu: nõ tñ ea tanta viuacitate facimus vt fructũ debitũ ꝯseq̃mur. Beata aũt virgo qꝛ peccato caruit: per ꝯñs caruit hoc defectu vñ in opando bonũ nullã habuit resistentiam. sed qñ voluit q̃diu voluit iuit in actus meritorios sine tedio. Et licet s̃m corpus ꝓpter ei⁹ grauedinẽ lassaret̃. nunq̃ tñ tedio l̃ alijs defectib⁹ mẽtis impediebat̃ vñ ꝯtinue bonũ feruẽter opabat̃. Tertius defectus cõsistit ĩ mali ꝓnitate: ex q̃ difficilĩe malo resistimus vt oportet: sed etiã in resistendo non euadimus q̃lescũq̃ maculas pctõꝝ. hinc gene. vij. Sensus ⁊ cogitatio hũani cordis in malũ proni sunt ab adolescentia sua. Et qꝛ beata virgo caruit hoc defectu: iõ opib⁹ meritorijs potuit frequẽtius vacare ⁊ puri⁹ immorari. ¶ R ¶ Quartus defect⁹ consistit in cordis instabilitate a q̃ plene om̃e qd̃ agimus inficit̃ ⁊ q̃si penitus anullat̃. cor. n. nostrum instabile est ⁊ lubricũt vt in bono raro vel nunq̃ illud possit stabiliri: sed cũ mlt̃um fecerim⁹ nobiscũ bene agit̃ si ip̃m om̃i conatu ⁊ labore adhibito ad momentuz in deo valeamus firmiter stabilire. vñ etiam maximi sancti hãc cordis inquietudinẽ sũt ꝯquesti. hinc Job. Cogitatões mee dissipate sunt ⁊c̃. ⁊ ps. Circũdederũt me sic̃ apes ⁊c̃ hinc in ꝓuer. Impius facit op⁹ instabile. qꝛ vt ait apl̃s. i. Corin. iiij. multis malis enumeratis. Instabiles facti sum⁹. Q aũt hic defectus ex peccato nobis eueĩat apte innuitur. Tre. i. Peccatũ peccauit hierusalẽ ꝓpterea instabil̃ facta est: oẽs qui glorificabant eam spreuerũt eã. qꝛ viderũt ignominiã ei⁹ Et qꝛ beata virgo pctm̃ nõ habuit: iõ ⁊ ꝑ cõsequẽs caruit hoc defectu: sed potẽter ⁊ incessanter sine recalcitratiõe cor suũ apud deuz habuit: qd̃ maximã grãm reputabat Ap⁹. cũ ad hebre. xiij. di. Optimũ est gr̃a stabilire cor. potens. n. erat virgo sancta cor suũ cõuertere ad ꝯtem plandã maiestatẽ ⁊ diuinitatẽ: vel ad rememorandũ misteriũ incarnationis: vel ad bñficia a deo sibi exhibita recogitãda: vt de ea veracius dicere possumus Om̃ia q̃cũq̃ voluit fecit in celo ⁊ in terra. ⁊ qꝛ potuit qd̃ voluit, certũ est autẽ qꝛ semꝑ bonũ voluit: iõ incessanter merita cumulauit. Quĩtus defectus ꝯsistit in ignorãtie cecitate fluẽs ⁊ scaturiẽs ex pc̃to. ꝑ quẽ defectũ in bonis opib⁹ plurimũ retardamur. Sepe eĩ ignoramus q̃d agere dẽamus ⁊ tñ volũtas ꝓmptissima inuenit̃. hinc. ij. para. ij. d̃r. Cũ ignoremus q̃d agere dẽamus. hoc solũ habemus residui vt oc̃los nr̃os dirigamus ad te. Itẽ apl̃s Ro. viij. di. Quid oremus sic̃ oportet nescim⁹: sz ip̃e spũs postulat ꝓ nobis gemitib⁹ inenarrabilib⁹. hic bern. Impedimẽtũ grauissimũ ⁊ ꝑiculosissimũ est ignorãtia nr̃a. in mlt̃is. n. incertum onĩno hẽmus q̃d agere dẽamus: ita nec q̃d oremus sicut oportet penitus ignoram⁹. Beata autẽ virgo ꝑ deificum lumen illũiata nullaz passa est ignorantiã ꝓfectũ suum impedientẽ: sz plenã habuit sciam ⁊ noticiã oĩm q̃ fuerunt eĩ ad statum vie ⁊ vite nc̃cia. siue illa preterita pñtia eẽnt vel futura: ⁊ q̃ in alios sctõs sunt ꝑticulariter distributa. hec virgo sancta sil̃ oĩa possidebat. vbi gr̃a. Aliq̃ hẽbant spũm ꝓphetie p̃dicẽdi siue ꝓphetandi p̃terita sicut moyses qui libꝝ gen̄. retexit ꝓphetãdo. Alij ꝓphetabãt pñtia sic̃ iohãnes baptista qui digito dñz mõstrauit di. ecce agnus dei. Alij vero futa sic̃ Esa. Jere. ⁊c̃. Nullus tñ eoꝝ legit̃ habuisse sciam p̃teritoꝝ pñtiũ ⁊ futurorũ. Certũ est autẽ ꝙ nullus ex legislatorib⁹ q̃ntũcnnq̃ illũiatus hr̃e potuit qd̃ ip̃a non habuit: sed qd̃ singl̃i hẽbant excellẽter ĩ singul̃. hoc beata virgo totuz sil̃ habuit adhuc excellẽtius sup oẽs. Qd̃. n. nescire potuit q̃

intra se habuit om̄ia scientē aut q̄d ignora/
re potuit in q̄ plenitudo diuinitatis corpali
ter habitabat. iō beata virgo huius noticie
oppositionē scz ignorantiā sub pedibꝫ cōcul
cauit. ¶ S ¶ Sextus defectꝰ retardās nos
miseros ꝯsistit in diffidentie pusillanimita
te. cuius oppositū scz ꝯfidentie deuotos ho/
mines ꝓmouet sup̄ modū. q̄ntūcunq̄z em̄ a
deo sperare possumꝰ erimus sine dubio ac/
cepturi dn̄o ꝓmittente deute xi. Om̄is enī
locus quem calcauerit pes vester: vester erit
q̄d exponens bern. di. Qua tenꝰ pedē fidu/
cie porrexeris ea tenus possidebis. Beata g̅
virgo licet eē humilima: maxīa tn̄ ꝯfidētia
eius mentē ad dn̄m erigebat: nec talis ma/
gnanimitas humilitatē impedit. Dicit enī
bern. Hoc agit in cordibꝫ electoꝝ d̄ina gr̄a.
vt nec eos hūilitas pusillanimes faciat. nec
magnanimitas arrogātes. vn̄ pie creditur
vt cū in esa. legeret deū a virgine nasciturū.
desiderabat vt ip̄a foret cui eadez eēt gratia
reseruata: ⁊ iō hꝰ vite virgītatis vicz ꝯseruāde
ip̄a extitit institutrix. Sed diceret aliquis.
Ex q̄ scriptura on̄dis q̄ ip̄a desiderium ha
buerit vt esset mater dei. R̄ndeo ex eo q̄ ip̄a
est eandē mīam ꝯsecuta: quā sine dubio nō
accipet nisi vehemēs desideriū eandē grām
p̄cessisset di. bern. Oportet vt ardor deside/
rij preueniet faciē eius ad oēm aīaz ad quaz
ip̄e est venturꝰ: vt sic locū prepet dn̄o. Q si
quis ad hoc insteterit oīno intelligendū de
aduētu spiritali: nolo ꝯtentiōibꝫ deseruire. sz
hoc dixerim sine iudicio melioꝝ. q̄ sic in iu/
dicio futuro an̄ faciē veniētis precedit ignis
qui in cōspectu eiꝰ exardescit. sic an̄ aduentū
incarnatiōis eius ignis desiderij debuit pre
cedere: flagrās in corde virginis: vt sic locū
dn̄o preparet. Sūt autē duo necessaria ad
hoc vt in corde hoīs magna fiducia erigat̄:
scz puritas ⁊ caritas. Naz de puritate dicit
bern. O quid audet cor mundū ⁊ ꝯscīa pu/
ra. de caritate vero di. gre. Qui plus diligit
plus p̄sumit. q̄ duo q̄ntū in hoīe fuerint for
tiora: tanto fiduciā erigūt fortiorē. q̄ cum in
corde beate virginis maxīa fuerint iō ꝯclu/
ditur ip̄am maximā fiduciā habuisse: ⁊ per
oppositū oēm pusillanimitatis diffidentiaz
pedibꝫ ꝯculcasse. Septimꝰ defectꝰ cōsistit
in timoris ⁊ amoris inordinabilitate. q̄ tūc
inordinati dicunt̄ qn̄ creatura plus timet̄ l̄
diligit̄ q̄z creator. q̄d est iniquitas maxima.
Cum. n. deus sit summū bonū: summe et p̄
oībus est amādus ⁊ oīa diligibilia sunt in
ip̄m tanq̄z in finē vltimū ordināda. Res. n.
ꝓpter corpꝰ. corpus ꝓpter aīam. aīa ꝓpter de
um. deꝰ ꝓpter seip̄m est iusto ordine diligē/
dus. quē ordinē gloriat̄ se habere sponsa in
Can. cū dicebat. Ordinauit in me caritatē.
Q si q̄libet sponsa timēdi ⁊ diligēdi seruat
iustū ordinē. nō erit dubiū: quin beata vir/
go sup̄ oēm sponsam gratissima ordinatū ti
morē ⁊ amorē habuerit: ⁊ p̄ ꝯn̄s eiꝰ opposi/
tum pedibꝫ ꝯculcauerit. ¶ T ¶ Octauꝰ de
fectus retardās nos ⁊ ꝓhibens ⁊ impediēs
a ꝓfectu cōsistit in corpis infirmitate. Mul
ti em̄ sunt bone volūtatis vt libēter quibus/
cunq̄z laboribꝫ se submitterēt: sed exequi nō
valent infirmitate corpis ꝓhibente. sed cor/
poris infirmitas ex peccato infligit̄: q̄d pla/
ne innuit̄ in euāgelio Lu xi. vbi dicit̄. Ecce
vidi hoīem in lecto portantē qui erat parali
ticus: ⁊ nō inueniētes q̄ pte illum inferrent
ascēderunt sup̄ tectū ⁊ per tegulas submise/
runt illū an̄ iesum: q̄rū fidez vt vidit iesus
dixit. hō dimittunt̄ tibi peccata tua. ac si di/
cat. q̄z ex peccatis infirmitas hoc est inflicta:
iō dimissis peccatis sanitas tibi restituetur.
Vn̄ q̄z beata virgo nullū ꝓcm̄ habuit: iō
etiā nullā infirmitatē legit̄ habuisse. ꝓpter
q̄d ⁊ hūc defectū ꝯculcauit. Nonus defectꝰ
nos impediens a ꝓfectu ꝯsistit in multipli/
ci necessitate. Cui cū satisfacere cupimꝰ fre/
quēter manū extendimꝰ ad sup̄fluitatez ad
q̄s ꝯsequēdas multis distractōibꝫ occupa/
mur. hinc bern. Magnū impedimentū ⁊ oc
cupatio grauis est ip̄a nc̄citas huius miseri
corpis. q̄d dū mō cibū. mō somnū modo ve
stem ceteraq̄z sil̄ia q̄rit ⁊ desiderat. haud du
biū quin freq̄nter nos impediat ab exercitō
spiritali. Beata aūt virgo q̄z sola nc̄cia req̄/
rebat: ip̄a se breuiter expediuit: ⁊ hec ip̄a oc
cupatio q̄z ad sola nc̄cia fuit restricta. iō hec
ip̄a occupatio ad nobilissimū ei meritū ste/
tit: ⁊ iō hunc defectum in q̄ntum ꝓfectū eiꝰ
impediebat beata virgo sub pedibꝫ eius cō/
culcauit. Cum igit̄ omnes defectus hūano

In fo assumptionis m^e v.

geueri inherentes in his nouē defectibꝫ in/
cludant: quibꝫ beata virgo vt visum est ca/
ruit qꝛ peccatū nō habuit. iō ꝯueniēter con/
cludit ꝙ ipa sit illa beata mulier sub cuius
pedibus erat luna.

LXIX De eodem sermo. v.

Signū magnum
apparuit in celo. mulier amicta so/
le ꝛc. Dicit gre. Quotiens sacra eloquia ta
lia verba nobis ꝓferunt in quibꝫ exterior si
gnificatio nō ponit esse vera. hoc spūssanctꝰ
nobis innuit vt interiꝰ sensum mysticū req̄
ramus. Quia verba litere dū collecta sibi
ꝯuenire neq̄unt. aliud in se qd̄ querat ostē/
dunt. ac si q̄busdā vocibꝫ ipa verba dicant.
Dum nrām aspicitis supficiez destrui: hoc
in vobis q̄rite qd̄ ordinatū sibiqꝫ cōgruens
apud vos intꝰ valeat inueniri. Expedito er/
go vno ſmone vtcūqꝫ nr̄e virginis glam re
dolente: in q̄ oñdimꝰ quō luna sub pedibꝫ
eius ꝯculcat. Nūc ſuato ordine dd̄m est per
solē q̄liter vestiat. Cū igit in verbis ꝓpositis
nequaqꝫ possit sensus exterior eē verꝰ: neces
se est vt interiꝰ ad sensuꝫ mysticū recurramꝰ
nō eñ mulier amicta sole esse poterit: sed ꝓ/
prietatibꝫ solis spūaliter intellectis gloriose
hec mulier est vestita. ¶ Habet autē
sol. vij. ꝓprietates q̄bus glosa hec mulier fe/
liciter ē vestita. Primo sol hꝫ mirā lumino
sitatē. maximā caliditatē. ad oīa ꝯmūitatez
ꝯtinuā mobilitatē. opat in liquidis siccita/
tem. in siccis liquiditatez. in eclipsi videtur
hr̄e anxietatē. his. vij. ꝓprietatibꝫ spūaliter
intellectis nr̄a dña est vestita. Primo g̃ no
stra dña est vestita solis illūiositate induēs
se illo lūie tanqꝫ vestimēto. de q̄ dr̄ Esa. lx.
Surge illūiare hierusalē: qꝛ venit lumē tu
um qd̄ est xp̄s dñs: qui tanqꝫ lumē in testa
ꝑ mariā ad nos venit. Nā de seipo di. iohā.
viij. Ego sum lux mūdi. ꝛ iterꝫ. Qdiu i mū/
do sum: lux sum mūdi. hoc g̃ lumē qd̄ deꝰ est
cū in eiꝰ vtero nouē mēsibꝫ requieuit mētez
eius ꝛ aīam ita irradiabat: vt in corpe eius
verbis ꝛ opibꝫ nō nisi qd̄ dñi fuerat resplē
debat: adeo vt in oībꝫ eiꝰ moribꝫ q̄si quidaꝫ
diuinitatis radiꝰ de ea ꝓcedere videret. pro
pter qd̄ etiā nullus vnqꝫ malꝰ conceptus de
ea haberi poterat nec affectꝰ. Nec mirum ꝙ
glosam hāc reginā deo vestitā dicere presu/
mimꝰ: cū ꝛ hoc ipa veritas dicat de his fieri
q̄s longe minoris meriti scimꝰ esse. sic. n. di/
cit lu. xxiiij. Vos aūt sedete in ciuitate quo
adusqꝫ induamini virtute ex alto: ꝛ Apost.
Ro. xiij. Induimini dñm iesum xp̄m. hinc
bern. Iure maria sole ꝑhibet amicta q̄ pro/
fundissimā diuīe sapīe vltra qꝫ credi vale/
at penetrauit abyssum: vt q̄ntū sine ꝑsonali
vnione creature ꝯditio patitur luci illi inac
cessibili videat immersa. Illo nimirū igne q̄
cherubin ꝛ seraphin celestes spūs accēdunt.
Longe aūt maria meruit nō tanqꝫ summa/
tim tangi sed opiri vndiqꝫ ꝛ circūfundi ꝛ tā
qꝫ ipo igne ꝯcludi. cādidissimꝰ sane sed nō
calidissimus eiꝰ amictꝰ cuiꝰ oīa tā irradiata
noscunt: vt nihil in ea: nō dico tenebrosum
sed nec subobscurū saltē ꝛ minꝰ luciduꝫ: sed
ne tepidū quidē aliquid ꝛ nō feruētissimuꝫ
licet suspicari. Nā in te manet deꝰ beata vir
go ꝛ tu in eo ꝛ vestis eū ꝛ vestiris ab eo. ve/
stis eū carnis substātia: ꝛ vestit ille te sue ma
iestatis glā. vestis nube solē: ꝛ sole ipa vesti
ris. Et sic ptꝫ quō beata virgo ꝓprietate sol
ꝛ lune sit vestita: adeo vt diuīo lumīe tā effi
caciter irradiata ꝑ diuinā sapīam oīm que
sub sole possidebat. ¶ X Scda ꝓprietas
solis est caliditas: q̄ tam magna est vt etiaꝫ
calescere faciat totū mundū. Per quā ꝓprie
tem eiꝰ maxima designat caritas: ꝑ quā ipa
calet ꝛ feruet ad oēm hoīem in hoc mūdo. ex
cuiꝰ caritatis feruore ipa clamat Eccl. xxiiij
Trāsite ad me oēs q̄ ꝯcupiscitis me: ꝛ a ge/
neratiōibus meis adimplemini. de cuiꝰ ca/
ritate di. hiero. Queso si q̄ sunt in vobis vi/
scera pietatis ꝯsiderate. q̄ cruciabat amore
q̄ ve desiderio estuabat virgo sancta. duꝫ re
uoluerat anīo quicq̄d audierat: viderat ꝛ co
gnouerat. puto quicquid cordis est: quicq̄d
mētis. quicquid virtutis hūane si totū ad/
hibeas nō sufficis cogitare q̄nto indesinen/
ter cremabat ardore pij amoris: qꝛ ardens
desideriorū affectibꝫ erat tanto validius q̄n
to diuinis illustrabat intus visitationibus
quā totaꝫ incanduerat diuinus amor et ar/
dor ꝯtinuus ꝛ ebrietas ꝓfusi amoris. Evi/
dentissima aūt declaratio ꝙ ad deū ꝛ proxi/

540

mum maximā habuerit caritatez in hoc po/
tissimū demonstrat: q̄ in passione filij eius
in corde suo duo mirabilia ꝯfluxerūt. s. ma
ximus dolor ⁊ maximū gaudiū. Maximus
aūt ei⁹ dolor effluxit de maxīa quā ad deum
habuit caritatē. q̄nto em̄ aliquid vehementi
us diligim⁹: tanto ei⁹ dolori ꝓfundius ꝯpa
timur: ⁊ q̄r ip̄a deuz summe diligebat. g̊ de
eius passiōe sūme dolebat. Sūmū aūt gau
diū qd̄ in passione filij cor ei⁹ afficiebat de
summa caritate fluxit q̄ humanū gen⁹ dili/
gebat. q̄nto em̄ aliquid sincerius ⁊ veri⁹ di/
ligimus: tāto eius ꝓfectui abūdantius con
gaudem⁹. cognouit. n. hūanū genus ꝑ passi
onē filij redimendū: ⁊ iō de eius passiōe tan
tum gaudebat q̄ntū hūanū gen⁹ diligebat
⁊ q̄r summū gaudium dicit̄ habuisse. ex hoc
necessario ꝯcludit̄ eā humanū genus sum/
me dilexisse. Quia si magn⁹ est effect⁹ ma/
gna est causa. si maior maior. si maxīa maxi
ma. Hinc eius p̄cones deuoti ei⁹ caritatem
sic notificant ⁊ describūt: q̄ q̄ntū ad habitū
maiorē caritatē habuerit oībus angl'is. licz
illi q̄ntū ad actum habuerint ampliorē. Ex
his ⁊ sil'ibus rōibus euidēter ꝯcludit̄ q̄ sic
sol inter oīa corp̄alia maximū habet calorez
sic beata virgo inter puras creaturas maxi/
mū habuit amorē. ¶ Tertia solis pro
prietas hec est: q̄r ad oīa q̄ sunt hz ꝯmunita
tem: pulcris ⁊ fedis. mūdis ⁊ immūdis se
cōmunicās abūdanter. sic. n. dicit̄ math. v.
Deus solē suum oriri facit sup̄ bonos ⁊ ma
los. sic beata virgo hac ꝓprietate solis est ve
stita. vt splendorē gratie sue oībus cōmuni
cet. mūdis ⁊ immūdis. iustis ⁊ īiustis. sc̄tis
⁊ peccatoribꝫ qui eā inuocāt ex affectu. hinc
bern. Maria sinū aperit vniuersis vt de ple
nitudine ei⁹ oēs accipiant. captiuus redem
ptionē. eger curationē. tristis cōsolationem
peccator veniā. iustus grām. angl's leticiam
filius carnis substātiā. deniq̄z tota trinitas
gloriā. vñ stans in publico nullū excipiens
nullū contēnens. nulli se denegans clamat
ad oēs. Transite ad me oēs qui cōcupiscitis
me ⁊c̄. hinc bern. Maria velut aliū solē sibi
induit: q̄r quēadmodū ille sup̄ bonos ⁊ ma
los indifferēter orit̄. Sic ip̄a nō discutit me
rita: sed oībus sese exorabilē oībus clemen/
tissimā prebet. oīm̄ deniq̄z nec̄itatibꝫ āplissi
mo quodā miseret̄ affectu. Quarta solis ꝓ
prietas ꝯsistit in motus ꝯtinuitate. semper
em̄ sine cessatiōe sine intermissiōe ab ortu so
lis vsq̄z ad occasum p̄agens cursuz suū die
bus ⁊ noctibꝫ sol mouet̄. sic beata virgo cōti
nue mouebat̄ singulis diebꝫ p̄agens cursū
suū. tantū faciens in virtutū ⁊ meritoꝝ exer
citio q̄ntum pura debuerit facere creatura.
Tante. n. virtutis. tante discipline. tante cō
positiōis morū erat oīs eius cōuersatio: vt
in singulis momētis: nō mediocria sed sup̄
ma merita cōportaret. vñ cū inter sc̄tōs alij
vitā actiuā vt martha. alij contēplatiuaz vt
magdalena. alij vtrāq̄z licet diuersis respe/
ctibus habuisse legant̄ (sicut apl'i: testante
apl'o Corin. ij. vbi di. Siue. n. mēte excedi/
mus deo siue sobrij sim⁹ nobis) Maria au
tem vtrāq̄z vitaz simul credit̄ habuisse. In
eo em̄ q̄ filiū lactabat: manibꝫ ꝯtrectabat:
in sinu portabat actiue vite foras officiū per
agebat: sed intus in mēte deitatē ꝯtēplaba/
tur ⁊ sup̄ma deuotiōe venerabat̄. vñ cū mo/
rem gerēs cū hōibus eis ꝯmūicando adhuc
in tali ocio posita deū intus sūma deuotiōe
contēplabat̄. cū vero dormiebat comedebat
vel quippiā aliud ꝓ corp̄is necessitate age/
bat. hoc ip̄m fecit cū tanta virtutis modera/
tione: moꝝ cōpositiōe: vt in singulis sup̄ma
merita mereret̄. ⁊ iō in hac ꝓprietate solis. i.
mot⁹ ꝯtinuitate vestita d̄r v̄go sancta: vt sic
sol cōtinue est in motu: sic ei nunq̄z momen
tū tp̄is trāsijt sine fructu. ¶ Quinta ⁊
sexta solis ꝓprietas est ignobilia liquida cō
stringere: ⁊ dura nobilia facit liq̄scere. Pri/
mū ptz in luto: qd̄ cū liquiduz sit ⁊ ignobi/
le ꝑ solis ardorē ꝯstringit̄ ⁊ durescit scd̄um
ptz in cera q̄ cū dura sit ⁊ nobil' in materia:
ex solis ardore dissoluit̄ ⁊ liquescit: sic bea/
ta v̄go magnos pc̄tōres (liq̄dos q̄r ad q̄q̄z
illicita defluūt ⁊ ignobiles: q̄r cōp̄ati iumē/
tis insipientibꝫ similes facti sunt illis. de q̄/
bus alibi dicit̄. similis est luto vita eoꝝ) ar/
dore sue caritatis a sua fluxibilitate cōstrin/
git: ⁊ ecōuerso dura ⁊ nobilia: vt quiq̄z de/
uoti ⁊ sancti qui ex subtracta grata interduz
indurant̄ eius intercessione effluūt in grās
⁊ liquescunt: ⁊ sic hac solis ꝓprietate glorio/

In assumptione beate marie v.

sa virgo similiter est vestita. hic bern. singu
lis tu pro singulis necessitatibus subuenis
mater dei: ⁊ ꝓ diuersitate morboꝝ diuersas
larigiris medicinas: dans alijs vt durescāt
alijs vt liquescant. ⁊ sic dulcedo tua vitutē
mellis induens. duros facit liquidos ⁊ liq̄
dos duros. Septima solis ꝓprietas in eo
consistit ꝙ in eclipsi q̄ndam videt̄ hr̄e anxie
tatem. sic beata virgo ī hac vita posita videt̄
q̄sdam anxietates ꝑtulisse q̄s nullus hō ꝑ
tulit sup terrā. ¶ A ¶ Pertulit aūt quīq̄
anxietates siue dolores ꝓ suo filio in hac vi
ta grauiores oībus passionibꝫ q̄s sancti in
suis corpibꝫ ꝑtulerūt. q̄nto. n. anīa nobilior
est corpe: tanto affectiōes siue passiōes anīe
passionibꝫ corpis sunt maiores. Primus ḡ
dolor qui beate virginis aīam pertrāsiuit ex
ꝓphetia symeonis ei accidit. qui cū lu. ij. di
ceret. Tuā ipius aīam ꝑtransibit gladiꝰ. in
primo auditu cognouit esse gladiū doloris:
eo ꝙ nullus gladius materialiter pōt vsq̄
ad anīam ꝑtransire. Ex cuiꝰ doloris magni
tudine cognouit ⁊ illud ꝙ ex nulla alia cau
sa tātus dolor nisi a filio ꝓueniret. ⁊ ideo ad
ꝓphetiam expauit stupore vehemēti ⁊ vltra
q̄ credi possit: sciens tantū dolorē non nisi a
filio ꝓuenire. Scd̄s dolor eius aīam crucia
bat cū se filiū timuit ꝑdidisse. de q̄ dicit̄ Lu.
ij. Cū esset iesus ānoꝝ. xij. vsq̄. fili quid feci
sti nobis ⁊c. narra hystoriā: in q̄ facto ꝑter
rita est sup̄ modū: q̄r timuit forsitan ꝙ syme
onis ꝓphetia deberet adimpleri. Tertio do
lor accidit virgini glose: cū nunciabat̄ ei ꝙ
captus esset iesus a iudeis. qd̄ verbū auditū
cū tanta doloris amaritudine cecidit ad cor
eius: vt nulla lingua ꝑmōe hoc valeat expli
care. Estimet qui possit q̄ dolore cor eius fu
erit sauciatū. q̄ amaritudine vulneratū. au
diens hoc de vnico suo: cū ⁊ alie matres ta
lia verba de suis filijs audientes grauiter ꝑ
turbent̄. Quartus dolor animā virginis tā
q̄ gladius pertrāsiuit: cū apostolis oībꝫ fu
gientibus: sola solū oculis carnalibꝫ vide
ret pendentē in cruce. talis intuitus misera
bilis ⁊ aspectus intolerabilis: animā eius
nō immerito ꝑtransiuit: nec solū ex intuitu
sed etiam ex auditu dolor animā eius ꝑtur
babat: cū audiret hincinde blasphemantes
⁊ filium subsannantes atq̄ dicētes. Vach
qui destruis templum: ⁊ si filius dei est de
scendat de cruce. amplius autem cū vrgen
te dolore ⁊ mortis articulo imminēte audi
ret filiū cuꝫ clamore valido ⁊ lacrimis expi
rantem. de quo hebre. v. Jesus christus qui
in diebꝫ carnis sue: preces suppliationesq̄
ad eum qui possit illum a morte saluū face
re cū clamore valido ⁊ lacrimis offerens: ex
auditus est ꝓ sua reuerentia. Q si quid ad
huc quicq̄ sensibilitatis ⁊ viriū in virgine
remanebat: hoc totum immerserat amaritu
do ad illam miserabilē vocem qua filius lo
quēs de cruce. valefecit ei: dās sibi iohānē
ꝓ filio cum dicebat. mulier ecce filius tuus
¶ B ¶ Unde super illo verbo. Tuam ipsius
animā pertransibit gladius. dicit bern. Tu
am pertransiuit animā vis doloris vt nō im
merito te plus q̄ martirem predicemꝰ. in q̄
nimirum corpore sensum passiōis excesserit
compassionis affectus. An nō plus q̄ gla
dius sermo ille: reuera pertransiens animā
tuam ⁊ pertingens vsq̄ ad diuisionem ani
me ⁊ spiritus. Mulier ecce filius tuus. O
qualis commutatio iohan. tibi pro iesu tra
ditur. seruus pro domino. discipulus ꝓ ma
gistro. filius zebedei pro filio dei. homo pu
rus pro deo vero. Quomō non tuam affe
ctuosissimā animam pertransiuit hec audi
tio: quando ⁊ nostra licet saxea: licet ferrea:
pectora sola recordatio scindit. Nō miremi
ni ꝙ maria martir dicatur fuisse ⁊ plus q̄ꝫ
martir: quia vis doloris in martiribus am
plius non potuit nisi vt morerentur: cū am
plius dolorez ferre non possent: nec tunc do
lor habuit quod adderet amplius. maria
vero quod patiebatur in anima ꝑtulit: que
mori nō potuit: ideo vis doloris in ea acerbi
us seuiebat. Quintus dolor ⁊ vltimus qui
glose v̄gis animā pertransiuit iuxta ꝓpheti
am symeonis fuit cum videret filium depo
situm de cruce qui vitam dat omnibus co
ram se mortuum: cruentatum. morte palli
dum plagis liuidum. vulneratum. dilace
ratum: et per omnes partes corporis mise
rabiliter ⁊ lamentabiliter contrectatum. vt
in ea esset completa ꝓphetia Esa. A planta
pedis vsq̄ ad verticem nō est in eo sanitas.

Quid mētis credim⁹ hāc virginē. cū vide/ret ſpecioſū fōr p̄ filijs hoīm: tā crudeliter oc ciſū. vt ꝑm ꝓpriā nō eſſet in eo neq; ſpecies neq; decor. Qui ſunt quiq; dolores quibus ecliptica uit ſol ille gloſus beata virgo. q̄buſ omniū ſcrōꝝ paſſiōes q̄s in ſuis corp̄ibus pertulerūt nō potuerūt adeq̄ri. qui dolores(vt pie credit) ita ſunt priuilegiati vt q̄cūq; hoīes: quibuſcūq; anxietatibꝫ. dolorib⁹ op preſſi fuerint: ſi bt̄am virginē deuote pulſa/uerint: ⁊ de eiſdē doloribꝫ eā cōmonitā ha/buerint: exaudiant. ⁊ eripiant. a q̄cunq; tri/bulatione clamauerint. Dicamus ḡ clamā/tes in celū. Virgo ſancta ſubueni nobis mi ſeris: ⁊ ꝓpter dolores tuos nos eripe a dolo/ribꝫ pñtibꝫ ⁊ protege ab eternis ⁊c.

LXX. De eodem ſmo vi-

Ignū magnum apparuit ī celo ⁊c. Dicit bern. De gloria virginis gloſe nec ſile deuotio patit: nec tñ aliud dignū ſterilis ꝯcipe cogitatio: aut inaudita pōt locutio ꝓturbere. Expedi/tis ḡ in ſuperioribꝫ ſmonibꝫ duobꝫ mēbris ꝓpoſitis thematis. ſ. de lune ſuppeditatōe ⁊ ſo lis induitiōe. nūc ꝙuato ordine dōm eſt de ſtella ⁊ coronatiōe. ¶ De q̄bus ſtellis hoc eſt neceſſario p̄mittendū: q̄ xij. ꝓgatiuas ſignāt quibꝫ gloſa virgo eſt p̄ creaturis oībus coronata. Dicit em̄ priuilegiū q̄i pri/uata lectio vel priuata lex. ⁊ iō p has. xij. ſtel/las xij priuilegia. i. priuate glorie ſignificant q̄ priuata lege ⁊ ſingulari gloria virgini ſunt donata. De quibꝫ bern. Dignū plane ſtel/lis coronare caput q̄ ipſis clariꝰ micās or nat eas poriꝰ q̄ ornet ab eis. quid mihi co/ronent ſydera q̄m ſol veſtit: Per has ḡ. xij. ſtellas ſubſcripta. xij. priuilegia deſignātur Primo q̄ figuris eſt p̄ſignata. in vtero ma terno ſanctificata. ab angelo ſalutata. virtu/te altiſſimi obūbrata. diuiō ꝓceptu fecunda ta. in ꝓceptu nō grauata. dolore parturien/tium nō ſauciata. in partu inuiolata. virgo ⁊ mater dei dedicata. oībus gratijs dotata. oī bus virtutibꝫ adornata. in celo ſup oēs ex/altata. Prima ḡ ſtella ſiue priuilegiū beate virginis eſt: q̄ ab initio mūdi mlt̄is ſignis ⁊ pdigijs eſt figurata. Hā per vellus gedeo nis: templū ſalomōis. portā ezechl̄. rubum moyſi. virgā aaron. arcā federis. tabulas le gis: ⁊ adhuc p̄ alia infinita ſigna et ꝓdigia eſt premōſtrata. hinc bern. Qđ de⁹ p̄ ocu/te in corde ſuo p̄ predeſtinatiōem aīe ſpā de virgine tenuit: hoc moyſi in rubo ⁊ igne. aa ron in virga ⁊ floꝛe. gedeoni ī vellere ⁊ roꝛe. ezechieli in porta clauſa: in tꝑe eſt monſtra tū. Hinc ex ꝑſona eius dicit. Puer. viij. Ab eterno ordinata ſum ⁊ ex antiq̄s: antecēſſ̄ ter ra fieret. ¶ Scōm priuilegiū eſt q̄ in vtero mr̄no ſanctificata ē antecēſſ̄ nata: q̄ ſanctificatio ꝓtulit ei triplicē grām. ſ. originā lis peccati. expiatōem. gr̄e infuſionē ⁊ totam fomitis reſtrictiōem vt nō poſſet eā tralxre in peccatū ſed potēs erat nō peccare. quod in alijs ſanctificatis in vtero nō eſt factū. q̄ ſal tem venialiter peccauerūt. Illū iere. in vtero ſanctificat⁹ in pectādo ſe alijs ꝓnūciat cum dicebat. Ille nobis q̄ peccauim⁹. ſil'r ⁊ ioh. bap. cognouit ſe peccaſſe cuꝝ faſſus eſt ſe ba/ptiſmate indigere di. mat. i. ieſu x̄po. Ego de beo a te baptiſari ⁊ tu venis ad me. Liq; igi tur alij ſint in vtero ſanctificati nō tñ ad tā tam fomitis reſtrictōem vt poſſent nō pecca re ⁊ peccata oīno vitare q̄d ſoli virgini ē do/natū. ⁊ iō ei p̄ priuilegio deputatū. Sed fo/mes adhuc in ea māſit ſm̄ eē̄ntiam. licet per ſubſequētes ſanctificatōes totaliter ſit ſub/latus. De hac ſcti̇ficatiōe poteſt ſumi illud Eſaie. vi. Semen ſanctum erit illud quod ſteterit in ea. ſ. mr̄e eius Et ſciendū q̄ am/pliorē ſanctificatiōem accepit beata virgo in vtero mr̄is: q̄ꝝ renati in fonte bapt̄ſmatis hoc excepto: q̄ illa ſanctificatio ſicut renatis ñ aperuit regnū dei. hinc bern. Regina x̄go verū honoꝝ titulis cumulata: q̄ ꝓculdubio ſancta fuit antecēſſ̄ nata. Q. ⁊ ampliores ſanc/ctificationes accepit q̄ alij in vtero ſanctifi/cati. ſtatim ſubiūgit di. Ego puto q̄ copioſi oꝛ ſanctificatōis bñdictio q̄m in alijs ſan/ctis in vtero ſcti̇ficatis in eā deſcēderit: que non ſolū ipſius oꝛtus ſanctificationes: ſed ⁊ vitā ei⁹ ab oī pcto deīceps immunē faceret. qđ nlli alteri ī natis mlt̄is ꝓbat credit eē datū.

¶ Tertiū priuilegiū tāq̄ tertiā ſtellā ac/cepit bt̄a x̄go ī āgli ſalutatiōe. q̄ tñ priuile/gij ſingularis ꝓgatiua nō tā ꝓſiſtit in an/

gelo salutãre q̃z in virtute verbi nouã ⁊ pri⁹ inauditã salutatõem p̃inẽtes: qd̃ est aue-i-sine ve: qd̃ nulli hoim a mundi exordio potuerat veraciter applicari: nec p̃ totã veteris scripture seriẽ per eadẽ verba: quenq̃ legimus salutatũ. Cum-n-ve-i-pena solũ sit ordinatum p̃ra peccatũ: eo q̃ exigente dei iusticia nullũ peccatũ manet impunitũ testante iob xx. Luet oĩa q̃ fecit-iõ hec salutatio illi soli dari debuit q̃ sola sine peccato fuit. Et q⁹ vt ait ap⁹-Ro.iij-Oĩes peccauerunt ⁊ egent gl̃a dei: iõ nullus his verbis poterat salutari. Vñ cum moyses legez daret de mulieribus mũdandis dixit Le.xij-Mulier si susceperit semiẽ pepit masculũ immũda ẽ septez diebꝫ. In quibꝫ verbis excepit mrẽz dñi in eo q̃ di-si susceptio semiẽ. glo-a viri p̃mixtione. q̃ cũ maria sic nõ susceperit- iõ ab hac lege libera fuit et absoluta. Spũs-n-scũs purissimum sanguinẽ formauit (vt religiosa fide veraciter dicere possum⁹) iesum de spũsẽto p̃ceptum: ⁊ natũ de virgine gl̃osa. Et q⁹ sic sola in p̃cipiẽdo peccatũ ñ habuit-iõ sola p̃ aue-i-sine ve debuit salutari. hinc est. q̃ licet multos in veteri testamẽto legam⁹ ab angelis salutatos-hoc tñ alijs ⁊bis factũ legim⁹ sicut Judic̃-vi angls ad gedeonẽ dixit. Dominus tecũ virox fortissime. Itẽ tho.v- Ingressus-s-angls salutauit eũ ⁊ dixit. Gaudium tibi sit: deo hoc disponẽte vt ista-s-verba beate virgini specialiter ꝟuarentur. ¶ F. Quartũ p̃uilegiũ accepit beata ⁊go i spũs sancti obũbratõe-cum-n-de⁹ sit splendor lucem inhabitãs inaccessibilẽ: nulla eũ sic capere poterat hũana creatura. Cuz-n-a facie eius sicut ait Jerẽ-mõtes defluerẽt. si nuda facie veniret ad virginẽ- deflueret sicut cera quippe cui⁹ facies sic dicit apoc.i-sicut sol lucet in virtute sua. ⁊ ideo ncce habuit vt spũs sanct⁹ ei vmbraculũ faceret. occultãs deitatẽ in volutro carnis: vt deũ in hoie p̃tectũ posset sustinere. Sicut-n-ab estu solis nos defendere cupiẽtes: ⁊ rẽ corpoream ⁊ opacã in nos ⁊ solẽ erigim⁹ vt a furore eius defendamur sic inter splendorẽ diuinitatis ⁊ mariaz illa nobilissima pontũcula delicatissimi sanguinis sui factũ est corp⁹ xp̃i: ⁊ tãq̃ mediũ vmbraculum interuenit. hinc bern- sup̃ illo verbo. Virtus altissimi obũbrabit tibi di-q̃ potest capere capiat. Quis eĩ accepta fortasse q̃ hec sola meruit felicissime experiri intellectu capere. rõe discernere possit q̃liter splendor ille inaccessibilis virgineis sese visceribus infuderit: ⁊ vt illa q⁹ inaccessibile est accedere ad se ferre potuisset de pontiuncula eiusdẽ corpis sui cui se cũ mire cõtempauit reliquie masse obumbraculũ fecit. vñ virt⁹ altissimi obumbrabit. tantũ est dicere. Illũ modũ q̃ de spũsancto p̃cipies virtus altissimi-s-spũs sancti in altissima virtutis opatõis sue ⁊ in suo secretissimo p̃silio obũbrando conteget ⁊ ocultabit. vel ita exponit. Virt⁹ al-ob-tẽ: id est accipiet bũanitatẽ in te q̃tenus sibi tñ notus hẽatur ⁊c. ac si dicat angls. Quid a me requiris q⁹ in te mox exp̃ieris. Hec aũt obũbratio beate ỽgini merito p̃ p̃uilegio cõputat. q⁹ licet nos in gratijs spiritalibꝫ obumbremur-nõ tñ sic̃ illa. Ipsa-n-a spũsc̃to est obumbrata-nos autẽ cũ aliq⁹ lumẽ gr̃e nobis illuxerit: nõ a spũsc̃to sed a nr̃is miserijs obumbramur di-Esa.lxi. Iniquitates nr̃e diuiserũt inter nos ⁊ deũ: ⁊ peccata nr̃a abscõderunt faciẽ ei⁹ a nobis. hinc bern- Inter grane visitatõem ⁊ tẽptatõis p̃bationez in scola virtutũ mirabiliter hõ p̃ficit: ⁊ tali tandẽ exercitio mundato oculo interiori statim lux aderit. cui firmiter inhrere cupiens sed corpe p̃ssus nõ ꝑualet: ⁊ iõ ad seipm nolẽs volens q̃z resilit ⁊ hzu improba plebs miseriaz nr̃az plebe redeunte redire cogim̃ in tenebras cecitatis nostre. sicq̃ fit vt nobis obũbrent pcta nostra ne splẽdor diuine lucis apparens. diu aũt obumbratio p̃maneat ỽginis sancte. ¶ G. Quintũ p̃uilegium accepit bta virgo in eo q̃ diuino p̃cepto fecundata vez deũ ⁊ hoiem parturinit. vt mr̃ dei veraciter ⁊ feliciter noiet̃ur Vñ si lꝫa beatã se iudicabat ex eo q̃ famula ei⁹ sibi filiũ parturiuit di-geñ.xxx. hoc p̃ beatitudie mea beatã quippe me dicẽt oẽs mulieres. Et sivi cini ⁊ cognati Elizabeth audientes: q⁹ magnificauit deus mĩam suam cum illa p̃gratulabant ei eo q̃ in senectute sua filiũ genuisset. quibꝫ affectibꝫ p̃gratulandũ ẽ nr̃e ỽgini q̃ ñ solũ sibi sz oĩbꝫ nobis: ñ puz hoiez sz vez deũ i hoie parturiuit: Vñ cũ elizabeth

ipam sup̄ hac ineffabili gratia p̄mēdaret et
deuoto p̄conio magificaret di-lu-i-B ñdi-
cta tu inter mulieres ⁊ bñdict⁹ fruct⁹ vēt̄ris
tui. subiūgens-vñ mihi hoc q̄ mr̄ dñi venit
ad me-beata q̄ credidisti: q̄m perficient ea q̄
dicta sunt tibi a dño. A udiēs aūt virgo san
cta q̄ magnificaret p̄pter grām quā accepit
ipa ne ingrata fieret retorsit grās in datorē
sciēs fluuīa grā⁹ recto ordine debere redire
in mare vñ fluūt-sic-n-Eccle-i-dr. A d mare
vñ exeūt flūia reuertunt̄ vt iterū fluāt. q̄d ex
ponens bern-di-F luens aq̄ si steterit putre
scit-sic plane decrescit grā⁹ decursus vbi re
cursus nō fuerit-⁊ iō beata virgo apiens ds
suū dixit. M agnificat aīa mea dñm-⁊c. ac
si dicat. A n magnificas me p̄ gratijs q̄s ac
cepi: sed magis magnificandus est qui grās
ipas dedit. S exta stella tanq̄ sextū priuile
gium accepit virgo sancta in eo q̄ in conce
ptu nō est grauata. O mnes-n-mulieres que
vnq̄ p̄ceperūt grauabant̄ in pondere quod
portabant-maria aūtem non solum nō gra
uabatur: sed magis alleuiabatur: eo q̄ (vt
ait augustinus) portabat cū a q̄ portabatur.
hinc bern-J ure illud molestissimū tediuz q̄
reliq̄ oēs grauide mulieres laborare noscū-
tur sola nō sensit q̄ sola sine libidinosa volu
ptate p̄cepit-vñ ⁊ in ipo sue p̄cepōis initio
q̄n potissimū cetere miserabili⁹ affliguntur-
maria tota alacritate in mōtana cū festina-
tione p̄scēdit-sic-n-dr lu-i-E xurgens maria
in diebꝫ illis-abijt in mōtana cū festinatōe
vt eliz abeth ministraret: portās p̄ciosissimū il
lud depositū. portās onus leue-portans a q̄
portabat̄-ipe em̄ q̄ portabat̄ nutu volūtatis
sue portat orbē-⁊ iō er illo gl̄oso onere gra
uari nō debuit-q⁊ culpā ñ habuit in p̄ceptu
S eptimā stellā tanq̄ septimū priui
legiū accepit virgo in eo q̄ nō est p̄mūi do
lore parturientiū sanciata-nā ex illa maledi
ctiōe q̄ p̄pter primā p̄uaricatōem maledixit
de⁹ E ue p̄me mr̄i di-gen-iij. M ultiplica-
bo erūnas tuas ⁊ conceptus tuos in dolore
pies filios tuos ⁊ sub viri p̄tate eris et ipse
dñabit̄ tui-omnes mulieres hereditaria suc
cessiōe legi p̄me mr̄is subiacebūt: vt mul
tiplicatis erūnis filios suos piant cū dolore
M aria autez q⁊ in vtero mr̄is ab originali
peccato p̄ spūm sanctū mūdata extitit: eidez
maledictioni ñ debuit subiacere: ⁊ iō a com
muni legi p̄turientiū merito debuit eē libe
ra ⁊ exēpta. hinc bern-M ꝛ lucidū est q̄ ī par
tu noua exultatōe nouā edidit p̄lē: q̄ sola in
ter mulieres a p̄mūi maledicto ⁊ dolore p̄
turientiuz extitit aliena. hinc est q⁊ p̄ q̄ue q̄d
est p̄riū nomini eue ab anglo salutat: eo q⁊
sine oñi ve p̄ legē p̄nā suū filiū deberet par
turire. O ctauū p̄iuilegiū siue octauā stel
lam accepit virgo sancta in eo q⁊ in ptu per
mansit inuiolata. S icut-n-radi⁹ solaris trā
sit rē perspicuā sine eius dē rei lesiōe-sic sol iu
stic i exp̄s de⁹ nr̄ nascēdo trāsijt p̄ eā virgini
tatis sigillo integro permanente-⁊ ex hoc re
sultat hoc gl̄osissimū p̄iuilegiuz-q̄d in lau
dem ei⁹ canit eccia frequentans hoc culogiuz
G enuit puerpa regē cui nomē eternū vsq̄
nec primā silem visa ē nec hr̄e sequētē-⁊ sic
dicit mr̄ ⁊ virgo incorrupta. vñ aug⁹-F ilij⁹
tuus o bñdicta fecūditatē tibi tribuit ⁊ virgi
nitatis gl̄am ñ abstulit-⁊ ex hoc resultat hoc
mirabile cōmentū q⁊ virgo ⁊ mr̄ dicēris in
corrupta. hinc bern-E cce si in ea laudauero
virginitatē multe filie offerent̄ post eam-si
hūilitatē p̄dicauero inueniuntur ⁊ alij licet
pauci-si magnificare voluero eius mr̄iam in
ueniunt̄ ⁊ alij viri mr̄e-vnū est in q̄ nec pri
mā silem visa ē nec habere sequētez-s. gaudi
um mr̄is hās cū virginitatis honore-q⁊ vt
ait aug⁹. H abas ñ erat vt p̄ ei⁹ aduentū vio
laret̄ integritas q̄ venerat reparе corrupta.
H ec mirāda ⁊ p̄iuilegiata dignitas p̄fi
gnata ē E zech-xlij-P orta hec clausa ē ⁊ vir
nō trāsibit per eā: sed solus dñs ingredietur
⁊ egrediet̄ p̄ eā. q̄d exponens gre-di-M quid
ē porta clausa: nisi q⁊ maria extitit incorru
pta-quid est ⁊ vir non transibit per eam ni
si virgo permansit-quid est solus dominus
ingredietur ⁊ egredietur per eam: nisi filius
dei de spiritu sancto concept⁹-qui nascendo
egressus est per eam portā virginei pudoris
clausa permanente-quia maria virgo ē an
te partū-virgo in partu ⁊ virgo post partū.
J H onum p̄iuilegium consecuta
est virgo sancta-q⁊ mater est ñ cuius sez sed dei
vt hāc dignissimā prerogatiuaz pre ceteris
omnib⁹ āmirandam habeat vt filiū suū cū

deo patre ꝓcem fideliter dicaꝫ hẽ: vt ihesus xps dei ⁊ ꝟginis filius religiosa fideverissime possit dici. hinc bern. enũeratis multis ꝓrogatiuis subiũgit. Q; si adhicias. cuius mr est: q̃ iam poterit lingua etiam si angelor sit dignis extollere virginẽ mrem dico: nõ cuiusq̃ sed dei. ⁊ subiũgit. hec ẽ ḡ virginis nre singularis ⁊ excellens ꝓrogatiua: ꝙ filium vnũ eundẽq; cũ deo patre meruit hẽre ꝓmunẽ: nec deũ alia mater: nec virginẽ mrẽ; vt dicit alius filius. q; vt ait damas. Ipsa vocat theotocos. qd̃ sonat mater dei. Decimũ priuilegiũ ꝓsecuta est virgo scta ꝙ omnibus gratijs est dotata. hoc. n. nulla alia pura creatura est aliq̃ cõsecuta. Nã vt ait ap. diuisiones grar sunt. ⁊ ire. Unicuiq; vestr data est gra fm mensurã donatõis xpi. marie autẽ nõ fm mensurã data ẽ grana sr oẽs grãs plenissime est cõsecuta. hinc ex ꝑsona ei. dr Eccle. xxiiij. In me omnis gra vie ⁊ veritatis ac si dicat. In me est omis gratia vie. i. bꝰ vite. omni homini. omi statui. omi etati ꝓuenienes. hinc hiero. Ceteris ꝑ ptes. marie vero tota se infudit gre plenitudo. qd̃ pulcre dat intelligi gen. i. vbi dr. Congregent aque q̃ sub celo sunt in locũ vnũ. ⁊ sequit. Congregatõesq; aq̃rũ appellauit maria ac si dicat. Locus in q̃ oes grar aq̃ ꝓgregant appellabitur maria. Undecimũ priuilegiũ ꝓsistit in eo ꝙ est oibus virtutibus adornata. qs ñ tenuiter nec mediocriter sed perfectissime possidebat. qd̃ autoritatibus ⁊ rõibus poterit cõprobari. Et primo autoritatibus dr. n. eccl. xxiiij. ex ꝑsona eius. In me omis spes vite ⁊ virtutis. Uñ ei possumus dicere illud Ruth. Scit omis ppls qui habitat intra portas ciuitatis te esse mulierẽ virtutis. Rationibus idem ondit: q; de virtutũ qui nullũ locũ inhabitat nisi sit virtutibus respersus ad momentũ ei nunq̃ defuit. Qui ḡ hẽt eum in q̃ est omnis virtus. hẽt vnq̃ ⁊ ꝑ ois virtutes. hinc bern. xps añ marie repleuit mentẽ q̃m ventrem: ⁊ cũ recessit ab vtero ab anio nõ recessit. Cui ergo tota diuinitas in ea corporaliter habitauit. ois est vt oportuerit eã esse oibus virtutibus adornatã Duodecimũ priuilegiũ ẽ ꝙ in celo sup oes est exaltata. qd̃ apte canit ecclesia. Exaltata est scta dei genitrix ire. de hoc

require in alijs simonibus. ⁊c.

LXXI. De eodem sermo octauus.

Intrauit ihesus in qdam castellũ lu. x. R. Dicit bern. Qd̃ dns ac saluator nr semel ⁊ in vno loco visibiliter tunc tẽ poris dignatus ẽ operari. hoc etiã nũc vbiq; terrarũ in cordibus elector operatur inuisibiliter. Ecce in euãgelio loqnte audiuim? ꝙ in qdã castellũ intrauit ihesus ⁊ mr q̃dam martha nomine excepit eũ ⁊c. Quid est aũt hoc castellũ nisi cor hũanũ. Sed q; dns manẽs in carne ñ frequentauit domũ marthe ꝓter ligna ⁊ lapides ex q̃bus extitit fabricata: sz ꝓter familiã quã diligebat q̃ ibi extitit congregata sz ꝓter lazar ⁊ martham ⁊ mariã. sic dr ioh. xi. Diligebat aũt ihesus martham ⁊ sororẽ eius mariã ⁊ lazar. Sic ⁊ castella cordiũ nrorũ nõ visitat dns nec frequentat nisi eadez familia spualiter intellecta in nobis fuerit congregata. hinc bern. Intrat domũ nram saluator ⁊ frequenter visitat eã quã lazar penitẽs primo mũdat. martha fideli dispẽsatori ornat. maria replet interne dedita cõtemplationi. ita vicz vt lazar humilit sentiat de seipo. martha misericorditer de ꝓximo. maria sublimiter de deo Hẽt igit lazar formã penitẽtis signãs inicipientẽ. martha formã bñ dispẽsãtis signãs ꝓficientẽ. maria vero formaz cõtemplantis. signans pfectõem attingentẽ. Qui ḡ domuz in corde suo deo preparare desiderat quã dns virtutũ visitet frequenter ⁊ inhabitet libenter ista tria psonar lazari vicz martheꝫ marie in se officia transfiguret. Inq̃cũq; n. domo materiali vt in claustro: siue spualiter in corde hec tria officia bñ ordinata fuerint illam de visitat libenter ⁊ inhabitat frequenter dicit. n. bern. de vtraq; domo. Considerem? frẽs quẽadmodũ in hac nra domo tria hec distribuerit ordinatio caritatis. lazaro penitentiã. marthe ãministratõem. marie cõtemplatõem. hẽt hec si q̃cunq; perfecta est anima magis tñ vident hec singla ad singlos pertinere: vt alij recogitẽt ãnos suos in amaritudine aie sue tanq̃ vulnerati dormiẽtes cũ lazaro i sepulcris. alij deditꝰ sũt frne ãministrationi. alij vo vacẽt scte cõtemplatõi. Et q; omnis

claustralis in his tribꝫ stat̃ibꝫ est inclusus: ideo hos stat⁹ trãscurrẽtes de singulis aliqd disseram⁹. ℚ aũt oẽs claustrales in his tribus stat̃ibꝫ sint inclusi: apte insinuat bern. sic di. ℚ uibꝫ nulla credita ẽ dispensatio ãministratio nulla ẽ cõmissa: his onꝰ sedendũ est aut sec⁹ pedes dñi cũ maria: aut cũ lazaro intra septa sepulcri quã sniam itez replicat licet sub alijs verbis ita di. ℑ itez dico ne quis de ignorãtia se excuset: oportet te frater ad quẽ fabricãda seu erigenda inter vndas noe arca nil spectat: aut vitz esse desiderioz̃ vt daniel erat: aut cũ beato iob virũ doloz̃ ⁊ scientẽ infirmitatẽ. ℣ ℣ Habet autem hos tres stat⁹ simul q̃cunqꝫ pfecta est ania. Ad quã pfectiõem quicũqꝫ venire desiderat primo statũ lazari trãseat: qui in vera confessione pñia ⁊ peracta martyr officium fideliter faciat: vt tandẽ in his duobꝫ fidel inuentus ꝓmotionẽ trãseat: qui ḡ vltimũ hꝫ desiderat: i. ꝓtem platõez. primuz. s. pñiam lazari nõ refutet. ℑ Primꝰ ḡ status est nouicioz̃ siue incipientium: ne sũt de nouicijs dubitãtes hos solũ reputem⁹ nouicios: qui primũ annũ nõdũ in ordine ꝓfecerũt: nõ bern. describit eos nobis ⁊ notificat ita di. ℑ Si. ir. ãnis in ordine stetisti ⁊ nõ ꝓfecisti: nouiciũ te reputo. ℑ Sũt aũt tria signa in quibꝫ cognoscimus nos nõ ꝓfecisse: ⁊ p. pñs nouicios adhuc esse. s. si nõdum sup̃ peccatis actepimus ꝓsolationẽ: si nõdũ intrauimus nouã uitã nonẽ: si remisim⁹ feruorẽ ⁊ affectiõem. de i. di. bern. ℚ diu sup̃ nñis peccatis in secl̃o cõmissis remissionẽ nõ accipim⁹: in primo cõuersionis gradu stamus. de. ij. idem iterum dicit. ℑ Suadeo vobis amicis meis reflectere pedẽ a molesta ⁊ anxia recordatiõe viarũ vrãz ⁊ euadere p itinera planioza noue deuotionis ⁊ serenioris mẽtis bñficioz̃ dei vt qui i nobis ꝓfundimur in ipi⁹ intuitu respiremus. de. ij. dicit apoc. ij. ℑ Habeo aduersum te pauca: q2 caritatẽ tuã primã reliqsti ℚ ui ḡ hec tria signa i se inuenerit adhuc se nouiciũ reputet. ℚ uid aũt talibꝫ sit faciendum in p̃dicto ꝓbo adoc. docemur cũ ibidez subiũgit. ℑ Memor esto vnꝺ excideris et age pñiam ⁊ prima opa fac. qꝺ est dicere. ℚ ui ex p̃dictis tribꝫ signis nouiciũ adhuc se reputet. ℚ uantuũcunqꝫ diu in ordine steterit agat pñiaz ⁊ prima opa faciat. i. q̃ facere debuit cũ nouicius cellã intrauit. qꝺ si non fecerimus accipim⁹ qꝺ sequit. ℑ in aute. venio tibi cito ⁊ mouebo candelabrũ tuũ de loco suo nisi pñiam egeris. ℚ uicũqꝫ ergo ex p̃dictis nouiciũ se reputet: festinus ad penitentiã ꝓperet: quã qui pagere desiderat: formã in se lazari transfiguret quã formaz nobis bern distribuit di. Lazarus signãs penitentẽ debet esse inclusus. ornatus ⁊ ligatus. Sic enim lazarus iacuit in sepulcro. p. q̃ tria vera ⁊ sufficiens pñia est agẽda. ℣ ℣.

℣ Cupiens ḡ uerus penitens inueniri. primo ingrediat seipm̃ tanqꝫ in sepulcruz ⁊ intra semetipm̃ claudat. ibiqꝫ ab oibꝫ occupationibꝫ exterioribꝫ statuat se añ se iudicium in corde suo faciens. ibiqꝫ recogitet ãnos suos in amaritudie aie sue di. sibi illꝺ ione. i. ℚ ꝺ est opus tuũ q̃ terra tua vel ex q̃ pꝺlo es tu: ℚ ꝺ ⁊ bern. facere nos hortat di. Ascendat homo tribunal mẽtis sue vt audiat causam preterite vite sue. sedeat rõ iudicans. stet accusatrix cõscia. testis sit mẽoria. timor carnifex: vt nihil penit⁹ dimittat impunitũ. ℑ Hec facere monemur Esa. xxvi. ℑ Populeus in tra cubicula tua ⁊ claude super te ostia tua: q2 q̃nto secretius ingredimur ⁊ silẽtius includimur: tanto abominatiões pcꝺoꝝ nrꝺoꝝ clarius cognoscemus. ℑ Sic ḡ dicit Ezech. i. Abominatiões tue in medio tui: ⁊ itez. Ingressus vidi: ⁊ ecce similitudo omniũ reptiliũ ⁊ abominatio aialium ⁊ vniuersa ydola depicta in pariete in circuitu p totũ. ℚ uis enim ad manũ nõ habeat q̃ntũcunqꝫ innocẽs iniquitatẽ ⁊ peccata: si tm̃ inuenta sine dissimulatiõe estimet in numero. pondere ⁊ mẽsura. ℚ si adhec erit quẽ in his offenderit nisi sit durioz adamãte scindit ad pñiam. cogitans q̃ tã multis ⁊ grauibꝫ tã piũ offenderit bñfactorẽ. ℑ Scꝺo ꝺz esse ligatus cuz lazaro interius ⁊ exterius sumꝺ disciplinã ⁊ obedientie: ne tanqꝫ canis reuersus ad vomitũ ⁊ sus lotꝰ in volutabro luti: ne exhibeat membra sua arma iniquitati ad peccandũ: contineẽs se tam in sensibꝫ exterioribꝫ q̃ in oibus membris corporis. ne aliqd facere p̃sumat qꝺ itez peritere opteat ⁊ lugere. lxc. n. ẽ ꝺa pñia

vt sic cōmissa deflearm⁹ ne itez deflenda cō/
mittamus. Nec sufficit solum exterioribus
nos ligari: sed interiores sensus ⁊ motus il/
licitos p omnia refrenare-ne p imaginatio
nes de prius cōmissis delectationes itez hau
riamus. De hac ligatura dr Eccle. Vincu/
lū illi⁹ est ligatura salutaris. qz sic ꝑ puer-vi-
dicit. Nō apostata est vir inutil-nō solū aūt
inutilis ad opandū bonū: sed etiaz inutil qz
malū augmētat. Tertio nouici⁹ inclusus et
ligatus dz esse ornatus cū lazaro grauedine
culpabilis ꝓscie: nunqz ꝓmittēs sibi remis/
sionē criminū vana spe sibi blandiēs-donec
dñs miserius sui dicat ei in spū-lazare veni
foras infundēs ei remissiōez oīm pcōz-vñ
Eccl-v. De ꝓpciatu pcōz noli esse sine me
tu: ⁊ ne dicas miseratio dei magna ē-multi/
tudinis pcōz meoz miserebitur. ¶ M·
¶ Scōs status ē officialiū siue ꝓficientiū de/
signatus p statū martir: ⁊ ptz ordo. Nemo
eñ digne gerit curā alioz q̄ prius non gessit
curā sui-hinc bern-Ad te tuā ꝓsideratio inchoa
et: ne frustra extēdaris in alia te neglecto-si
sapiēs es deest tibi ad sapiennā si tibi ñ fue
ris sapiēs. Sapiens-n-primū sibi sapiens
est ⁊ bibet de fonte putei sui primus ipe. In
acquisitiōe-n-salutis nemo tibi germanior
vnico matris tue. Studiāt g̃ officiales mar/
the officiū exequētes-q̄ cautela oporteat eos
officiū exequi: si dei grām ⁊ regnū celoz cu/
piunt ꝓmereri. Sūt aūt in omni dispēsatio
ne meritoria duo necia: vtvicz dispēsator sit
fidelis ⁊ prudēs-hec eñ dno reqrit dñs lu-
xvi-cū di-Quisputas est fidelis dispēsator
⁊ prudēs quē ꝓstituit dñs sup familiā suā?
Hec aūt fidelitas dr tripliciter exerceri: scz
ad deū ad primū ⁊ ad seipm. Primo dico
debet eē fidelis deo: vt in omni dispensatiōe
officij sui per purā intentionē q̄rat gl̃am dei
qd facere monem-ij-paral-xix. Videre quid
faciatis ⁊ cū diligētia cuncta facite ⁊ hoc est
qd di-lu-x. Martha mar-sol-es. vsqz vnū ē
necessariū. ac si dicat. Licet solicita sis ⁊ cir/
ca plima occuperis: necessariū tñ est vt hec
oīa in vnū-s-deū ordinent: vt licet in se sint
diuersa: in vnum tñ ꝓr intentionē redacta
vni deo omnia tribuant. bern-Omnis crea
tura ⁊ maxie rōnalis dz suū principiū imi/
tari: ⁊ qz deus vn⁹ est di-moyse Audi israel
deus tū⁹ vn⁹ est-debemus ⁊ nos quicz esse
vnus sibi ꝓr imitatōem virtutis ⁊ vnū cū
primis p vinculū dilectōis. Scdo dispēsa
tor debet esse fidelis primo: vt oīa que ei rōe
officij debent fideliter exhibeat: cauēs in oī/
bus in quibꝫ poterit eoz murmurationem
Siue g̃ sint debita victualiū: siue debita spi
ritualiū siue ⁊ debita mercenarioz plenissi/
me subito ministrent: vt valeat ei dici illud
dañ-Fideli dispensatori. Ore. Nullaz cām
suspitionis repire poterāt ei eo q̄ fidel esset
⁊ omnis culpa ⁊ suspitio ñ inueniret in eo.
Tertio sit fidelis sibiipi. Tante-n-caritatis
circa nos est de⁹ nr̄: vt nec sibi nec primo no
stro aliqd velit fuiciū qd cū nostro damno
oporteat exhiberi: nequa q̄ g̃ vult nostra ꝑ
uicia q̄ cū nostro dāno ⁊ periculo exhibent.
hinc eccl-xxx-dicit. Cōfirma verbū-i-sis qd
vocaris ⁊ fideliter age ⁊ in omni tpe inueni
es qd necessariū est. Hec g̃ fidelitas veraci⁹
in hoc ꝓsistit si in omni dispensatiōe nostra
purā ⁊ illesam ꝓscīam ꝓ uamus-ita vt de oī/
bus rebꝫ nihil nr̄is vtilitatibꝫ attrahamus
de q̄ bern. Reuera fidelis es famulus: si de
omnibꝫ bonis dñi tui nil tuis mambꝫ adhe
rere ꝓtingat. Qui g̃ his tribꝫ modis vt di/
cū est fidelis reper⁹ fuerit. reuera magnus
vocabit in regno dei. merito etiā ei dicetur.
Euge fuge bone ⁊ fidelis ⁊c. de tali-n-dispē/
satore dicit Hecmie. ix. Inuenisti cor ei⁹ fi/
dele coram te. ⁊ sequit-⁊ percussisti cū eo fedus
vt dares ei terrā chanauei. etthei. euei ⁊c. de
hoc dispensatorez dr puer xxviij. Vir fidelis
multū laudabit. Est n-dign⁹ oīm laude qz
inueniunt paucissimi sic fideles-hīc puer.
ij-dicit. Multi misericordes vocant-virum
aūt fidelē quis inueniet: q̄si dicat nēo-hinc
Lu-xvij. Quisputas est fidelis ꝓ us ⁊ dispē
sator. Huis-n-est signū raritatis ⁊ paucita
tis. Talis enim status est altissimus: ⁊ q̄n/
to altior tanto rarior: ⁊ quanto rarior tanto
merces copiosior. Talibus enim dicit Ma
thei. xxv. Euge serue bone ⁊ fidelis ⁊c. vsqz
supra multa te constituam. Illis enim sim
pliciter bonis dat merces multa nimis-fide
les aut̃ dispensatores: sic hic ꝓfecti sūt sic ⁊
bi ꝓficiūt bōs dñi. dño hoc ꝓmittēte cū di.

sup̄ multa te ꝓstituaz. Sed hꝛy tales pauci inueniuntur: ⁊ hoc est qđ ꝓqrit dñs Esai. i. Dñes diligūt munera sequūtur retributiones ⁊ ideo nō solū priuant merito magno fideliū dispensatoꝛ sed etiaz regno celoꝛum dño expresse hoc dicēte lu. xvi. Si in alieno fideles nō fuistis quod vestrum est quis dabit vobis. nihil de terra nām est nisi ąntū soli necessitati sufficit. Regnū aūt celoꝛ nām est. dño dicente Matth. xxv. Venite bñdicti ⁊c. Si ergo fideles nō sumus in alieno. tolletur a nobis qđ nostrū esse debuerat regnū dei. ¶ ℣ ¶ Scđo bon⁹ dispensatoꝛ nō solū debet esse fidelis sed ⁊ prudens. Est autez prudentia virtus ꝑ quā diuina preferimus terrenis: ꝑ quā vt ait seneca dignitatē rebus nō ex opinione sed ex eaꝛ natura ꝓstituim⁹ vt qđ in dispensatiōe fidelitas nō possit: sciamus ꝑ prudentiā dispensare. hec aūt prudentia in tribꝰ ꝓsistit. Primo vt bonū malo melius bono. optimū meliori in oīi dispensatione sua preeligat. hoc em̄ faciens prefert eternitatē tpi. celū terre. spūalia coꝛpalibus deū rebꝰ cōmutans oīa trasitoria in eterna Scđm in q̄ ꝓsistit prudentia: hoc est vt si ꝑlatus est sciat lucrari aīas. Huic enī lucro nullū opus nulla dispensatio preferꝛ in hoc mūdo sed oīa q̄ pñt fieri antecellit. Lucrū em̄ qđ in anima habꝰ acquirꝛ est infinituz. eo ꝙ ipa anima sit bonū qđā infinitū. iuxta illud puer. Infinitus thesaurus est hominis Qua prudentia sanct⁹ benedictus prudens dispensatoꝛ nos docet in regula. monēs aī oīa ne dissimulans aut puipendens salutem aīaꝝ ⁊ in doctrina sua imitans aplm qui di. Argue obsera. i. miscens tpibus tpa ⁊ terroꝛibꝰ blanditimēta. Tertio vt cū oīa relinquantur in futurū incerta. ⁊ nesciat homo vtrū amoꝛe dignus sit an odio. sicut dicitur Eccle. ix. oīa opa sua in būlitate sepeliat dicens. Seruus inutilis ego sum. qđ debui nō feci. nihil onō boī sibi tribuens. qua prudentia docet nos veritas Lu. xvij. Cū feceritis oīa q̄ vobis ꝓcepta sunt dicite Sui inutiles sumus. ¶ ℣ Tertius status est claustraliū siue ꝓtemplantiū in psona magdalene ꝓfiguratus. Ad quē statū cōtemplatiōis ądruplici exercitio puenit. s. ocio. silētio. auditu ⁊ desiderio: q̄ legimus de maria. Hanc de eius ocio ⁊ auditu dicit Lu. vt sup̄. Maria aūt sedebat secus pedes dñi ⁊ audiebat verbū illius. De tertio. s. silentio di. Bern. Vide ꝓgatiuas magdalene q̄ in oīi causa deū habet aduocatuz. indignat siquidem phariseus. ꝙquerꝰ soꝛoꝛ. murmurant discipuli ⁊ vbiq̄ maria tacet ⁊ ꝑ ea loquitur xps. Quartū aūt scz desideriuz innuit Joh. xi. vbi iesu venīen in castellū dicit occurrisse sic em̄ dicit. Maria cū venisset vbi erat iesus videns eū cecidit ad pedes ei⁹ ⁊ dixit ei Dñe si hic fuisses frater me⁹ nō fuisset meus. ꝑ quē occursum ei⁹ desideriū intelligimus cōpetenter. Sic deuoti claustrales cupietes rachelis ap̄leribꝰ ⁊ fungi officio magdalene ꝑ qđ ad nobilē statū valeant puenire ꝓtemplatiōis. ꝑdictis ąttuoꝛ se habilitēt: vt discant deo vacare. tacere. audire ⁊ desiderare. Tūc em̄ deo veraciter vacam⁹ cū corde nostro omni tpe: etiā q̄cunq̄ strepitu vel labore imminēte deo ꝓtinue adhereamus. qđ facere monemur deutero. cū dr. Caue diligenter ne obliuiscaris dñi dei tui Tho. iiij. Oibus diebꝰ vite tue in mēte habeto deū Tūc em̄ deo veraciter vacam⁹: si coꝛ nostrū in deum affigimus ⁊ nulla occasione illud abeo retrahim⁹ aliq̄n. Scđm habilitās nos ad ꝓtemplationē est taciturnitas ⁊ silentiū: vt siue a supioribꝰ coꝛripiamur: siue ab eqlibꝰ ꝓtēnamur: siue ab inferioribꝰ subsānamur semp clipeū patiētie ꝓferētes: silentium coꝛdis ⁊ oris teneam⁹: vt teste ꝓscia possimus dicere cū iob. Nōne silui. nōne dissimulaui nōne quieui. ⁊ venit sup me idignatio. Tertio cū maria audiam⁹ verbū dei ⁊ oīa q̄ audimus ꝑ viribꝰ exeq̄mur di. cū ps. Audiaz quid loquat⁹ ⁊c. ex quoꝛ verboꝝ virtute aliq̄n liq̄scentes ⁊a nobis penit⁹ recedētes fluimus in deū. iuxta illud. Anīa mea liq̄facta ē ⁊c. ⁊ taliter liq̄scere ē deo occurrere. Quarto sicut maria cū vehemēti desiderio dño occurramus. delicata est enī diuina cōsolatio vt nulli se tribuat nisi cū vehementi desiderio affecteꝛ. hinc bern. Oꝛtet vt ardoꝛ desiderij ꝓueniat oēm aīam ad quā ipe est venturus: qui oēm ꝓsumet rubiginē viciorū: et sic locū prepet dño. ⁊ tunc scit aīa. q̄n iuxta

In assumptione bte ma^e v^gs

est dñs cum se senserit illo igne succensam: ⁊ dicit cū ꝓpheta. de excelso misit ignē in ossibus meis. Tali anīe ita suspiranti freq̄nter imo sine intermissione oranti ⁊ affligēti sepe desiderio occurrit iesus xp̄s

LXXII. De eodem sermo ix.

Ego in altissimis habito Eccle. xiiij. Dicit Bern. Varia om̄ibus se exorabilē oībus clementissimā p̄bet. oīm denicq; necessitates amplissimo quodaz miseretur affectu q̄ppe q̄ in om̄i genere bonoruz in altissimis habitat in quibus potest ⁊ habz oīa que sūt bona. Ut aūt videamus in quibꝫ altissimis habitat v̄go sācta. Q. Sciēdū ꝙ sūt. vij. geuera bonoꝝ in q̄ꝝ altissimis hītabat. Fuit enī purissima generosissima ī meritis ditissima. in patiendo ꝓfundissima. in ꝯsolatiōe abundantissima. virtuosissima in ꝯtemplatione altissima: ⁊ hec oīa habuit in altissimis. Primo dico habuit altissimū gradū puritatis. Cū em̄ in omnibꝫ hominibus plus ⁊ ⁊ minus puritas habeat̄. illa sup̄ma est ⁊ altissima vbi nulla vnq̄ aspersio q̄ntūcunq; minimi pulueris ē cōtracta q̄ beata virgo habuit q̄ ī vtero fuit mūdata: ⁊ vsq; in finē vite in sup̄mo ꝑfectionis mūdissime conseruata. Et iō soli ꝯparatur in q̄ nunq̄ vlla macula fuit visa. hinc Aug⁹. Ea puritate nitebat virgo: qua sub deo maior nequit intelligi. que longe angeloꝝ transit puritatē. Naz deus qui vt ait iob iiij. in angelis suis reperit prauitatē. in ea nil inueniens prauitatis de ea di. ī Cañ. Tota pulcra es. Bern. Varia in puritate transcendit angl'os ⁊ celestez oēm supgredit̄ creaturā. Q̄ nō solū ꝓbatur autoritate sed ⁊ rōis virtute. Quāto em̄ q̄libet creatura ꝯiunctiorē deo: tanto etiā oportet esse puriorē. sed ip̄a sup om̄es creaturas fuit deo ꝯiunctior: ergo ⁊ purior. Scd̄o stetit ī altissimo grāꝝ. quicquid em̄ altissimū ē in gratijs hoc totū habuit virgo sancta. altissimū aūt in gratia est oēm habere grām: nō pluraliter nec diminute. sed ita sublimit̄ vt eo modo nulla pura creatura eēt gratiā ꝯsecuta. Vñ de hoc altissimo ipsa gloriat̄ eccl. di. In me oīs gratia vite et vie. ac si dicat. Oīs gratia mihi et omnibꝫ hoībꝫ ad p̄ñtē vitā ꝑiter ⁊ futurā nēcia. a deo m̄ misericorditer est infusa. Ut g̃ breuiter q̄ dicta sūt replicentur. altissimū in gratijs est om̄z grām hr̄e. nō tā sibi soli sed omni hoī inuocāti eaz ⁊ hoc totū in altissimo. q̄ vnq̄ pura creata ē grāz ꝯsecuta. In hocg̃ altissimo tria confluūt. s. om̄z. omni. sūmū. Omnē. s. hr̄e grāz omni indigēti ⁊ req̄rēti. ⁊ hoc totū insinuatur Eccl. xxv. Videte qm̄ non soluz mihi laboraui sed oībꝫ exq̄rentibꝫ veritatē. R. Tercio stetit in altissimo meritoꝝ eo ꝙ tam multa tā magna. tā sublima merita nēo vnq̄ ꝯportauit. Primo dico ꝙ nēo tā multa merita acq̄siuit q̄ ip̄a ꝯtinue merebat̄. ita vt momentū tp̄is ei nunq̄ sine merito ꝑtransiret. Nam ⁊ si ocio aliq̄n vacasset. hoc ip̄m adhuc tam virtuose. tam ex rōnabili causa fecit: vt ei nō immerito ad sup̄mū meritum cōputaret̄. Scd̄o nemo tam magna merita cōportauit. eo ꝙ ip̄a sua op̄a immediate in ip̄m deū quem in vtero portauit lactauit in gremio fouebat. exercebat. Nam si verū est. imo q̄ verū est. ꝙ si quis ꝓphetam recipiat. mercedem ꝓphete accipiet: ⁊ qui recipit iustum. iusti mercedē accipit. q̄ magnā mercedem accepit q̄ deū nō in hospiciū dom⁹: sed in hospicium corporis ⁊ cordis recepit. Et si mercedem accepit qui dat paupi indumentum. quid accipit q̄ dat deo carnis indumētum. Et si mercedē accipit qui dat pauperi ꝓpter deū alimentuz. quid accipit q̄ dat ipsi deo de liquore cordis. i. de vberibꝫ nutrimētum. Tercio ei⁹ merita nō solū erant multa nec solū magna sed etiaz sublima. q̄ simul ⁊ actiuā ⁊ ꝯtemplatiuā vitā sublimiter exercebat q̄d nulli vnq̄ est ꝯcessum. Alijs enim vita actiua. alijs vero contēplatiua est data alijs aūt q̄d adhuc plus est vtraq; vita est data. sed alternis vicibꝫ. vt ap̄lis. qui nunc ꝯtemplationibꝫ: nūc vero actionibꝫ intēdebant. sed beate virgini simul ⁊ semel vtrꝝq; est donatū. vt vicz infans foris ab ea alcret̄ ⁊ intus deitas ꝯtēplaret̄. vñ ip̄a sublimibꝫ suis meritis feliciter gloriat̄ Eccle. di. Ego feci vt oriretur lumē indeficiens ⁊ q̄si nebulam contexi totā terrā. ⁊ hoc est lumē quod de se di. Joh. viij. Ego sum lux mūdi quod

G.

lucet in terra ⁊ ī celo electis dei ⁊ dilectis: et per qđ lumē gratia sup vniuersaz terrā spargitur sicut sup terram nebula se diffundit. Quarto beata virgo fuit in patiendo ꝑfundissima. Dolorosius ei ⁊ profundius ipsa passionibus filij sup oēs viatores qui vnq̄ passi sunt patiebat. Alij enim in corpe patiebant qui tñ passionē suis viribꝫ cōmensuratam solū pertulerūt quibꝫ si quid fuit superadditū in patiēdo succubuerūt moriēdo qz nō potuerūt plus pati q̄ potuerūt. Ipa vero patiebat in aīa q̄ est immortal' in quā q̄ntūcunq̄ doloris acerbitas cumulabatur nō tñ succūbere potuit neq̄ mori. vñ bern. Tuā pertrāsiuit aniaz vis doloris: vt te pl⁹ q̄ martirē predicem⁹ in q̄ sensum passiōis excesserat affectus cōpassionis. ¶ Hec aūt vis doloris immensi ex triplici causa in aīa virginis cumulabat' ſ. ex materna clementia. patiētis filij innocētia ⁊ crucifigentiū crudeli vehementia. Primo dico dolor passionis fuit immēsus ex materna clementia. Si. n. omnis mr diligit natū ex cui⁹ dilectione cōpatit' quicquid doloris accidit nato suo. quō non illa mater q̄ plena pietatis erat cui⁹ viscera ñ ñ dulcedinē ēdolebāt sup oēm modū ꝑdolebat: Scđo dolor ei⁹ multus erat nimis ex filij patientis innocentia: quē sciebat nō solū nullū vnq̄ commisisse peccatū: sed suis crucifixoribꝫ bona mlta obtulisse. Pena. n. q̄ ex culpa iusligit patienti⁹ sustinet' Tertio vis doloris ei⁹ cumulabat' ex crucifigentiū crudeli vehementia. sciebat aūt beata virgo qz eoz crudelitas suo tēpore crudelē valde a deo vindictā exciperet. vt sicut passio filij multis extitit in eternā salutionē: sic multis fieret in ruinā ⁊ eternā dānationē. sicut audiebat in symeonis ꝓphetia di. Positus est in ruinā ⁊ in resurrectionez multoz ⁊ in signū cui ꝓtradicet'. Quito stetit in altissimo ꝓsolatiōis: vt q̄ tam ꝑfunde sup oēs hoies debuit turbari. merito etiā super oēs debuit ꝓsolari. ¶ Hoc aūt altissimū consistit in tribꝫ. ſ. in ꝓsolatiōis nobilitate. cōtinuitate ⁊ generalitate. Primo dico hec supmitas ꝓsolatiōis cōstabat ex cōsolationis nobilitate. Multis enim modis ⁊ multipliciter fiūt cōsolatiōes. Alij em̄ cōsolantur ex peccatoz remissione. alij ex aliq̄rum bñficioz collatione. alij ex q̄licūq̄ dulci affectione. alij ex spūssancti inebriatione. ipa beata virgo ex diuine speculatiōis cōsolabatur illustratione ⁊ ex diuine essentie (si phas est dicere) visiōe. Quicquid enim inter legislatores vnq̄ alicui accidit. hoc ꝑplius ⁊ nobilius ꝓringebat virgini gl'ose. Si ergo moyses ⁊ paulus ad hoc archanū proficiente gra tralxbant'. cur hoc nostre virgini non amplius eueniret. Scđo hoc altissimū habuit ex tpis cōtinuitate. Sic. n. asserunt ꝓcones ei⁹. q̄ semper ⁊ q̄si continue fuit in excessu. vt qđ alij i raptu ⁊ q̄si ad momentū habuerūt. ipa cōtinue fruebat'. Tertiū fuit ex generalitate. quippe ⁊ intus et extra in sensibꝫ ⁊ affectibꝫ in corpe ⁊ aīa consolabat'. Nam foras in aspectu filij. intus in aspectu veritatis. foras in hoie filij. int⁹ in deo dulcibꝫ cōsolationibꝫ fouebat'. In nō merito consolabat' foras quotiens illā gloriosaz testam (hūanitatem dico filij sui in q̄ plenitudo diuinitatis habitabat' respiciebat contrectabat lactabat ⁊c. Si em̄ alie mr̄es q̄ in peccatis ꝓcipiūt. in dolore pariūt ⁊ i multis laboribꝫ ⁊ immūdicijs nutriūt ꝛ peccatores fiunt. adhuc delectant' ⁊ ꝓsolant' in eozū infantu. quō non merito talis mater talem filium quē ex spiritu sancto cōcepit. sine dolore parturijt. sine grauedine gestauit. eriā in omni mūdicia ⁊ sancritate aluit ⁊ nutruit consolabat'. sicq̄ factū est vt foras ꝑ suum hoiem exteriorē in hoie filij pasceret'. ⁊ nihil ominus in suo interiori in filij sui interiori hoc est in diuinitate dulciter pasceret'. vt fieret ei qđ iohan. ꝛ. dicit'. vt egrediens ⁊ ingrediens pascua inueniret. ¶ Tercio stetit in altissimo virtutū. Hoc aūt iter triplicit ꝓringebat. scz in altitudine. in latitudine ⁊ in pulcritudine. Primo dico sterit i altitudine virtutū. qz non possedit eas mediocriter nec tenuiter nec diminute sed in supremo vigore: ⁊ sicut virtus nobilissime potest possideri: sic virtutē habuit virgo sancta. Scđo possedit virtutes in latitudine hoc ē ꝑm omnē ambitū virtutū. verbi gratia. humilitas hec virtus aliq̄ habet' in corde. aliq̄ tm̄ in ore. aliq̄ in ope. aliq̄ aūt diffun

De sto bñdo.

dit se ad omīa ista tria. Sic beata virgo ꝑm latitudinē virtutes oēs habuit. exercēs eas in oībꝫ in quibꝫ virtutes poterant exerceri. Et hoc ē de q̄ gloriat̄ virgo sancta. eccl. xxiiij Ego q̄si terebinthus extendi ramos meos. illa. n. arbor ꝑceteris arboribꝫ diffundit ramos suos. Tercio stetit in altissimo virtutū ꝑm pulcritudinē. Nā in alijs hoībꝫ habitꝰ virtutū cōquirit̄ ex impugnatōe viciorꝫ. Virtus em̄ vt dr̄ tenet mediū viciorꝫ. ipa virtutes habuit sine admixtōe cōtrarij. qꝛ caruit fomite peccati vñ vicia radicaliter oriuntur ⁊ ideo v̄tutes purissime habuit sine impulsu viciorꝫ. hinc est etiā ꝙ ipa virgo virtutes suas delectabiliter exercebat. Sic em̄ dicit phūs virtus hꝫ se ad modū nature. vñ sicut ignis naturaliter inclinat̄ ad actū calefaciendi. Sic hō virtuosus ad agere virtuose. virtutes em̄ cū acquirūt̄ ⁊ trahunt̄ in habitum optime cū natura ꝯueniūt ⁊ delectabiliter sedēt in aīa possessoris. Virtus em̄ vt dicit bernardus naturalis ē. Septimo gloriosa v̄go nūc ⁊ ineternū hītat in altissimo glorificatōis. Nec īmerito debent enī ꝑmia meritis correspondere vt q̄ in altissimis meritorum stetit in via. stet etiā in altissimis ꝑmiorum. Et qꝛ nulla līgua de hac eius gl̄a quicq̄ valet exprimere. exquadā tñ quasi circūlocutōe de hoc altissimo aliquid depīgamus

¶ X ¶ Habuit eniꝫ in via tria singulariter mirabilia ⁊ mirabiliter singularia. q̄ oñdūt eā in patria singulariter mirabiles ⁊ mirabiliter singulares glorias sup̄ omēs creaturas possidere. Hec tria fuerunt virginea maternitas: diuina filiatio: spūalis passio. que mirabilia ita ei singulariter euenerūt. vt in his nec primā sil̄em visa est nec hr̄e sequētē Et his tribꝫ mirabilibꝫ singularibꝫ. mirabiliter singulares ⁊ singulariter mirabiles glorie in patria correspondent Hinc ber. merito beata virgo ꝑ solem figuratur. quia sicut sol solus orbem illuminat. sic hec sola solidiori lumine ⁊ hoīes ⁊ angelos in celesti patria illustrat ideo vt inaccessibili luce ꝑlucens sic vtroꝝq̄ spūum habeat dignitatem vt in cōparatione virginis nec possint nec debeant apparere. vt sicut illucescente sole. nec luna lucere nec sidera appere videntur. sic maria ad celum veniente: sydera celestium spūum quasi non sint nec lucere nec appere videntur. Si ergo gloriosam dñam nostram volumus magnifice honorare ipsaꝫ studeamꝰ pro pronitatis nostro modulo pro viribus imitari. sic enī ipsa hortatur nos di. Transite ad me omnes qui concupiscitis me ⁊ a generationibꝫ meis implemī. ac si dicat Qui mihi placere cupiunt ad me transeant id est imitentur me ⁊ a generationibus meis id ē bonis meis hic enumeratis implemini. qd̄ si facere decreuerimꝰ studeamus vitam nostram predictis septem bonis adornare non vt eadem intanta altitudine quod nobis ē impossibile consequamur. sed vt fimbriam eorundē id est infima eorum adipiscamur. vt saltim infimum puritatis gratie meritorum passionum consolationum virtutuꝫ ⁊ tandem glorie habeamus quod et cetera

¶ LXXIII

¶ De sancto bernado.

Quasi stella matutina īmedio nebule ⁊ q̄si lūa plena in diebus suis lucet. ⁊ q̄si sol refulgens sic ille refulsit in templo dei Eccle. l. di greg. Quibusdā gradibꝫ ad altiora incremēta vrtutū ꝑuenimꝰ nēo eī repēte fit summꝰ. sꝫ a bōa conuersatōe vilia deserēs a minīs q̄sq̄ inchoat vt ad magna perueniat. ¶ Y ¶ In verbis ergo propositis licet simeon onie filius sacerdotis magnus quātum ad litteral em intelligentiam cōmendetur. nil tamen refert si ea ad beatissimi pr̄is nostri bern. cōmendationem acōmodantes vitā eius gloriosam ꝑ ipsa spiritualiter intellecta declaramus. Si eniꝫ in ꝑdictis verbis magnus ille sacerdos veraciter cōmendatur. quanto magis venerabilis pater noster q̄ vita ⁊ doctrina gl̄osus valde effectus est in eisdē verbis poterit ꝯmēdari. maxīe qꝛ ꝑ tria illa lūia. s. stellā lunā. solē. triplex status vite sue. s. pr̄icipiū mediū ⁊ finis ꝓprijssime ⁊ cōueniētissime declarat̄. ita vt singula lūia ad statꝰ singl̄os referamꝰ. Stellā ad principiū cōuersiōis. lunā ad mediū ꝓgressiōis. solē ad statū ꝑfectōis ꝓprie cōpantes vt sic per hec tria lūia tota vita venerabilis

BIBLIOTEKA GŁÓWNA w Poznaniu Uniw. im. A. Mickiewicza

patris nostri a primordio ꝯuersionis incho
ata ⁊ vsq; ad finē ꝑfectōis cōsūmata plenis
sime cōmēdet ꝑ ꝓprietates luminū status
singl'os exponētes. Primo ergo a p̄mo luīe
stella vicz inchoātes dicimus ꝙ stella tres
hz ꝓprietates. q̄ꝝ virtutē beat⁹ pr̄ nr̄ conuer
siōis sue p̄mordio dedicauit Est em̄ stella er
rātiū directiua. discordātiū recōcialitiua. fe
cūdantiū germinatīa. Compat̄ ḡ principiū
cōuersiōis p̄tis nr̄i bern̄. stelle ꝓpter errātiū
directōz Ut sicut stella nocte itinerātes vel
etiā in mari nauigātes ne a via recta deuiēt
⁊ oberrent. regit ⁊ gubernat. sic pr̄ nr̄ in pri
mordio ꝯuersionis sue sensus suos exteriores
ex corrupta natura vagos ⁊ erroneos a va
nis cohibuit ⁊ eos ad dn̄m dirigebat. legit̄
em̄ numeri. xv. dn̄z p̄cipientē Nō sequaris
ocl'os ꝑ res varias fornicātes ꝑ ocl'os om̄es
sensus volens intelligi q̄ (vt. i. re. dr̄) huc atz
illuc vagant̄ incerti. ⁊ qd̄ in scriptura lege
bat hoc ope efficaciter adimplebat ⁊ qd̄ ope
faciebat hoc postea alios docebat dicēs Pri
ma virtus est hītus corpis vt hō vno modo
se habeat ⁊ nil sit qd̄ possit offendere intuen
tes Et quod fecit postea docuit dicēs. hēat
homo dei sensus suos exteriores non duces
sed ꝑuientes vt dicat huic veni ⁊ veniat ⁊ al
teri vade ⁊ vadat. ⁊ alij fac hoc ⁊ absq; ꝯdi
ctōe faciat. Scdo pr̄ nr̄ bern̄. assil'at̄ stelle
ꝓpter discordātiū reconciliatōz. vt sicut stel
la ꝑ efficaciā virtutis sue elemēta discordā
tia vt se cōpatiant̄ reconciliat. sic ipse corpus
⁊ animā q̄ vt ait ap⁹ aduersū se mutuo con
cupiscunt. studuit in bonū efficaciter cōcor
dare. corpus tanq̄ mancipiū spiritui sub
sternendo. nec solū hoc de corpe ⁊ aīa fecit sz
etiā affectōes interiores qui frequēter dissē
tiunt concordauit vt qd̄ ratio bonū iudica
uerat. voluntas voluerit ⁊ memoria āplecte
retur. qd̄ per oīa in hoīe placet deo Nam de
corporis ⁊ spiritu cōsensu dicit̄ Ecc. xxv. In
tribꝰ beneplacitū ē spūi meo q̄ sunt probata
corā deo ⁊ hoībꝰ. quoꝝ vnū est vir ⁊ mulier
bn̄ cōsentientes. qd̄ de corpe ⁊ spū intelligi
tur De quibꝰ. s. corpe ⁊ spū di. veritas mat.
xxviij. Si duo cōsenserint omne qd̄ petierit
fiet eis a patre meo. hīc ap⁹. i. Coꝝ. i. Ob
secro vos prēs ꝑ nomē dn̄i nr̄i iesu xp̄i. vt id
ipsum dicatis oēs. ⁊ nō sint in vobis scisma
ta. qꝛ vt dr̄ Ecc. Vnus orans ⁊ vnus male
dicēs cui⁹ vocē exaudit dn̄s. hinc bern. qd̄
fecit docuit dicens. docendus ē nou⁹ hō int̄
carnē ⁊ spm̄ (qui inuicē iugiter aduersū se cō
cupiscūt) iustū rōis ⁊ discretōis hr̄e iudiciū
nec alic⁹ accipe ꝑfonā. docēdusq; ē spūs cor
pus suū habere sicut egꝝ cōmēdatū. cui etiā
multū volenti inutilia sunt negāda. Utilia
vero etiā nolēti vltro ingerenda. sic de eo age
re sicut de nō suo. sed eius aq̄ empti sumus
p̄cio magno. nec dubium quin prius fecerit
quod docebat. A Tercio principiū vi
te p̄tis nostri. assil'at̄ stelle ꝓpter germinātiū
fecunditatē. qꝛ sicut virtus cōstellatōem in
fundit radicibꝰ ⁊ plantis vt germinēt ⁊ fecū
dent. sic corpore ⁊ aīa recōciliatis: sensibus ⁊
affectibꝰ in vnū coadunatis cepit pater sā
ctus virtutes ⁊ opa meritoria efficacissime
germinare. Nā ante talē sensuū in deū ordi
natōem ⁊ affectuū recōciliatōem. si quid fa
cimus de genere boni nō tn̄ erit meritorium
apud deū. fecūdatō ⁊ germinatō solū surgit
postq̄ sensus ⁊ affectus ad deū fuerint ordi
nati. qꝛ ex his bn̄ ad deuz ordinatis deus al
lectus ad aīam veniet ex cui⁹ p̄ntia tota vita
hoīs germinat in salutez. vt de hui⁹ cemōi
dicere possimus illud. i. Re. xxiiij. Non ē q̄c
q̄ ex eo qd̄ non germinet ⁊ illud p̄s. Foliuz
eius non defluet. ⁊ oīa quecūq; faciet ꝓspa
bunt̄ ⁊ sic pz quō pater noster bern. ꝓpter pri
cipia cōuersionis stelle cōpat̄. Et sciendum
ꝙ nō stelle simpliciter sed stelle matutine in
medio nebule lucētis assil'atur. q̄ duo cōuer
sionē patris nostri non mediocriter recōmē
dāt. Nā matutine additur ꝓpter maturā cō
uersionē. nobile vero ꝓpter prauorum ꝯuer
satōez hoc est. qꝛ mature inhoauit ⁊ in medio
natōis praue ⁊ peruerse cōuersiōz suā sancte
⁊ munde cōseruauit. Nā de p̄rio dr̄ Trenoꝝ
iij. Bonū est viro si portauerit iugū ab ado
lescentia sua. De scdo dicit greg. Nō valde
laudabile est bonum esse cum bonis. sed bo
num esse cū malis. sicut em̄ grauioris culpe
est inter bonos bonum non esse. sic immensi
preconij est bonum inter malos esse H.
Sequitur secundum principale scilicet qua
si luna plena in diebus suis lucz: In quibꝰ

De sc̄o bn̄do.

verbis venerabilis pr̄ ber. a medio statu vi/
te sue mirifice cōmēdat̄. Describit̄ aūt a lūa
nō q̄licūq; . nō corniculata nec diminuta. s3
aspica ⁊ rotūda. q̄si a lūa plena ⁊ perfecta.
ꝓpter tres eius ꝓprietates sc3 ꝓpter copiosa3
illuminationē. virtuosam oꝑatōem. fructu/
osam conuersatō3. Prīo dico cōpat̄ lūe ple
ne ꝓpter copisam illuīatō3. q2 om̄s noctis te
nebras illuīat. lucens a noctis principio vs
q3 infinē. qd̄ in nulla alia forma facit. vnde
semiplena in crescendo primā partē noctis
⁊ iteꝝ semiplena in descresendo vltimā ꝑte3
noctis illuminat. sed plena totā. Sic pr̄ nr̄
tā copiosum lumē gratie accepit a sole deo
vt vite sue om̄es tenebras ꝓpulsaret nullas
in eo tenebras derelinq̄ns. Sūt aūt tenebre
peccatoꝝ. ignorantie bonoꝝ ⁊ defectuū no/
stroꝝ. Nam de primis tenebris d̄r in p̄s. Ti
mor ⁊ tremor veniūt super me ⁊ cōp̄hende/
rūt me tenebre. de secundis tenebris ignorā
tie idem di. Deus me⁹ illuīa tenebras me/
as. idē. Nesciunt neq3 intelligūt q̄ in tēbris
ābulant. De tercijs di. iob. ix. In calle meo
tenebras posuit ⁊ iteꝝ. xvij. In tenebris stra
ui lectulum meū. Has om̄s tenebras lumē
gratie in vita beati viri plenissime dissipa/
uit ⁊ eorum contraria infundebat. Expulit
em̄ tenebras peccatoꝝ infundens purā inno
centiā tenebras ignorantie bonorum docens
dei sciam. tenebras defectuū nostroꝝ dans
irreprehensibilem ꝯsciam. Na3 de sua inno
centia iteꝝ ip̄e di. Quod ip̄e deus mihi nō
imputare decreuit sic est q̄si nō fuerit. de. iij.
sc3 dei scīa ipse fatet̄ ꝙ inter querc⁹ ⁊ fagos
orando. meditando ⁊ contēplando didicerit
vnde ꝯfessus est ꝙ sibi meditanti ⁊ orāti to
ta sacra scriptura exposita ē. Ex tercio hoc p3
ꝙ ita nullū habuit defectum se retardantē
ꝙ ex nimio feruore qui mod̄ ⁊ vires excessit
datus est in obedientiā malachie Ep̄i q̄ eū
per frenū obedientie a tali ⁊ a tanto impetu
cohiberet. ¶ Scd̄o cōpat̄ venerabilis pr̄
noster lune plene ꝓpter virtuosā operatiōe3
Nā vt di. astronōi ꝙ luna plēa ꝑ oculta na
ture spiramina augmētat ⁊ multiplicat oīa
humida. exq̄ fit ꝙ medulle ī ossib⁹ ⁊ cerebrū
in capitibus humano res in cordibus san/
guis in venis. aqua in mari cum fontibus ⁊
fluminib⁹ in plenilunio augmentant̄. et in
minutione siue decrescentia lūe silr̄ minuūt̄
Sic cū deus diuina sua gratia hominē vi/
sitat ex plenitudine visitantis gratie omnia
interiora hominis consolatione ⁊ gratia re/
plebuntur. cum vero subtracta fuerint om̄ia
exiccantur. Q aūt patri nostro bern. hec vi/
cissitudo frequenter acciderit. in multis scri
ptis ip̄e testat̄ di. super cantica. Reuertere
viuum ⁊ efficax est verbum. mox vt int⁹ ve/
nit exꝑge fecit dormitantem aīam meam. ce
pit euellere. destruere. edificare. plātare. ari/
da rigare. tenebrosa illumīare. clausa resare
frigida inflāmare. ita vt ex redūdantia grā/
rū benediceret anima mea dn̄3 ⁊ hoc ex plei
luīo ⁊ sequit̄ statim. Verum hec om̄ia post
q̄3 accesserit verbū quodā illicito languore
torpentia iacere incipiunt. ac si a cacubo bul
lienti subtraxeris ignem ⁊ hoc signū abscess/
sionis eius. ac si dicat. hoc signū est diminu/
tōis lune. Et quia venerabilis pater frequē/
tius fuit in gratie visitatione q̄3 in eius sub
tractione. ideo plenilunio in proposito the/
mate comparatur. hinc iterum di. Currebā
bene. ecce plenilunium ⁊ statim sequitur. ec
ce lapis offensiōis in via quid aliud nisi lu
na est diminuta. hanc mutabilitatem decla
rat grego. di. Postq̄3 deus hominē visitat.
subito hominem probat. quia accedēdo cor
da ad virtutes prouehit ⁊ recedendo cōcu/
ti temptatione permittit. Tercio pater iste
venerabilis lune comꝑatur propter opposi/
tam stationem. Luna enim cum plena fue/
rit stat opposita contra solem ⁊ ideo etia3 to
ta a sole illuminat̄. Sic pater noster in me
dio statu suo plena facie ad dn̄m se conuer/
tit ⁊ idcirco totus etiam meruit a domino il
luminari. quā ꝯuersione3 plena3 pauci do
mino exhibent. sed quasi om̄s claudicamus
nec petrus adhuc ad plenum conuersus ex/
titit cum ei dn̄s dixerat mat. Et tu aliquan
do conuersus confirma fratres tuos. vn̄ sin/
gulis nobis dicit deus illud. Esa. Si con/
uerteris israel ꝯuertere. Quod exponit ber.
di. hoc est ꝑfecte ꝯuersiōis culmē app̄hēde
Nam plena ⁊ ꝑfecta cōuersio tanti estimat̄
vt in ea humane vite ꝑfectō statuat̄. q̄d aūt
perfectam conuersionem dicimus quando

homo totus ex omni quod est quod potest. q̄ scit ad dominum se conuertit. hoc est quā do omnem cogitationem. intentionem. dilectionem. operationem. deuotionem. affectionem conuertimus ad deum ⁊ toto conamine auertimus hic a mundo. vnde pater noster qui hanc cōuersionem plenā in se habuit ipsam declarat sic dicens q̄ facta eorum q̄ retro sunt obliuio ⁊ perfectā in anteriora extentio. ipsa est hominis iusti in hac vita perfectio ⁊ sic patet ex quibus cāis pater noster bern̄. plene lune assimilatur ⁊ cōparat.

¶ Sequitur tercium principale scilicet quasi sol refulgens. In quo verbo venerabil' pater noster non a principio nō a medio ꝛ a fine ꝓsūmatiōis ⁊ a plena perfectione vite sue cōnenientissime cōmendatur. Compat aūt sole ꝓpter tres proprietates. habet enim sol illuminare. occulta manifestare ⁊ generare. de primo di. plato in thimeo. Ingeminauit deus rerum conditor lucem clarissimam quā solez vocamus. cuius splendore celū superius ⁊ omnia inferius illustrant. de scdo dicitur in naturis rerū. q̄ sol habet virtutez discretiuam. Nam colores ⁊ rerum species ⁊ figure que in tenebris sunt ignote. per presentiam solaris lumis cognoscūtur ⁊ abinuicem discernuntur. de tercio di. phūs hō generat hominē ⁊ sol. nil em̄ nascitur ⁊ generatur nisi ꝑ virtutē solis adiuuetur. Sic venerabilis pater omnez hominem ad seveni entez illuminauit ⁊ edificauit ꝑ sanctissime vite conuersationem. occulta manifestauit per librorum compilationem. in quibus occulta spiritualiū bonorum ⁊ spūs sancti. quā in occultis agit dispensationē preomnibus doctoribus denudauit. de quibus occultis ipse di. beatus q̄ in occulto percipit venas susurrij eius. Multos etiā generauit per p̄dicationē. nam in christo iesu per euangelium mlt̄os ipse genuit. Et sic patet ordo. quia in p̄mo statu per conuersionem stelle in medio statu per imitationem lune perfectus iaz in se factus in vltimo statu. soli assimilatus ad edificandum proximū se conuertit. per iesum xp̄m dn̄m nostrum.

¶ LXXIIII

De eodem sermo secundus

OMne preciosum vidit oculus eius ⁊ ꝓfunda fluuiorum scrutatus est ⁊ abscondita ꝓduxit in lucē iob. xxviij. di. greg. In sacra scriptura videre eligere dr sicut in euangelio scriptū est cū eēs sub ficu vidi te. i. positū te sub vmbra legis elegi. silr̄ ꝑciosum idē est quod pfectū. nil em̄ in hūanis rebus ꝑciosius ē perfectō per oculū aūt vt ait bern̄. intellectus accipit sic enim di. Oculus meus intelligēcia mea Est itaq̄ sensus beati bern̄. intelligentia elegit omnem perfectionem. ¶ In quibus verbis cū sequentibus a triplici prerogatiua sublimiter ⁊ mirifice cōmendatur scilicz a vite operosa perfectione. sacre scripture per sensus mysticos studiosa elucidatione. fideli ⁊ fructuosa predicatione. Ista tria sunt nobiliora bona. que homo sanctus consequi potuit in hac vita. primum ꝓpter se. secundum ꝓpter deum. tercium ꝓpter proximuz est misericorditer consecutus. primū ibi. omne preciosum vidit oculus eius. secundum ibi profunda fluuiorum scrutatus est. tercium ibi. abscondita produxit in lucem. Dr autem in hoc themate predicta tria preconia congrue designentur ꝑ auctoritates sacre scripture lucide declaratur. Et primo de. i. dr. Jere. xv. Si seperaueris preciosum a vili. quasi os meum eris quod exponit greg. di. Vilis est mundus presens. anima preciosa. qui ergo preciosum. i. aīam a vili id est a mundo perfecte ⁊ plene seperat. ille ꝑ omnia est perfecte ⁊ talis erit deo familiaris. sicut nos ordinate familiares sumus quia semper ei delectabilia ministramus. de. ij. iterum di. grego. q̄d hec flumia nisi antiquorum patrū dicta nūcupantur. ⁊ subiungit. Quis enim pensare sufficiat q̄s vehemens fluuius dum legē dei terz ex pectore ⁊ ore moysi erupit. q̄s vehemens fluuius ex ore dauid defluxit. q̄nta ex salomonis ore ⁊ omnium prophetaꝝ flumina manarūt hec ergo flumina ⁊ maxime salomonis cantica canticoꝝ quam profunde scrutatus est venerabilis pater ber. cum per misticos sensus tam gloriosas lnias a deiformi litera exhausit. Unde gre. de se ⁊ alijs sacre scripture expositoribus di. Nos qui veniente dn̄o

in fluminibus scripturarū interna ⁊ spūalia
q̄rimus quid aliud agimus ni si quia eoꝝ
profunda rimam̄ de. iij. di. greg. Abscondi-
ta in lucem producimus dum sensus misti
cos subtili intellectu absconditos predican
do populo annūciam⁹. Et hec de laude glo-
riosi patris nostri bernardi. breuiter ta-
cta sufficiant. Quippe qui laude nostra non
indiget eo ꝙ pene ip̄m per om̄ꝫ vitam suaꝫ
signis ⁊ miraculis deus laudauit ⁊ laudan
do mirifice cōmēdauit ⁊ ideo ꝑfecte a sūmo
laudatore deo magnifice est laudatus. tacea
mus interim laudare euꝫ. quia vt ait amb.
Perfecte laudi aliq̄d addidisse decerpsisse
est. Verum quia suprema laus gloriosi pris
est filius sapiens vt ait salon. Nos ad lau-
dem suā ip̄ꝫ studeamus imitari quod ꝑ ma
xima laude accipit pater noster. Dicit em̄
aug. Q nulla laus ⁊ nullus honor deo ⁊ sā
ctis eius maior ⁊ gratior poterit exhiberi q̄ꝫ
si patres imitemur ipsorum vestigijs fideli
ter adherentes. Verum quia paucorum est
predicare ⁊ verbū dei adhuc paucissimorum
scripturam exponendo elucidare. iō hec duo
mēbra scilicꝫ ꝑm ⁊ terciū intermittētes ad ꝑ
fectionem feramur que in primo membro ē
proposita sermonē qui in manibus est exor-
dientes. qualiter gloriosum patrem nostrū
bern̄. ⁊ si non in plena perfectione saltim in
ꝑfectōis studio ⁊ conamine imitemur. hoc
em̄ requirit votum nostrum vt per gratiam
adiuti conemur perficere vitam nostraꝫ. nā
qui ab hoc conatu deficeret veniret vtiq̄ꝫ con
tra votum. ¶ F ¶ Propter quod sciēdū. ꝙ d̄
ꝑfectione religiosoꝝ loquētes tria ꝑ ordinē
ꝓseq̄mur. s. de uoti integratōe. interiori p̄pa
ratōe ⁊ de ipsa ꝑfectōe. De primo adhuc di-
cant̄ duo. s. de voti integratōe. scd̄o de dei re
muneratōe. De primo sciendū ꝙ ꝑm tres re
rum habitus tria resignauimus ꝓpter deuꝫ
scꝫ res corpus ⁊ aīam. Res ꝑ voluntariam
pauꝑtatē. corpus. ꝑ mundā castitatē. aīam
resignādo ꝑ obedientiā ꝓpriam ⁊ voluntateꝫ
hec em̄ tria sunt impedientia studiū ꝑfectōis
⁊ iō sunt abijcienda ne nos impediāt a ꝓfe
ctu. Propter qd̄ videndum est q̄uo singula
hec abijciant̄. ⁊ primo ante alia de reꝝ plēa
abdicatōe. studētes nuda pauꝑtatē inserere
vite nostre. Hec aūt pauꝑtas vt plena ⁊ in
suo genere sit ꝑfecta in tribꝫ cōsistit sꝫ in oīꝫ
reꝝ plena denudatōe. vsus abdicatōe ⁊ ī hu
militatis ꝓfūda ⁊ cōtemptibili cordis ⁊ cor
poris hūiliatōe. hec em̄ sequit̄ ad pauꝑtateꝫ
verā. Mundus em̄ omnē hoīeꝫ contēnit q̄
se contēnit ⁊ hec tria faciūt hoīem perfectum
in genere pauꝑtatis de qua d̄r mat. Si vis
ꝑfectus eē vade ⁊ vende oīa q̄ habes ⁊ seq̄-
re me. Scd̄o studeamus plene ⁊ ꝑfecte resi
gnare corpus nostrū hoc em̄ ꝓmisimus per
votū castitatis. quod tūc in suo genere ad ꝑ
fectū statū ducim⁹ si in oībꝫ spūi corp⁹ sub
iectū nil vnq̄ꝫ ꝓpter se agere ꝑmitat̄ sed to-
tū dei obsequijs tanq̄ꝫ vere suū duplici iure
scꝫ emptione ⁊ voti ꝓmissione mancipet nā
de ēptione di. ap⁹. Empti em̄ estis p̄cio ma-
gno. s. p̄cioso sanguine agni īmaculati. ⁊ iō
subiungit Glorificate ⁊ portate deū in corpe
vr̄o. De voti aūt ꝓmissione d̄r de vtro. Cuꝫ
voueris votum dn̄o deo tuo. non tardabis
reddere qꝛ requiret illud a te dn̄s deus tu⁹
si nolueris polliceri ab q̄ꝫ peccato eris. Qd̄
autem semel egressum est de ore tuo ⁊c̄. ⁊ qꝛ
corpus ad hoc creatum est vt anime siue spi
ritui famuletur. ideo q̄n̄ ad hoc ventū est tūc
in suo genere est perfectū. ¶ G ¶ Ad qd̄ faci
endū corpus nr̄m est triplici exercitio assue-
faciendū. s. omnium malorum fortissima re
luctatione difficilium ⁊ arduorum strēnua
operatione. omnium sensuum ⁊ mēbrorum
vnanimi coadunatione. De primo. Eccle.
Seruo maliuolo tortura ⁊ compedes Itē
ber. Docendus est nou⁹ homo sic habere cor
pus suum sicut egrum cōmendatum. cui ec̄
multum volenti inutilia sunt neganda. vti-
lia vero etiam nolenti vltro ingerenda. De
ij. d̄r ecc̄. Quodcunq̄ꝫ potest manus tua fa-
cere instanter operare ⁊ iterum In omnibꝫ
operibus tuis precellens esto. De. iij. ꝓuer.
In tribus beneplacitum est spiritui meo. q̄
sunt probata coram deo ⁊ hominibus inter
que est concordia fratrū. de quo ber. Habeat
deuotus hō familiam sensuum ⁊ mēbroruꝫ
taliter ordinatam ⁊ disciplinatā. vt cū dixe-
rit huic veni ⁊ veniat. ⁊ seruo suo fac hoc et
absq̄ꝫ ꝯdictōe faciat. Hec tria tamdiu agen
tes quousq̄ꝫ ex assuefactōe ⁊ gr̄e subuentōe

contra sensum suũ incipiat eũ delectari q̃c
quid delectat spiritum. quia vt dicit Bern̄.
Exordinata natura per peccatum si ad deũ
perfecte fuerit conuersa cito recuperat quod
cunq̃ perdidit auersa. Tercio resignemus
animam deo nostram voluntatem offeren-
do ⁊ eius voluntatem ⁊ sui vicarij faciendo.
nam in hoc q̃ nostram voluntatem resigna
mus ⁊ dei voluntatem facimus. animã cui⁹
est voluntas dicimur resignasse. ¶ H ¶
Hoc autem si perfecte agit triplici indiget
amiculo vt videlicet eam nunq̃ resumam⁹
nunq̃ remittamus. nunq̃ scindamus. Nã
de prĩo arguit bern̄. eos qui in delectabilib⁹
resumunt ꝓpriam voluntatem dicens. Vt
quid vos rursum de nobis intromittitis. q̃
semel matura deliberatione preuia volunta
tem vestram dedistis nobis regendam. hoc
enim facientes mentimur deo quod ꝓmisi-
mus non soluentes. de quo act. v. d̃r. Nõ es
mentitus hominib⁹ sed deo. de quo Ecc̃. xij
Aboĩatio est deo labia mẽdacia. hinc ꝓuer.
xxv. Nubes ⁊ ventus ⁊ pluuie. non sequen-
tes vir gloriosus ꝓmissa nõ soluens Scdo
non solum ꝓmissum nostrũ non est resumẽ
dũ sed nec aliq̃n remittendũ siue minuẽdũ
sicut em̄ dicit Ecc̃. xxxv. Non minuas p̃mi-
tias manus tue. primitias volens intelligi
primum feruorem in quo resignamus deo
nostram voluntatem ⁊ promittimus suam
sequi. ne dicatur nobis illud aggei primo.
Respexistis ad amplius ⁊ ecce factũ est mi⁹
sed magis deuotio nostra de die in diẽ deb⁹
proficere. vt veraciter dicatur nobis illud.
gen̄. xxvi. Ibat proficiens atq̃ succrescens
donec vehementer magnus effectus est. qui
aũt hoc non fecerint illis d̃r in apoc̃. Habeo
aduersum te q̃ caritatẽ p̃mũ dereliquisti. i.
p̃mũ feruorẽ. Tercio voluntatẽ nr̃am nunq̃
rescindamus ante finẽ vite sed constanter ꝑ
seueremus vsq̃ in finem hoc em̄ mandatũ
est in lege vbi omne animal iussum est cũ
cauda offerri. nam sicut d̃r mat. Qui perse-
uerauerit vsq̃ in finẽ hic salu⁹ erit. I Et
sciendũ q̃ hec dei voluntas q̃ promisimus
faciendã nostra resignata. d̃ esse in princi-
pio laboriosa. in medio deuota siue affectuo
sa. in fine deliciosa. Nã de. i. di. bern̄. Nou⁹
homo qui non habet rationem ducentẽ af-
fectũ trahentem. discretionem moderantẽ
quadam vi vtatur in semetipsum sicut figu
lus infigmentum necessitatẽ sibi faciens ꝯ
necessitatem ⁊ affectum sibi formans cõtra
affectum. donec mereatur plenam accipere
delectationem contra delectationem Secũ
do debet in medio esse affectuosa siue deuo-
ta. vt incipiat ei dulcescere opus dei. Nã in
hoc medio occurrit ei gratia q̃ coniuncta bo
ne voluntati facit onus dei leue. de quo sal-
uator luc̃. Tollite iugum meum super vos
quia iugum meum suaue est. ⁊ onus meum
leue. ⁊ hoc est q̃d dicit bern̄. Primo aliquid
importabile est processu tp̃is non adeo gra
ue. paulop⁹ leue senties. paulop⁹ etiam de
lectabit. Tercio in fine voluntas erit delicio
sa. quia in amorem cõmutata fruitur bonis
dei. sic em̄ di. bern̄. Magna voluntas ad de
um amor est adhesio ẽ fruitio est. coniunctõ
⁊ caritas est. Hec voluntas in principio vo
catur amor. in medio dilectio quasi duorũ
ligatio. in fine caritas. i. cara vnitas. Nũc
licet a longe post voti integrationem dicen-
dũ est de dei remuneratione. de qua sciendũ
q̃ secundũ integratõnem predictorum triũ
hĩtuũ scilicet rerum corporis ⁊ anime. tripli
cem remunerationẽ a deo accipimus Naz
pro rerum relictione accipimus centuplica
tionẽ. pro corp̃is relictione accipimus in iu
dicio iudiciariam assessionẽ. pro voluntatis
siue anime relictione accipimus eternaz glo
rificationez. vnde de primo cũ diceret petr⁹
Ecce relinquimus omnia. quid g̃ erit nobis
Rñdit dñs. Amen dico vobis q̃ vos q̃ reli
quistis omnia ⁊c̃ centuplũ accipietis. de. ij.
iterũ d̃r Vos qui secuti estis me. s. relinquen
do corpus sedebitis super sedes. xij. iudican
tes xij. trib⁹ israel. de quibus sic gloriose cũ
xp̃s assidentib⁹ ⁊ iudicantibus dicitur a re
probis in die iudicij Sap̃. v. Nos in sensa
ti vitam illorum estimabamus insaniã ⁊ fi
nem illorum sine honore ⁊c̃. de tercio d̃r in
p̃dicta auc̃tate scilicet centuplum accipietis
⁊ vitam eternam possidebitis ¶ R ¶ Se
cundo dd̃m de interiori p̃paratione. de q̃ tria
ꝑcurrant. dẽmus em̄ ꝯsciam ditare. intelli
gentiã subtiliare. reminiscentiã eleuare. Cõ

stiam eñ dicamus si intimã puritatẽ meritorum copiositatem. vtrũ tam claritatẽ q̃ntum possumus cõportamus. nam de. i. dicit Eccle. xij. Bona substantia cui nõ est peccatum in conscia. de scdo dicitur prouer. x. Manus fortium diuitias parat Eccle. iiij. Vita operij sufficientis sibi condulcolabit & in ea inuenies thesaurũ. scilicet meritorũ de tercio eccle. xliij. Sunt hoies diuites in virtute. De omnib9 aũt his diuitijs dicitur thesaurus desiderabilis requiescit in tabernaculo viri iusti. Scdo dẽmus intelligentiam subtiliare. q̃ nec̃ contingit tripliciter si viam dñi in nobis obseruamus. familiaz gubernamus. ipam irreprehensibilem conseruamus. Primo dico intelligentiam subtiliamus si omnes vias dñi venientis ad aias nostras obseruamus. hoc eñ multuz ꝓmouet & adiuuat nos ad deuz. q̃ fatiebat ꝓphẽta subtiliter di. Audiã quid loq̃t in me dñs deus. hinc puer. viij. Beatus q audiens me qui vigilat ad fores meas quotidie. & obseruat ad postes hostij mei. quia qui inuenerit me inuenet vitam hinc ber. Quando dñs veniat. aut q̃n vadat id plane periculosissime ignorat. cũ eñ hec circa nos dispensatione sancti spiritus vicissitudines vigilãtissime ñ obseruantur. fit vt nec absentem desideres. nec presentem glorifices. nempe qui ad hoc recedit vt auidius queratur quo nã mõ si abeẽ nescitur requirit & qui dignanter ad hoc redit vt consolet̃ qualiter digne ꝓ sua maiestate suscipiãt̃ si nec ad eẽ sentitur. Secundo intelligentia nostra tanq̃ prouida matrõa & familiam suã gubernare insolẽtes & garrulas famulas cõpescẽdo. Nunc prouide agitur si intellectus noster fantasmata carnalium & etiam ꝑalium que spm̃ impediunt sub censura districtissime disciplie cohibeat nam sicut dr̃ sap. spũs discipline fugiet fictuz & affert se a cogitationib9 q̃ sunt sine intellectu. hinc greg. Vultam nimis familiã possidemus. cũ cogitatões multas sub mẽtis dñatione restringimus. ne sue multitudine aim supent. ne peruerso ordine discretõis nostre ꝓncipatũ calcẽt ¶ Et bñ cogitatõm noie turba multa familie signat̃. scimus eñ q̃ absente dña ancillaruz linguę ꝓ strepitum silentium deserũt deputan opis officia negligunt. totumq̃ sibimet ordinez viuendi confundunt. Ait si repente domina veniat. mox perstrepentes linguas retinent officium vnuscuiq̃ operis repetunt. sicq̃ ad opus ꝓpriũ ac ii ñ recesserint reuertũtur sic igitur si a domo mentis ad mometum ratio discedat quasi absente dña cogitatõm clamor se velut garrula ancillarum turba multiplicat. Vt autem ad mentẽ rõ redierit. mox se confusio tumultuosa cõpescit & quasi ancille ad iniunctum opus se tacite reparant. dum cogitationes protinus se ad vtilitatem subdunt. Tercio debemus intelligentiam irreprehensibilem conseruare vt cum iob dicere valeamus. Nõ reprehendit me cor meum in vita mea. & cum apto nil mihi conscius sum vt siue ingrediamur siue egrediamur. de contingentibus nil negligamus & de prohibitis nil faciam9. hec tria figurata legimus thob. x. vbi parentes docuerunt Saram domum ordinare familiam gubernare. seipsam irreprehensilem exhibere. Tercio debemus reminiscentiaz eleuare quod contingit cum peccatis & vicijs leuigari ad modum pluuie ipsa contemplatio eleuat nos ad deum. in qua tria confluunt scilicet anime nostre surtum eleuatõ. dñi condescensio celestium bonorum degustatõ que tria Exo. xix. figuraliter proponuntur. vbi dicitur. Descendit dominus super mõtem syna in ipso montis vertice et vocauit moysen in cacumen & sequitur. locutus est dominus ad eum. Nam cum di. descendit dominus tangit dei descensionem. cum vero subiungit & vocauit moysen in cacumen tangit anime ascensionem. eum vero addit & locutus est dominus ad eum tangit diuinorum degustationem. que tria tangit greg. exponens predictum verbum. Exo. cum dicit. In legis datione dicitur quia moyses ascendit & dominus descendit in montẽ. qd per montem nisi contẽplatio accipit̃ in quẽ nos ascendimus vt ad ea que vltra infirmitatem nostram sunt videndo subleuemur. sed in hunc dominus descendit. quia nobis

multum proficientibus parum nobis de se aliquid aperit nostris sensibus. hec itaq; de interiori preparatione dicta perfectum faciunt interiorē hoīem. de q̄ perfectōe dicit̄ Exo. xxxix. Perfectū est om̄e opus taberna/culi ⁊ iterꝝ. iij. Re. ix. Perfectū est templum

¶ Sequitur terciū principale. s. de ipsa pfectione. ad quā om̄s alie pticulares pfecti ones ordinant̄. ⁊ hec est triplex. Est em̄ pfe/ctio actionis. passiōis. deuotōis siue affecti/onis vel etiam dilectōis. In his. n. tribꝰ. s. actōe passione interna deuotione. om̄e exer/citium hoīs continet̄. Hec p ordinē percur/rentes. Primo dicimus q̄ pfectio actionis in tribus consistit. videlicet in bonoꝝ opum que facta sunt obliuione. anterioris extēsiōe in continua intentōis auida operatiōe. Hec tria faciunt opera nostra pfecta. Primo di/co q̄ priorum bonorum obliuio adiuuat o/pera nostra vt fiant pfecta ⁊ hoc contingit. cū quantūcunq; multa bona facimus. ipsa post tergum pijcimus ⁊ tanq̄ oblita nil ea penitus curamus. quod facere mouem̄ gen̄. xi. Obliuioni cuncta tradatur retro abūdā tia. de vtroq; Ne dixeris in corde tuo ꝓpter iustitias meas dn̄s dedit mihi hāc terra pos sidendam. quod etiā veritas monuit in euā gelio. Cū feceritis omnia que mandata sūt vobis. di. ser. inuti. sum⁹. Scd̄m adiuuans ad pfectionē opum nostroꝝ cōsistit in ante/riorū extensiōe. vt vicz auido conatu ad agē da extēdam̄ tanq̄ prius nil boni fecerim⁹ de quo d̄r. Ecc. ix. Quodcūq; pōt man⁹ tua fa/cere instanter opare Et iterꝝ Ec. xxxi. In oī tpe tuo esto velox. Tercium faciens opa nr̄a pfecta ꝯsistit incōtinua ⁊ auida opatōis in tentōe. vt cum lassati ⁊ fatigati deficimus ī ope affectu tn̄ conandi nunq̄ deficiam⁹ sz p̄ nimio desiderio ⁊ indeficienti conatu nec ea que fecimus vel que iā facimus penitus nil curamus sed sp velimus plus q̄ possu/mus opere adimplere. ne incurram⁹ illud ī ꝓperiū iere Nec iuxta vires conat⁹ ē facere de his tribꝰ sil' sūptis di. ap⁹. philip̄. iiij. Nō q̄ iā app̄henderī aut pfect⁹ sim. ⁊ subiungit Unū aūt necessariū ē. q̄ retro sūt oblit⁹ ad ea q̄ priora sūt me extēdens qd̄ exponit Bern̄. di. In v̄bis apl̄i manifeste declarat̄ q̄ pfe/cta eoꝝ q̄ retro sūt obliuio ⁊ pfecta in anteri ora extensio. ip̄a est hoīs iusti in hac vita per fectio // N ¶ Scd̄o dicim⁹ q̄ ē pfectio pas sionis. Cum em̄ multi s̄m diuersitatē affe/ctōm diuersimode suas passiones patiant̄. inter illas tn̄ ē aliq̄ sufferentia tā nobilis ⁊ tā sācta vt in genere passionū locū obtineat pfectōis Que vicz passiōes vt pfectōis ter/minū attingāt sūt tribꝰ floribꝰ decorāde vt scz sufferamus innocēter ꝯstāter gaudenter Primo dico nostre passiones sufferant̄ ino center. vt quicquid nobis a deo vel ab hoīe inflictum fuerit. cum culpam non inueniat quam purget gratiam augeat in afflicto. sic beato iob euenisse legimus. in quo cum cul pa non esset que corrigeretur omnis ei⁹ sub stantia sibi extitit duplicata. De tali passio ne d̄r iob. ix. Non de penis innocentium d̄s rideat? Quod exponens grego. di. Si risuz dei beatus iob eius leticiam appellat. tunc tanto suauius de penis innocentium domi/nus dicitur letari quanto nos videt am/plius innocentes. Nam quasi quoddam ei ex pena nostra gaudium facimus cuz pena culpam non inuenit quam castigat. sed ex ea gratia ⁊ meritum cumulatur. Nam pēa que in nobis peccatoribus culpam percutit innocentibus gratiam auget. hinc petr⁹. hec est gratia si propter conscientiam dei susti/net quis tristitias patiens iniuste. Que. n. est gloria si peccantes colaphizati suffertis. sed si benefacientes patienter sustinetis hec est gratia apud deum. Secundo passiones sufferantur gaudenter quod nobis erit faci le si attendimus cumulum meritorum quē nobis insinuat dn̄s mat. v. di. Beati eritis cum vos oderīt homines vsq; gaudete ⁊ ex ultate ecce enim merces vestra multa est in celis. cui consonat Jaco. di. Omne gau/dium existimate fratres cum in temptatōes varias incideritis ⁊c. Tercio sufferende sūt constanter quod facile nobis erit si ⁊ passio nis breuitatem ⁊ fructus eternitatem perspi cimus. Nā de primo dixit angelus ad thob. quinto Fortis omnino esto in proximo ē vt a deo curetis. de eternitate autem premij. dicitur Ecclesia. tricesimoprimo. Et erit illi gloria eterna. de utroq; autem simul. di. ap⁹

De sc̄o bartholomeo

Cor. Id quod est momentaneuz in presenti ⁊ leue tribulationis sup̄ modū in sublimitatē eternum glorie pondus operat̄ in nobis

¶ Sequitur videre de tercia pfectōe que est deuotionis. De qua sciendū q̄ tres particulares deuotiones ad eius confluunt perfectionez. constat em̄ ex caritatis inflāmatione. corporalium ⁊ sensibilium extinctione vocalium oratōm defectione. hec per ordinē prosequentes. Primo dicimus q̄ ad pfectionem deuotōis necessario requiritur magne caritatis inflāmatio. quod contingit cum vocaliter orantes vel mentaliter meditantes ex spiritussancti gratia tm̄ pficimus ⁊ in bona dñi tm̄ pcedim⁹. quousq̄z deuotio dinis stillicidijs irrorata ⁊ q̄ amplius est inebriata nesciat quid loquatur. quod pulcre figuratum legimus. i. Re. v. de. Anna legim⁹ q̄ orans tm̄ labia eius mouebantur. estimabatq̄z eam hely temulentā dicēs ad eā Quousq̄z ebria es. digere paulisp vinū q̄ mades. de qua deuotione di. bern̄. Flagrās amor p̄sertim dinus. cum se intra se cohibere non preualet. non actendit quo ordine qua lege verborum ebulliatur ⁊c̄. Scdo ad perfectōz deuotionis faciens est illud. cum iam dicta deuotio intm̄ vlterius pficit quousq̄z om̄ia corporalia sensibilia ⁊ omniū imaginabiliū fantasmata ab oculis cordis penitus euanescunt. nil omnino sentiens nisi deum. de hac deuotione dicit aug. Ad hoc dz conari om̄is qui tendit ad perfectionem. vt non solum ꝯcupīe minuantur sed etiam sensibilia extinguantur. ⁊ subiungit. Quid est em̄ perfectō boni nisi consūptō mali? de hac deuotōe di. bern̄. Rez cupiditatibꝫ nō tenere humane virtutis est. corpm vero silitudinibꝫ speculādo non inuolui angelice puritatis est hīc di. Anthonius in collationibꝫ patr. Nō est perfecta oratio in qua si monachus hoc ipsum quod orat intelligit. Tercium faciens ad deuotionis perfectionem consistit in orationis siue locutōis oīmoda defectōe vt in dinis ⁊ in bonis dñi tam profunde homo dei sit absorptus q̄ penit⁹ nil loquatur. ⁊ hoc est qd̄ ī tendit dñs Mat. quendam exhortans q̄ vitam actiuam in quinq̄z talentis bene dispensauit cum dixit Euge serue bone ⁊c̄. vsq̄z intra in gaudiū do. tu. Ac si diceret. q̄z bn̄ dispēsasti exteriora. nunc ordo postulat vt ad interiora te conferas gaudia domini contemplādo. De hac obmutescente deuotione. dicit Gregorius tunc facundius deo loquimur cum in eius laude obstupescendo obmutescimus. Ad quam deuotionem.

¶ LXXV.

¶ De sancto barthomeo. P

Facta est contentio inter discipulos ⁊c̄. Lu. xxij. di. grego. In nobismetipsis nō nunq̄z debemus transformare quod legim⁹ vt cum post auditum se animus excitat ad operandum qd̄ audierit vita concurrat Ecce in verbis euangelij audiuimus discipulos de maioritate nō mediocriter contendisse. ex quibus vnus erat gloriosus iste princeps Barthomeus apostolus qui virtuosa contentione de mundo carne dyabolo gloriosissime triunphauit. ⁊ ideo ad singularem eius gloriam euangelium de contentione legitur in ei⁹ festo Ex q̄bus v̄bis ⁊ factis ⁊ nos instruimur vt ⁊ nos quō magni fieri possumus efficaciter contendamus. nam secundum diuersitatem status debet etiam in nobis diuersitas affectionū trāsformari Peccatores enim ad hoc niti ⁊ laborare debent. vt infernum effugiant. boni vt ad regnum perueniant. sed valde boni vt de magnis sāctis in celo fiant. Unde autem discipulorꝫ contentio ortum habuerit vel de qua maioritate. vtrum seculari vel spirituali contenderint. Utruz ambitio dignitatis. vel amor humilitatis qua se inuicem honore preuenire voluerint di. Beda non esse cognitū. nec est nessarium scire. quia non est de necessitate salutis. Sed ex hac euangelica lectōne ꝯmoniti contendamus ⁊ nos quibus exercitijs magni in celo fieri valeamus hoc enim discipuli domini (de carnali vita permissione spiritussancti in spiritualem translati) toto conamine intendebant vt videlicet hic per vite meritum ⁊ illic in gloria magni fierent apud deum. Si enim vt ait iob. iij. paruus ⁊ magnus ibi sint. quis non nisi mentis inops ibi magnus fieri nou appetat

variatiua. sic beata virgo oĩm hominum mi
serijs necessitatibus ⁊ indigentijs per com/
passionis affectum misericorditer se confor
mat ⁊ aptat. vt in infinitum verius dicere
possit q̃ꝫ paulus. Quis infirmat̃ ⁊ ego nõ
informor ⁊c̃. hinc berñ. Maria omnibꝫ mĩe
sinum aperit. de plenitudine eius accipiunt
vniuersi captiuus redemptionem: eger cu/
rationem. tristis consolationem. peccator ve
niam iustus gratiam ⁊c̃. deniq; omnibꝫ oĩa
est facta vt omnibus subueniat ⁊ succurrat
¶ S ¶ Sequitur tercium principale scilꝫ
christo meo. per quod nostra vtilitas desi/
gnatur Ad hoc enim deus pater hanc lucer
nam christo filio suo preparauit vt per hoĩem
sumptum ex ea nostrum negocium ageret̃
Sumus autem vtilitatem triplicem conse
cuti scilicet informationem: redemptionem
celi apertionem. Nam informationem acci
pimus ex eius conuersatione. redemptionẽ
ex eius passione. celi aptionem ex eiꝰ resurre
ctione. Nam de primo scilicet eius imitati/
oue hortatur nos luc̃. ix. Qui vult venire pꝰ
me ⁊c̃. hinc berñ. Tua mihi proderit passio
si accesserit imitatio vt sequar vestigia eius
alioquin requiretur a me sanguis ille iu/
stus qui effusus est super terram nec immu
nis ero ab illo tam ĩmani scelere iudeorum.
ꝙ videlicet tante caritati ingratus fuerim.
ꝙ spiritui gratie contumeliã feceri. ꝙ filiũ
dei conculcauerim. vnde ex persona christi
dicit nobis berñ. In vita mea poteris ꝯgno
scere vitã tuam vt sicut ego pauꝑtatis hũi
tatis caritatis obedĩe pacie indelcinabiles se
mitas tenui sic ⁊ tu eisdem vestigijs ince/
das non declines ad dextram vel ad sinistrã
de scđo videlicet redẽptione dr̃ Esa. xliiij.
Reuertere ad me qm̃ redemi te. prius enim
nullus poterat venire ad deum nec auertere
se a culpa. Qũo aũt redemerit nos insinu/
atur apoc. v. vbi dr̃. Redemisti nos deo in
sanguine tuo. Tercio nostra vtilitas ex hoĩe
xp̃o hec est. qꝛ aꝑuit nobis celum in cuius si
gnum cum christus ascendisset baptisatus
de iordane. aꝑti sunt celi super eũ sicut mat.
iij. mar. x. lu. iij. dr̃ vt per hoc daretur intelli
gi ꝙ per eius aduentum ecclesie quã sibi per
baptismum desponsauit de cetero celum eẽt
aꝑtum. hinc apoc̃. iiij. ioh. testatur celuꝫ se
vidisse aꝑtñ per hoc insinuans ꝙ liberuꝫ in
troitum habeamus ad quem. LXXIX

¶ De eodem sermo secundus.

Fecit beseleel ar
cã de lignis sethim Exo. xxxvij.
di. apꝰ. i. Coꝝ. x. Omnia in fi/
gura ꝯtingebant illis. suꝑ quod di. augu.
Oĩa qua veteribꝫ patribus preoñsa sunt fi/
gulariter nobis in quos fiues sclorum deue
runt exhibita sunt realiter. tm̃ distantia ab
inuicem quãtum lux a tenebris splendor ob
umbra. veritas a figura. Expedita ergo vna
similitudine per quã glosa virgo lucerne est
cõpata. nũc ponẽda ẽ alia similitudo ꝑ quã
eam arce ꝯgrua conuenientia cõpamus.
¶ T ¶ In verbis ergo ꝓpositis tria nobis cõ/
sideranda occurrũt. vicꝫ operantis diligen
tia. operate rei reuerentia. vtriusq; erga nos
clementia. primuꝫ ibi. beseleel. sm̃ ibi arcã
tercium ibi de lignis sethim. hec tria per or
dinem ꝓsequentes. Primo dicimus ꝙ per
Beseleel qui vmbraculum dĩnũ vel vmbra
dei interpretatur deus pater cuius vmbraꝫ
ille gerit signatur. cuius diligentia in opan
do intelligit̃ in hoc verbo p̃teriti tp̃is quod
est fecit. in quo plane innuitur. ꝙ cũ hoc ver
bũ fecit longe ante virginis natiuitatem ꝓ
positum fuerat in scriptura ante facta est q̃ꝫ
nata. ⁊ ideo huic verbo omnia que in priori
sermone de hoc verbo ꝑaui sunt exposita pos
sunt ratõne sili applicari. Ut ergo huius fa
ctoris diligentiam plenius cognoscamus

De nat. bte ma. vgs

Sciendum q̄ deus fecit more boni edificatoris. qui cum vult mirabile ⁊ inconsuetuz ⁊ inauditum opus producere. cui non sit simile visum cognitum vel auditum. Prīo suū op⁹ subdebita forma ⁊ āntitate in mēte concipit. conceptum verbis quibus poterit hominibus explicat dicens. sic ⁊ sic intendo opus illud producere. sed cuz opus fieri debeat mirabile verba per que conceptum mētis exprimit homines non intelligūt. ideo artifex recurrit ad aliud genus insinuandi. ⁊ opus conceptum depingit in puluere. oñdens per tractus linearuz qualiter opus suum velit producere Sic deus artifex cū mirabile opus (cui sicut dicitur. iij. Re. xx. nō sit tale opus in vniuersis regnis) intenderz producere in arca ista gloriosa. primo ipsaz concepit in mente sua ipsam ab eterno predestinando. secundo ab eterno conceptam verbis exposuit dictis propheticis insinuando. Sed quia ex talibus verbis eius reuerentiam nullus sufficienter intelligere potuit. ideo in figuris quasi in linearum tractibus ipsam edocuit antiquis patribus eā prefigurando. non q̄ de⁹ in concipiendo ꝯsilio vel morosis cogitaiōibus indigeret. q̄ omnia quecunqz voluit fecit in celo ⁊ in terra. sed si faceret hoc quod artifex cum raruz ⁊ inconsuetum opus intendit producere ex hoc eius diligentiam ⁊ operis intelligentiam cognosceremus. ¶ Vl ¶ Secundum quod considerandum occurrit est operatetei id est marie reuerentia que nomine arce datur nobis intelligi. Nec in congrue eius reuerentia per arcam denotatur. sicut enim antiqui patres inter omnia vasa sanctuarij nihil tam excellens. nihil tam magnificum tam reuerendum habebant sicut arcaz sic inter vasa pure creature nihil tam excellens taz magnificū inueniri poterit sicut arca nostra. hinc ber. Et si multa facta sunt in creaturis. nihil tñ tam excellens tā magnificū fecerunt opa digitoꝝ dei vnde oīem vsum quē antiqui patres habebant ad arcā suam (ad quā confugerunt cū dñm offenderunt. coram ea orauerunt. gratias īpetrauerunt. ad auxiliandū secum ad preliuz adduxerunt) habere debemus ad nostram arcam virginem g l'osam Tempore eēm offensionis debemus ad eam consurgere. tēpore orationis gratiam ab ea querere tpe tribulatōis auxiliū ab ea petere Naz de. i. di. ysa Absconde fugientes ⁊ vagos ne prodas habitabunt eēm apud te ꝓfugi mei. De secūdo di. bern. nihil nos deus hr̄e voluit quod ꝑ manus marie non transiret. de. iij. di. bern. O quisquis te ītelligit ī hoc scl'i ꝓfluuio int̄ procellas ⁊ tempestates fluctuare. ne auertas oculos a fulgore syderis. s. maris stella si nō vis obrui ꝓcella. si insurgunt venti tētationum. si incurras scrupulos tribulationum. respice stellam voca mariam.

¶ X ¶ Sciendum autem q̄ cum in veteri testamento triplicem arcam legamus scilicet arcam saluationis per noe edificatam. arcā exemplificationis in monte demonstratam arcam sanctificationis per beseleel fabricatam. per has tres veteres arcas sunt nobis tres noue in tempore gratie p̄figurate. Naz per arcam moysi vterus virginalis per arcam noe anima spiritualis per arcaz in mōte in exemplar prefiguratam cibus sacramētalis designatur. Et licet in scriptura de hac tercia expresse non legatur tamen quia tabernaculum in monte moysi fuit ostensuz, sicut Exo. xxv. dicit Facias mihi sanctuarium ⁊ habitabo in medio eorum iuxta omnem similitudinem tabernaculi quod ostendam tibi. ideo oportuit esse vt ea que erant in tabernaculo facienda similiter ostēderentur. Vterus ergo virginalis. anima spūalis. cibus sacramentalis conuenienter arce dicuntur. quia omnia tria veraciter continent in se deum. que tria ideo proponimus. quia in hac solennitate locū habēt. Nam de arca virginis ꝓpter hodiernā eius solennitatem. de arca anime propter dominice diei festiuitatem. de arca vero corporis dñi ꝓpter religiosos. qui hodie cōicati sunt est p̄dicandū. Incipiētes g̊ ab arca virginali. ¶ Y ¶ Sciēdū q̄ ipsa rōabiliter arca dr̄ ꝓpter q̄tuor rerꝫ ꝯtinētia q̄s vetus arca in se ꝯtinebat. Habebat eēm in se panem celestem tabulas legis virgam aaron ⁊ deutronomium. que quatuor spūaliter intellecta ⁊ in infinitum verius accepta nostra arca in se.

continet gloriose. Continebat enim in se gloriosum illum panē qui de se dicebat ioh vi. Ego sum panis viuus qui de celo descē/di. Secundo contiuebat in se tabulam vi/uendi. quia sicut in tabulis moysi lex viuendi omnium filiorū israel erat scripta Et sic in exemplari eius vita tanq̄ in tabula beata virgo dedit omni homini. omni statui: omī etate normam ⁊ regulam viuendi. ita vt merito eius vita exemplaris per tabulas legis designetur. Q autem oīm vita in ea fuerit ostendit bern̄. di. Non defuit tibi fides patriarchaꝝ ⁊c̄. Tercio vetus arca virgam aaron in se habuit. que arida florem ꝓtulit. sic beata virgo arida ab omni suco carnalis voluptatis ⁊ virilis admixtionis. protulit florem illuꝫ qui de se di. cañ. ij. Ego flos campi. ita vt virgo concipiens. virgo ꝑturiens virgo post partum perpetuo permanens. Quarto vetus arca in se habuit deuteroñ. Sic enim iussus est moyses vt poneret deutro. in arcam in testimonium sempiternuꝫ pactionis filiorum israel cum dño. Quid per deutro. qd̄ scd̄a lex interpretatur. accipit̄ nisi q̄ beata virgo nostra arca scd̄am legem id est secundam vitam diuinitatis in se tenuit vt sicut filius eius naturaliter est deus sic ipsa ex ꝯñti. ⁊ si non naturaliter. gratuito tñ dea poterat nuncupari. hinc bern̄. Iure maria sole. qui deus est perhibetur aīcta. q̄ profundissima diuine sapientie vltra quā credi valeat ponetrauit abijssum vt quantū sine personali vnione creature condicio patitur. luci illi inaccessibili videatur immersa nec velut sūmatim cingi sed opiri vndiq̄ ⁊ circumfundi ⁊ tanq̄ ipso igne diuino cōcludi ⁊ hec de prima arca quā beataꝫ virginē diximus que propter similem rerū continētiam sortita est nomē arce breuiter tacta sufficiant. ¶ A ¶ Secunda arca quā ꝓponimus est anima spiritualis. que tunc veraciter nomen arce sortitur cum per vite sanctititatem continet in se deum. Si vero deo vacua fuerit perdit nomē arce pariter ⁊ dignitatem. Talis autem anima spiritualis per arcam noe conueniēter ex causa duplici designatur Primo quia sic̄ arca noe inter vndaꝝ fluctibus iactabatur ⁊ sepe ꝑiclitabat̄ sic anima spiritualis inter vndas tēptatōm sepe īpugnatur ⁊ vsq̄ in periculum impulsatur. Secunda similitudo hec est. vt sicut ī arca omnia erant animantia congregata. sicut enim dicitur. Genesis. vij. De omnibus animantibus mundis ⁊ immundis et ex omni quod mouetur super terram ingressa sunt ad noe in arcam. sic etiam teste greg Omnis creature aliquid habꝫ homo Quomodo autem anima spiritualis construi debeat vt arca dei fiat docemur Genesis. vi. vbi dicitur in persona noe omnibus nobis Facias tibi arcam de lignis leuigatis id est de operibus bene politis ⁊ planatis. Tunc enim ⁊ nostra opera bene polita sunt ⁊ planata. cum ea diuine volūtatis regulis cōformamus. ⁊ quanto melius hoc facimus. tanto verius ⁊ perfectius sunt planata. Sunt autem inter multa duo in quibus nos vult sibi deus quantum nobis possibile est conformari. vt videlicet nostra corporalia sup̄ sua corporalia. nostra spiritualia sup̄ sua spiritualia mensuremus. Cum enim ipse sit deus ⁊ homo ex parte sui hominis ꝓponit nobis paupertatem humilitatem asperitatem dicens oībus nobis illud luce. ix. Qui vult venire post me abneget semetipsum ⁊ tollat crucem suam ⁊ sequatur me. vt sic̄ ego paupertatis humilitatis asperitatis indeclinabiles vias tenui. sic ⁊ vos eisdem vestigijs incedatis non declinantes ad dextram nec sinistram Secundo ex parte sue diuinitatis proponit sua spiritualia volens vt eisdem spiritum nostrum conformemus. Sua autem spiritualia in eius consistunt voluntate. quam nobis proponit in triplici deuotōis dr̄ia imitanda. ¶ A ¶ Est enim eius volūtas vt dona eius fideliter conseruemus. eq̄pendere omnia mensuremus. nos sanctificemus. Primo em̄ dico est eius voluntas vt dona eius fideliter ꝯseruem⁹ vt quicq̄d nobis tam in naturalibus quā in gratuitis dederit fideliter conseruemus. Quod tunc competentur facimus. si omnia eius dona recognoscamus. de cognitis debitas gratias referamus. ad lucrum omnia ponamus. ne dicat̄ nobis qd̄ dictū ē ei qui talētū sibi creditum posuit in sudarium. serue nequaꝫ ⁊c̄.

Nullū eñ in cz̄ donū dedit nobis ds vt ad
ꝓriam voluntatem vel voluptatez expende
remus. sed vt ad lucrum omnia ponerem⁹.
7 hoc est quod dicitur iob. vi. Hec est volū
tas patris mei. vt omne quod dedit mihi ñ
pdā ꝛc. Secundo voluntas eius est vt eq̄
pondere oia mensuremus. ¶ Hꝛ Equuz
aūt pondus tripliciter est habendum scilicz
inter nos 7 deum. inter nos 7 proximum et
inter nosmetipsos. Primo inter nos 7 deuz
vt quō deus omnia eē voluit ꝓpter semet
ipsum. sic 7 nos omnia que facimus propt
ipsum faciamus quod hortatur ap⁹. i. Cor
x. Omnia in gloriam dei facite. Secundo
equum pondus habeamus inter nos 7 pro
ximum vt in malis nos iudicemus vt pro
ximum. 7 in bonis proximum vt nos. quod
raro facimus priuato amore hoc impedien
te. hinc greg. Scimus q̄ vehementer clau
dit oculum cordis priuatus amor. ex quo fit
vt malum quod agimus minus graue iu
dicemus. 7 si agatur a proximo nimis nobis
detestabile videatur. Sed quare hoc Quia
nec nos sicut ꝓximum nec ꝓximū sicut nos
cōspiciamus. hoc dñs corrigere studuit cuz
Leuit. xviij. ꝑcepit Equus iustus dz esse mōdus
equus q̄z sextarius. 7 in deutro. xxv. Non ha
bebis in sacculo tuo diuersa pondera. nec e
rit in domo tua modius maior 7 modius mi
nor. q⁹z sicut dz puer. xx. Pondus 7 pondus
mensura 7 mēsura. vtrq̄z abominatō est apd
deum. 7 ideo hanc inequalitatē dñs tollere
voluit cum dixit. Diliges proximum tuum
sicut teipsum. Tercio equum pondus habe
amus inter nosmetipsos. vt cum viles sim⁹
hoc ipsum per omnia iudicemus adeo vt q̄n
tum in nobis est velimus omnes homines
idem iudicium de nobis hre quod reste ꝓscia
mus de nobismetipsis. alioquin conuinci mur
diligere minus veritatē. cū ex priuato amo
re victi foris cupimus ignorare quod
intus sum⁹. q quod q̄z graue culpa hēat o ñ
dit dñs. di. Tu te decipiaris in secreto cor
dis tui apud temetipsum trutina veritatis
ponderatus 7 foris alterius ꝓximū mentiens
maiori pondere vendis te nobis q̄z ab ipsa
veritate accepisti. time deū 7 noli hanc pesti
mā rem facere. vt quē būiliat veritas extol
lat voluntas. hoc est eñ resistere veritati hoc
pugnare est cū deum. De hac dñi voluntate
dz puer. x. Equū pondus voluntas eius.
Tercia dei voluntas est nra sanctificatō cui
nostrā voluntatem dēmus ꝓ oia ꝓformare
affectu 7 effectu fideliter hoc volētes. Quō
aūt sanctificari valeamus docet nos dns.
di. Sctm facit affectio sancta 7 ipsa gemia
scz timor dñi sanctus 7 amor sanct⁹ his du
obus deuotionibus affecti sancti erimus co
ram deo. Ad quod hortatur nos dñs leuit.
xi. 7 xx. di. Sancti estote quia ego sanctus
sum. quia sicut idem dicit. Dolos sanctos
applicabit sibi: nec ad regnum aliquis ꝑue
nire poterit nisi sanctus: sancti autem non
erimus nisi ꝑ inhabitantē spm̄ eius in no
bis qui naturaliter sanctus est: simus arca
dei. De hac dei voluntate dz. i. thes. iij. hec
est voluntas dei sanctificatio vra ¶ Cꝛ Ter
cia arca est cibus sacramentalis: qui iō arca
dicit: quia sub spēbus sacrālibus verissime
in se continet deum. de qua etiā hodie aliqd
est dicendū quia in hac festiuitate cōmuni
cant religiosi. Hec ergo arca cum debita re
uerentia in arcam anime nostre hodie trans
lata vt sit arca in arca. duo operatur in no
bis Unum in corpore: secundum in anima
Nam in corpore carnales affectiones in no
bis debilitat 7 compescit. 7 ex huius arce pre
sentia caput erigere non permittuntur: de
quibus in persona philistinorū dicit. i. Reg.
iij. Ut cognouerunt q̄ arca federis domini
venisset in castra timuerunt philistiim di
centes Venit deus in castra 7 ingemuerūt
dicentes. Ve nobis. q̄s nos seruabit de ma
nu deorum sublimium istorum. Secundū
effectum operatur in anima: quia cuz arca
ista in eam venerit inediaz: que ex longa ab
stinētia h⁹ cibi retrahitur depellit 7 in bo
no eam roborat 7 confortat. Nam substanti
alis effectus 7 ꝓprie ꝓpri⁹ huius cibi ē
restauratio deperditi in spirituali vita. De
his duobus effectibus dicitur Ecclesiastici
xx. Est datum quod non est vtile 7 est datū
cuius retributio duplex Datum eñ huius
mundi non est vtile. sed datum quod dedit
nobis in dono corporis sui est vtile in dupli
cem restaurationē. q⁹ ꝑficit spūalez restau

rationem. ⁊ hoc quantum ad aīam. ⁊ in car
nalium affectōm cōpressionē quantū ad cor
pus. hinc bern̄. Duo sacr̄m corporis dn̄i o/
peratur in nobis vt videlicet ⁊ sensum mi/
nuat ⁊ hoc quantū ad corpus ⁊ ī grauioribꝫ
peccatis tollat oīno consensum. ⁊ hoc quan/
tum ad aīam. Et quia plura hic habent̄. de
arca. ideo placuit hic aliqua inserere que ha
bentur genesis. vi. vbi sic dicitur Videns au
tem deus ꝙ. multa malicia hominū esset in
terra ⁊ cuncta cogitatio cordis intenta esset
ad malum omni tp̄e. penituit eum ꝙ hoīez
fecisset in terra. Et precauens in futuruz. et
tactus dolore cordis intrinsecꝰ delebo inq̄t
hoīez quē creaui a facie terre: ab homīe vsqꝫ
ad aīantia: a reptili vsqꝫ ad volucres celi.
Penitet em̄ me fecisse eos. Noe vero inue/
nit gr̄am coraz dn̄o. Corrupta est aūt terra
coram dn̄o. ⁊ repleta est iniquitate. Cunqꝫ
vidissz deus terram eē corruptam: oīs quip
pe caro corruperat viam suam sup̄ terrā di
xit ad noe. Finis vniuerse carnis venit corā
me. Repleta est terra iniquitate a facie eorū
⁊ ego disperdam eos cū terra. Fac tibi arcā
de lignis leuigatis. Mansiunculas in arca
facies. ⁊ bitumīe linies intrinsecus ⁊ extrin
secus. ⁊ sic facies eā. Trecētoꝝ cubitoꝝ erit
longitudo arce quinq̄ginta cubitoꝝ latitu/
do. ⁊ triginta cubitoꝝ altitudo illius. Fene
strā in arca facies. ⁊ in cubito cōsūmabis sū
mitatē eius. Ostiū aūt arce pones in latere
deorsum. Cenaculā ⁊ tristega facies in ea.
Ecce ego adducā aq̄s diluuij sup̄ terrā vt ī
terficiā oēz carnē in q̄ spūs vite est subter ce
lū ⁊ vniuersa q̄ in terra sunt ꝯsūment̄. Po
nāqꝫ fedus meū tecum. ⁊ ingredieris arcaz
tu ⁊ filij tui. vxor tua ⁊ vxores filioꝝ tuoꝝ te
cū. ⁊ excūctis aīantibꝫ vniuerse carnis bina
induces in arcā. vt viuāt tecū masculini se/
xus ⁊ feminini. De volucribꝫ iuxta genꝰ su
um. ⁊ de iumentis in genere suo. ⁊ ex oī re/
ptibili terre s̄m genus suum. bina de om̄ibꝫ
ingredientur tecū vt possint viuere. Tolles
igitur tecum ex om̄ibꝫ escis que mandi p̄nt.
⁊ comportabis apud te. ⁊ erunt tam tibi q̄ꝫ
illis in escam. Fecit igitur noe omnia que p̄
ceperat illi deus. ⁊ septimo ca. subiungitur.
¶ Dixit dominus ad eum. Ingredere tu et
omnis domus tua in arcum. Te enim vidi
iustum coram me in generatiōe hac. Ex oī/
bus animantibꝫ mundis tolles septēa. ma
sculū ⁊ feminam: de aīantibus vero inmū/
dis duo ⁊ duo masculum ⁊ feminam. sed ⁊
de volatilibus celi septena ⁊ septēa. muscu/
lum ⁊ feminam. vt saluetur semen super fa/
ciē vniuerse terre. Adhuc em̄ ⁊ post dies se/
ptem ego pluam sup̄ terrā quadraginta die
bus ⁊ quadraginta noctibus. ⁊ delebo oēm
substantiam quā feci de superficie terre. Fe
cit ergo noe oīa que mandauerat ei dn̄s. E/
ratqꝫ sexcentoꝝ annorum: qn̄ diluuie aque
inundauerūt sup̄ terrā. Et ingressus est noe
⁊ filij eius. vxor eius ⁊ vxores filioꝝ eiꝰ cū eo
ī arcaz: ꝓpter aq̄s diluuij. De aīantibꝫ q̄qꝫ
mūdis ⁊ inmūdis ⁊ de volucribꝫ ⁊ ex oī qd̄
mouet̄ sup̄ terrā duo ⁊ duo ingressi sunt ad
noe ī arcā masculꝰ ⁊ feīa: sic p̄cepat dn̄s noe
Plura de arca habes ibidem. Sequit̄ ter/
ciuz principale scilicet de lignis sethim in q̄
vtriusqꝫ scilicet factoris ⁊ facte arce clemen
tiam diximus designari. ⁊ quia sermonem
in longum protraximus. ideo huius mem/
bri executionem dimittimus. eo ꝙ sententie
eiusdem membri in alijs sermonibus habe
antur. ¶ LXXX.

¶ De eodem sermo tercius.

Orietur stella ex
iacob ⁊ consurget virga ex israel
⁊ percutiet duces moab. ⁊ erit y
dumea possessio eius. Numeri. xxiiij. Expe/
ditis sermonibus in quibus beata virgo du
abus similitudinibus videlicet lucerne ⁊ ar
ce est comparata. Nunc tercium sermonem
in quo eam stelle comparabimus proseqūm
¶ D ¶ In verbis ergo propositis beata v̄
go a dignitate triplici cōmendat̄. Prīo q̄n
tū ad ingressum eiꝰ glosūm. scdo q̄ntū ad p
gressum eiꝰ virtuosū. tercio q̄ntū ad egressū
eius glosū. p̄mū ibi orietur stella ex iacob. s̄m
ibi ⁊ ꝯsurget v̄ga isrl̄. terciū ibi. ⁊ erit ydu/
mea possessio eius. Cōpat̄ eī stelle in ingres
su ꝓpter originis claritatatē. virge in ꝓgres
su ꝓpt̄ vētris fecūditatem. possessioni ydu/
mee propter assumptionis sublimitatē. In
gressus ergo gratiosus respicit gratiam san

De nat. b. v. g. ma.

ctificantem. progressus eius virtuosus respicit gratiam fecundantem. Egressus eius gloriosus respicit gratiam glorificantē. hec triplex gratia conuenienter tangitur in salutatione angelica. Cum enim dicit gratia plena. tangit gratiosum ingressum quantum ad gratiam preuenientem ⁊ sanctificantem. cum autem subiungitur. Dominus tecum. tangit virtuosum progressum quantū ad gratiam concomitantem ⁊ fecundantez. cum vero sub infertur. benedicta tu in mulieribus. tangit gloriosum egressum quantū ad gratiam glorificantem ⁊ fecundantem. De hac triplici descriptione dicitur ꝓuer. xxi. Ecce descripsi eaꝫ tripliciter scilicet quātum ad ingressum progressum ⁊ egressum. Ob missis itaqꝫ secundo ⁊ tercio. de primo scꝫ eius ingressu qui proprie ad hanc festiuitatem pertinet est dicendum. Et hoc adhuc in tria diuiditur secundum ꝙ gloriosa virgo tripliciter cōmendatur. primo a congruitate temporis. secundo a claritate originis. tercio a nobilitate propaginis. primum ibi orietur. secundum ibi stella. tercium ibi ex iacob. ¶ E ¶ Sciendum ergo ꝙ gloriosa virgo stelle conuenientissime comparatur propter eius proprietates que beate virgini videntur proprie conuenire. Sunt eniꝫ stelle secundum substantiā purissime. secundū formam lucidissime. secundum situm altissime. secundum motum velocissime. secundum quantitatem maxime. secundum visum paruissime. ⁊ secundum effectum virtuosissime siue efficacissime que om̄ia videntur gloriose virgini posse conuenientissime adaptari. hec ergo prosequentes per ordinē primo dicimus ꝙ sicut stelle secunduꝫ substantiam sunt purissime. Sic beata virgo in ortu sue nauitatis ab omni peccato originali veniali per spiritum sanctum fuit mundissime. depurata. Propter quod sciendū ꝙ in sacra scriptura de triplici legimus expiatione siue sanctificatione scilicet generali speciali ⁊ singulari. Prima est cōmunis et fit per sacr̄a ecclesie ⁊ hec tollit culpam originalem. infundit gratiam ⁊ debilitat fomitem. relinquit tamen pronitatem ad peccādum tam venialiter quam mortaliter. quod heu in maxima multitudine hominum procedente tempore experimur ⁊ hec est sanctificatio baptismalis ⁊ est omnium renatoruꝫ ⁊ ideo dicitur generalis. Secunda vero specialis dicitur que fit per gratiam sanctispiritus specialem. que sicut prima tollit culpaꝫ originalem. infundit gratiam. mitigat fomitem in tantum vt non permittat siue impellat ad peccandum mortaliter. relinquit tamen pronitatem ad peccandum venialiter. ⁊ talis sanctificatio fuit Jere. ⁊ Johannis baptiste. de quibus dicitur Jeremie primo Prius quā te formarem in vtero noui te. ⁊ antequā exires de ventre sanctificaui te. Tercia dicitur singularis que fit per gratiam sanctispiritus. que suppositis actibus predictis tollit pronitatem ad peccandum taꝫ venialiter quā mortaliter. ⁊ hec facta est beati virgini. nec in hac ei cōmunicat alienus. Secundo stelle secundum formam sunt lucidissime. sic beata virgo secundum omnem formam viuendi splendebat ¶ F ¶ Splendebat autem tripliciter sciliꝫ supra se ad deum per diuinissimam contemplationem intra se sibiipsi per limpidissimam cognitōnem ⁊ extra se ad proximum per disciplinatissimam conuersationem. Primo dico lucebat supra se ad deum per dinissimaꝫ contemplationem. diuinam essentiam sup̄ omnes viatores quantum humane creature possibile fuit lucidius contemplando. vt veratius dicere possit. In omni populo ⁊ ī omni gente primatum habui ⁊ omnium excellentium corda virtute calcaui. sicut dicitur Ecc̄. xxiiij. ⁊ iterꝫ. In plenitudine sanctorum detētio mea. ac si dicat. Quicquid oēs sancti contemplando attingebāt. in oīm illorum plenitudine contēplando demorabatur. vnde si de moyse ⁊ paulo dici poterit ꝙ deum contemplantes in diuina viderint eēntia. multo verius ⁊ dinius hoc dici poterit de matre dei ⁊ virgine gloriosa maxime cū sicut iam dictū est primatum tenuit super om̄s Scdo lucebat intra se p̄ limpidissimā cognitōnē. Cognoscebat em̄ omnia p̄terita presentia ⁊ futura que ipsam ad salutem poterant promouere. vt veraciter possit dicere illud. Eccle. secundo. In sapientia dei luxit

a nima mea. p quã sapientiam vt ibidẽ dr.
xxiiij Gyrum celi circumiuit sola. ⁊ profun
da abyssi penetrauit ⁊ in fluctibus maris
ambulauit. ⁊ in omni terra stetit. non pe
dum deambulatione sed mentis cognitio
ne vt de ea veraciter dici possit illud sapien
tie nono. Ipsa scit omnia et intelligit.
Tercio lucebat extra se per disciplinatissi
mam conuersationem. vt etiaꝫ in hac parte
luceret oĩbus qui in domo dei sunt. Si eniꝫ
veraciter dicebat paulus de quibusdaꝫ pau
peribus philip. ij. ꝙ in medio nationis pra
ue ⁊ peruerse lucerent sicut luminaria in mũ
do. quis explicabit qualiter hoc gloriosuꝫ lu
men luxerit in hac vita de qua dicitur. sap.
ix. nullam habuit amaritudinem conuersa
tio illius. intantum enim eius conuersatio
placuit vt cum sepe legamus dominuꝫ a iu
deis reprehensuꝫ. vt est illud Mat. x. homo
forax ⁊ potator vini est. gloriose virginis vi
tam in nullo legimus deprehensam vt meri
to de ea dici possit illud iudicd. Disciplina
tua in omnibus prouincijs predicatur.
G Tercio stelle secundum situm sunt al
tissime Cum enim secundum astronõs licꝫ
non omnes minima stella sit octies maior
sole que tamen nobis maior apparet. oportꝫ
ꝙ remotissime sint a nobis. vt propter di
stantiam tam parue videantur. Sic beata
virgo in altissima vita stetit. vt solum filiũ
dei ⁊ hominem habuit supra se ⁊ infra se o
mnem penitus creaturam Stetit autem in
triplici altitudine scilicet in altissimo grati
arum virtutum ⁊ douotionis. Altissimum
aũt in gratijs est habere omnem gratiã quã
gloriatur se habere Eccle. xxiiij. In me om
nis gratia. hinc bern. Non decuit mariã cõ
munes hr̃e gr̃as nec paucas que sũmũ ge
gastabat in vtero. sed quicquid sũmum. q̃c
quid altissimum fuit in gratia. hoc totum a
bundantissime possidebat. Secundo stetit
in altissimo virtutum. Altissimum autem ĩ
virtutibus sunt omnes virtutes sine titula
tione contrarij scilicet vicij perfectissime pos
sidere. Non enim sic agitur in nobis mis̃is
sed quicquid virtutis consequimur hoc pro
ficit ex impugnatione viciorum sicut enĩ cõ
muniter dicitur. virtus medium tenet vicio
rum. vnde Eunucho qui sic est a natura nõ
attribuitur virtus castitatis. eo ꝙ de contra
rio vicio scilicet incontinentia nõ impugna
tur. vnde ad cõmendationẽ sponse in canti
cis dicit. Sicut lilium inter spinas. vnde si
cut rosa crescit inter spinas sic virtus crescit
in medio viciorum. Beata autem virgo sic
virtutes suas possidebat. vt tamen de cõtra
rijs vicijs nihil sentiret. ⁊ hoc est possidere
virtutes in supremo. Tercio stetit in altissi
mo deuotionis. Asserunt enim eius deuoti
ꝙ sine intermissione in tali extasi fuerit. ad
quam raptim ⁊ velut ad momentum sancti
maximi admittuntur. de quo dicitur Apoc.
septimo. Factum est silentium in celo qua
si dimidia hora. quam deuotionem descri
bit nobis bernardus dicẽs. Caro ⁊ sanguis
vas luteum quando huiusmodi experitur
affectum vt diuino inebriatus amore animi
qꝫ oblitus sui factusqꝫ sibi tanq̃ꝫ vas perdi
tum totus pergat in deum ⁊ adherens deo.
vnus cũ eo spiritus fiat. beatum dixerim et
sanctum. cui tale aliquid in hac mortali vi
ta raro interdum aut semel. et hoc ipsum ra
ptim atqꝫ vnius vix momenti spatio experi
ri donatum est te enim perdere quodammo
do tanq̃ꝫ non sis ⁊ omnino non sentire te
ipsum ⁊ a temetipso exinaniri atqꝫ pene
annullari celestis est ꝯuersatio nis non hu
mane affectionis ⁊ siquidem e mortalibus
quispiam ad id interdum raptim admitti
tur. subito inuidet seculum neq̃ꝫ. sollicitat
carnis necessitas ⁊ quod violentius est fra
terna reuocat caritas. heu redire in se recidi
uari in sua cõpellit miserabiliter exclamare
illud Iere. trenoꝝ. i. Vide domine ⁊ cõside
ra. quonia facta sum vilis. In hac altitudi
ne deuotionis beata virgo stetisse creditur
incessanter. De quibus altitudinibus ipsa
gloriatur Ecclesiastici vicesimoquarto di
ceus. Ego in altissimis habito. H
Quarto modo stelle habent motuꝫ velocis
simum. Sic beata virgo in profecto velocis
simo semper fuit. vt de ea veraciter dici pos
sit illud prouerbiorum. ij. Vidisti hominem
velocem in operibus suis. hec autem veloci
tas in triplici diligentia exercetur scilicet in
operum continuatione. omnium interiorũ

De nat. bte v. ma.

et exteriorū aggregatiōe contemplationis et actionis simul operatione. Primo ergo beata virgo tanq̄ stella velociter currebat quia suam deuotionem continue sine intermissione exercebat vt momentuz temporis ei vacuum non transiret. Q. si quis dixerit quomodo semper dei opera agere poterat q̄ cuz homo esset cibo somno quiete et alijs necessitatibus indigebat que quamdiu hoc fecit dei opera non agebat. Respondeo q̄ hec omnia tam virtuose agebat vt omnia ei ad meritum prouenirent. Si enim nos peccatores et viles vermiculi qui infinitis obstaculis retardamur hoc facere possemus multo verius beata virgo hoc facere potuit que nullum habuit obstaculum in agendo. At nisi possemus non hortaremur ad hoc Exo. quinto vbi dicitur. Implete opus vestrum quotidie quod tunc facimus si nullum tempus nobis trāseat sine fructu hinc p̄s. Querite faciem eius semper. Propter quod sunt multa genera meritorum vt in vno attediati statim ad alterum conuertamur. hic ber. Nulla vnq̄ seruum dei inueniat non dico dies sed nec hora nisi vel in exertij labore vel proficiendi studio vel in experientie dulcedine vel fruendi gaudio se exerceat. Itē ecc. ix. Quodcunq̄ potest manus tua facere instanter operare quia nec opus nec ratio nec sapientia nec scientia est apud inferos quo tu properas. ¶ I ¶ Secundo hec velocitas consistit in oīm interiorum et exteriorum congregatione vt cum bonū opus agimus oculos linguam et manus cum omnibus exterioribus et interioribus sensibus ad dominum dirigamus quia tunc velociter proficimus cum omnia nostra in vnuz aggregata cum summa diligentia et omni conamīe certatim nos adiuuant operari. Hinc prouer. xviij. Frater qui adiuuatur a fratre quasi ciuitas firma. Talis enim coadunatio in nobis summe placet deo sicut eius contrariuz sibi displicet nam de placentia dicitur Ecc. In tribus beneplacitum est spiritui meo quorum vnum est concordia fratrum. De displicentia vero sui contrarij dicitur prouer. vi. Sex sūt que odit deus et septimū detestatur anima eius et illud septimuz est inter fratres seminare discordiam quod inter omnia cetera detestatur. Tercio velocitas cōsistit in contemplationis et actionis sil' operatione. Sunt em̄ quatuor genera sanctorum quidā tm̄ actiuam vitam ducentes vt martha alij tantū contemplatiuaz habentes vt magdalena. Alij vero vtrāq̄ vitam sed diuersis temporibus exhibentes vt apostoli qui pro tempore et loco nunc actiui nunc cōtemplatiui extiterunt. De quibus dilit' ap. ij. Cor. v. Siue mente excedimus ecce contemplatiua siue sobrij sumus ecce actiua. Quarta vero vita est vtranq̄ vitam simul et semel habere que sola fuit in virgine gloriosa de i. dicitur i. Thi. ix. Qui bene ministrauerit bonum graduz sibi acquirit cui adiungit bern̄. Qui autē bene vacauerit meliorem sibi acquirit. Optimuz autē consequitur qui perfectus est in vtroq̄. cui nos adijcimus qui vtrūq̄ simul fecerit quod in sola virgīe ē e credimus et scimus veraciter plus q̄ perfectus est et aliquid d'inius q̄ perfectū habet. Ex his omnibus patet quomodo beata virgo in velocitate proprietatem habuit stelle quā si pro nostra possibilitate sequim̄ erimus et nos veloces in cumulo meritoruz velociter conregnando. Quod et facere hortamur. Ecce xxxi vbi dicitur. In omnibus operibus tuis esto velox. ¶ K ¶ Quinto stelle sunt maxime quantitatis. mīma eniz stellarum vt dicūt astronomi est maior octies tota terra. In qua proprietate beata virgo stelle similis ē nō corpore sz virtute. Per hanc enim magnitudinez eius ptās poterit designari. Est autem magna in potestate super omnes puras creaturas. Est autem potens tripliciter scilicet contra deum. contra homines contra demones. Contra deuz ad quem potest omnia que vult et desiderat coraz eo de quo Re. xix. Omne quod petieris a me impetrabis et illud Re. Pete a me mater quod vis n̄ em̄ phas est vt auertam faciem meam. hinc bern̄. Quomodo illa potestas tue potestati poterit obuiare que de carne tua carnis sue sumpsit originem. Quis scit quotiens astringit iram iudicis. Secūdo potens est contra homines. vt omni hoī q̄ntūcūq̄ perdito si tn̄ fidelit' eā īuocauerit

gratiam impetrat apud deū. hīc bern̄. Maria sinum aperit vniuersis vt de plenitudine eius om̄s accipiant ꝛc. Tercio potens est ꝯ demones. quicquid em̄ desperatum exigente dei iusticia relinquitur demonibus. per ei⁹ potestatem est crebrius liberatum. propter quod ipsi demones ex eius potestate territi non audent eam proprio nomine appellare sed frequentius eam magnam appellant hinc bern̄. Quid tibi negari poterit. cui non est negatum Theophilum de inferni faucibus euocare. De omnibus ptātib⁹ di. iteꝝ bern̄. Data est tibi omnis potestas in celo ꝛ in terra. vt omnia quecunq; volueris valeas impetrare. ¶ LXXX Sexta ꝓprietas stellarum est: ꝙ sunt s̄m visū hoīm puissime. que ꝓprietas beate virgini cōpetit que per virtutem sue humilitatis se minimam iudicabat. in hac ergo paruitate eius humilitas designatur. de qua bern̄. Audeo dicere ꝙ nec marie virginitas sine humilitate placuisset Propter quod cum ꝑ gabrielem dei filius ex ea incarnandus nunciaretur. oīm virtutum oblit⁹ de sola humilitate gl̄abat dicens. Quia respexit humilitatem ancille sue. de qua iterum bern̄. Que est hec tā sublimis humilitas. que cedere non nouit oblatis honorib⁹ Non eniz magnuz est eē humilez in abiectione. sed magna ꝛ rara ē virtus humilitas honorata. Septima proprietas stellarum est ꝙ in suis effectibus sunt efficacissime. Sunt enim discordantium ꝯciliatīe. errantium directiue. germinantiuz fecundatiue. que omnia in virgine gloriosa efficacissime inueniuntur. Ipsa est em̄ dei ꝛ peccatorum inter se discordantium reconciliatiua. secularium hoīm errantium a deo directiua. propter quod ꝛ stella maris dicitur eo ꝙ nautas in mari errantes dirigit ad portū salutis Est etiam germinantium fecundatiua. quia quicquid de bonis operibus ꝑficiam⁹ ꝑ eius gr̄az ꝛ intercessiōez ī debitū fructū germinat apud deū ¶ LXXXI

¶ De eodem sermo quartus.

Ego mater pulcre dilectionis tīoris ꝛ agnitōis ꝛ sancti spei. ecc̄. xxiiij. ¶ M.

Sciendum ꝙ sicut vnus est dei patris filiꝰ naturalis scilicet iesus christus ꝛ multi filij adoptiui. sic vnus est filius marie naturalis scilicet iesus xp̄s s̄m hominē. ꝛ multi adoptiui sicut om̄s electi. propter quod idem virginis filius dicitur primogenitus. Mat. i. vbi dicitur. Peperit filium suum primogenitum eo ꝙ ipse primo ex ea genitus dedit ei multos filios adoptiuos. vt s̄m apl̄um ad Ro. viij. ipse sit primogenitus in multis fratribus. hinc est etiā illud ꝙ apl̄os ꝛ om̄s electos in apl̄is fratres nominat dicens. per p̄s Nunciabo nomen tuū fratribus meis. ꝛ illud Mat. xxiij. Nunciate fratribus meis hos ergo filios adoptiuos naturalis filius iesus xp̄s. sub noīe ioh. matri dedit in filios cum in cruce pendens dixit Mulier ecce filius tuus Itēq; ipsam nobis dedit in matrē cum nobis dixit per discipuluz Ecce mater tua Nam sub nomine ioh. que gratia dei interpretatur. omnes filij adoptiui. qui ex gr̄a dei adoptantur in filios designantur. Qd̄ enim necesse fuit vt iohannem matri ꝛ matrem iohāni. quoꝝ fidem ꝛ aīcitiā nouit ad inuicem recōmendaret Sz in eo loco ꝛ tpe hoc facere voluit vt eandē ei recōmendatōz ei impressius incalcaret. ac si diceret. Vide mater quid pro peccatoribus patiar. ꝛ quotiens exigente iusticia ipsum dānari opteat tu mee recōmendationis tpe passionis tibi facte non īmemor ipsos mihi surripias ꝛ ꝓ eis interpella. in quo viscera benignissime mīe dei circa nos relucēt. ꝙ tam multipliciter querit occasionē miserendi ꝛ hec recōmēdatio nostre matri tam profundissime est immersa. vt etiā ipsa se offerat omnibus inuocantibus beniuolā ꝛ benignā. ꝛ licet quātum in ea est oībus desiderat mīaz exhibere hoc tn̄ requirit ordinatio veritatis vt ꝛ nos ad gratiā eius ꝑcipiendam studeamus habiles ꝛ dispositi inueniri. quia licet vt diximus omnibus gratiam offerat ipāz tamē soli habiles consequūt. Qualiter autem ad eius gratiā consequendā nos habilitare debeamus ipsa nobis insinuat in verbis ꝓpositis cum dicit Ego mater pulcre ꝛc. ac si dicat. qui per pulcraz dilectionē. timorē. ꝯgnitionem sanctā spem diligēter se disposuerūt

De nat. b. ma. v.

illoꝝ ego mater ero maternũ eisdem affectũ
ꝑ omnibus alijs exhibẽdo. Dicit ergo. Ego
mater pulchre dilectõis ⁊c. i. pulchrã dile-
ctionem. timorẽ. cognitionẽ. spem sanctã ha
bentiũ. eo ꝙ accidẽtia nõ sint nisi in subiecto
Primi ergo quorũ vult esse mater sunt qui
pulchrã habent dilectiõem. Quid sit autẽ
pulchra dilectio. ¶ Nota Sciendũ ꝙ ali-
quid dicit pulchrũ tripliciter. scꝫ ex purita-
te. ordinabilitate. et nobilitate. Ex puritate
pulchra dicunt vitꝝ. vinũ. aqua. quãdo pu
ra vident. Similiter ex ordinabilitate aliq̃
pulchra dicunt: quãdo partes vel membra
ꝓportionabiliter sunt adinuicẽ ordinata. vt
homo vel equꝰ pulcher dicit quãdo partes
eius vel membra scꝫ os. nasus. oculi bonaꝫ
habent adinuicẽ ꝓportõem. Similr aliqua
dicũtur pulchra nobilitate. vt illa imago q̃
ex auro est pulchrior est illa q̃ de vili scema-
te est formata. Hec ergo tria pulchra cõue-
nire debent in pulchra dilectõe. vt illa dile-
ctio dicat pulchra que ex puro subiecto cuꝫ
ordĩato affectu in nobile obiectũ ordinatur
Ex puro quidẽ subiecto: scilicet ex pura ani-
ma que ꝓpter sui dilectiõem etiã cauet pra-
uitatem omniũ mortaliũ peccatoꝝ. qꝛ sic Le
uiti. dicit. Si maculã habuerit nõ erit acce-
ptum dño. Et aplus. Modicũ fermenti to
tam massaꝫ corrũpit. qd est dicere. Si ani-
ma maculã ⁊ modicũ fermenti mortalium
peccatoꝝ habuerit: eius dilectio nõ erit gra-
ta. Secundo dilectio pulchra dicit ex ordi-
nato affectu. hoc est cũ ad sua diligibilia iu
stum seruat ordineꝫ diligendi. De qua illa
gloriat in Cantic. ij. Ordinauit in me cha-
ritatem. Hic est autẽ debitus ordo diligen-
di cum omnia diligibilia ordinant in deum:
vt omnia ꝓpter deũ diligant. Diligit enim
pater. mater. soror. amici. auruꝫ. diuitie. ho-
nores. corpus. ⁊ anima. deus. in quibꝰ om-
nibus necesse est vt amor ordinet: qui tunc
bñ ordinat cum deus principalr ⁊ ex cõseq̃n
ti. i. ꝓpter deum omnia alia diligunt. De q̃
ordine dicit Bern. Ordinat deus in rebꝰ di
ligendis charitatem: vt sciamus quid priꝰ:
quid posterius: quid minus: quid magis:
quid ꝓpter se: q̃d ꝓpter aliud diligat. Sũt
eniꝫ tempalia diligẽda ꝓpter corpus. corpꝰ
vo ꝓpter animã. Valet eniꝫ anime corpus
sanũ ad penitentiã. infirmũ ad cumulatio-
nem meritorũ. mortuũ ad requieꝫ. resuscita
tum ad cõsummatõem. Et idcirco propter
animã corpꝰ est merito diligenduꝫ. Anima
vo diligatur ꝓpter deũ ad cuiꝰ imaginẽ fa-
cta est. Deus vo diligatur ꝓpter se. quia ni-
hil dignius. nihil vtilius potest diligi. Ni-
hil dignius qꝛ ipse prior dilexit nos. qꝛ et in
meritis semetipm dedit nobis. Nihil etiaꝫ
vtilius. quia ex huiꝰ amoris virtute omnia
nobis cooperant in bonũ. omnia dico bona ⁊
mala ⁊ aliena. Item inter amorẽ dei ⁊ ꝓxi-
mi talis debet cadere ordinatio. vt charita-
te affectuali preponat deus ꝓximo: vt plus-
q̃ꝫ ꝓximus diligat. charitate vo actuali deo
ꝓximus preponat. Hinc Bern. Cum du-
plex sit charitas: affectualis ⁊ actualis. actu
alis inferiora prefert superioribꝰ. affectualis
vo prefert supiora inferioribꝰ. vbi gratia.
In bene affecta aĩa non dubiũ quin dilecti
oni hominũ dei dilectio preponat: ⁊ in ipis
hominibꝰ ꝑfectiores infirmioribꝰ: celũ ter-
re: eternitas tempi: aĩa carni. Attamẽ in be
ne ordinata actõe semꝑ ordo oppositus ĩue-
nitur. Naꝫ circa curã ꝓximi plus vrgemur
⁊ in infirmioribꝰ: fratribus diligẽtius assi-
stimus: ⁊ pati terre plusq̃ꝫ celi glorie ipa ne
cessitate insistimus: et lãguoribus corporis
postposita cura anime pene cõtinue inserui-
mus. Orantem hominẽ deo loqui quis du
bitat. quotiẽs tamẽ in charitate abducimur
⁊ euellimur ꝓpter eos qui nr̃a indigent ope-
ra vel loquela. quotiẽs pro ãministrãdis ter
renis iustissime suꝑsedemꝰ celebrãdis missa
rum solẽnijs ordo preposterus. sed necessi-
tas nõ habet legeꝫ. ¶ Tercio dilectio
pulchra dicit ꝓpter materie nobilitatem: vt
sup̃ ostendimꝰ. Sic illa dilectio pulchra di
citur que de pulchriori siue nobiliori obie-
cto habet. vnde amor boni homĩs melior est
q̃ꝫ mali: celi plusq̃ꝫ terre. Dilectio aũt ad ob
iectũ qd est deus ordinata pulcherrima est.
maxime cum diligit deus ꝓpter deum. Ta-
liter em̃ diligentiũ scꝫ ex puro subiecto ordi
nato affectu: nobili obiecto est pulchra dile-
ctio. quã qui habuerit merent gloriosaꝫ vir-
ginem sibi habere matrẽ. Secũdo gloriosa

virgo meret esse mater hñtium timorē pul/
crum. Addit aūt pulcꝝ ad dr̄iam fedi timo
ris. ꝑ quē coacti malū ꝯmittimus ⁊ bonum
aggredi nō audem⁹. Nā de primo dr̄ Mat.
x. Nolite timere eos q̄ occidūt corpus ⁊ am
plius nō habēt quid addant. sed timete eū
qui pōt aīam ⁊ corpus mittere in gehennā
de. ij. dr̄ iob. vi. Qui timet pruinā irruet su
per eū nix. Qui eī timet pruinā modice pe
nitentie ⁊ laboris irruet sup eū nix ꝓfūdis/
sime amaritudinis eterne dānatōis. Si er
go virginē mariaꝫ matrē habere cupimus
expellam⁹ fedū timorē et pulcꝝ in cor nr̄m
introducamus ¶ P ¶ Dicit aūt timor dñi
pulcer ex pulcro obiecto qd̄ est deus efficiēs
in nobis tria bona. s. puritatē bonitatē diui
ni bñplaciti voluntatē. Quō aūt hunc pul
crum timorē in cor nostꝝ introducere debe/
amus vt hec tria opet in nobis docet nos
Sapiens. Eccl. vij. cum di. Fili memorare
nouissima tua ⁊ in eternū nō peccabis glo.
timore ꝓhibente. Que autē sint nouissima
nostra memoranda. declarat bern̄. exponēs
p̄dictū verbum sic dicēs. O hō nouissima
tua sunt mors iudiciū gehēna. Quid eniꝫ
horribilius morte. q̄d terribili⁹ iudicio. q̄d
intolerabilius gehenna. Nā gehenna nihil
pōt ītolerabili⁹ cogitari. Quid metuit si q̄s
ad ista nō trepitat nō expauescit non timore
ꝯcutit. Time ergo ꝙ ī morte sepandus es
ab omnib⁹ bonis h⁹ corpis et mūdi. Time
ꝙ interribili iudicio ei p̄ntandus es in cui⁹
manus horrendū est incidere. illo te exami/
nāte quē nihil latet. q̄ de se dicit. hie. xx. Ego
sum testis ⁊ iudex. Time ꝙ in gehenna cru
ciatibus eternis ⁊ īmensis exponendus es.
Qui hec tria cogitauerit sicut sūt timorem
cordi suo introducet nisi sit durior adaman
te. Primo g̊ timor ille sic̄ diximꝰ ītroduct⁹
pulcer dr̄. quia ingrediens in nobis opatur
puritatem. qꝛ statim vt intus venit expellit
peccatū. quo expulso relinquit puritas. hic
Eccl. i. Timor dñi expellit peccatū. naꝫ qui
sine timore est. nō poterit iustificari. Scd̄o
expulso peccato et plantata puritate. timor
opat bonitatē. hoc est stimulat nos vt bona
faciamus. sic enim dr̄. Eccl. xv. Qui timēt
dñm custodiūt mandata illius. ⁊ iterū qui
timet deuꝫ nihil negligit. Tercio timor dñi
incitat nos. vt dñi faciamus ꝑ oīa volūta/
tem. hinc Eccl. ij. Qui timēt deū inquirūt
que bñplacita sūt illi. Itez p̄s. Bñplacitū
est dño sup timentes eū. ⁊ ideo ex his trib⁹
effectib⁹ q̄s opatur in nobis. pulcꝝ dicim⁹
hūc timorē. ¶ Q ¶ Tercio gloriosa virgo
dignat esse mater agnitionis. i. habentium
agnitionē. Est aūt triplex agnitio sūme no/
bis necessaria. quā qui habuerit maternum
affectuꝫ virginis ꝓmeret. Prima est. vt dei
reuerentiā. scd̄a vt nostram insufficientiam
tercia vt matris clementiā congnoscamus.
Quas id̄o necessarias dicim⁹. qꝛ ex eis tres
virtutes nobis necessarie oriunt. Nā ex pri/
ma ꝯgnitione dilectōem. ex scd̄a hūilitateꝫ
ex tercia spem siue fiduciam veraciter conse/
quimur. Primo dico ꝙ ex ꝯgnitione diui/
ne reuerentie dilectōem ꝯseq̄mur. qꝛ quāto
deum ꝯg̊scimus. tanto necesse est vt eū dili
gamus. Ipse. n. tam ineffabilis est bonitas
tam inexplicabilis dulcedo. vt nemo possit
eum odire. sed quantū ꝯgnoscitur tantū di/
ligitur. hinc ꝑ Iere. ix. dñs di. Non gloriet
sapiens in sapīa sua. nec fortis in fortitudīe
sua. nec diues in diuitijs suis gloriet. sed in
hoc gloriet qui gloriatur. scire et nosse me.
Quare? Quia vt ait bern̄. nemo absq̄ co/
gnitione saluabit. ⁊ subiūgit. Q si ignoras
deū. poterit ne eē spes salutis. Neq̄q̄. Nec
eī poteris aut amare quē nescias aut habere
quē nō amaueris. qꝛ sicut ex dei ꝯgnitiōe di
lectōnem sic ex dei ignorantia oriri dicimus
desperationem. quod sic declarat Bern̄. Ali
quis reuersus in se ⁊ displicens sibi in om̄i/
bus malis que fecit cogitans q̄ resipiscere
ab omni vita mala. si ignorat q̄ bon⁹ sit de
us. q̄ suauis ⁊ mittis. quā multus ad igno
scendum. nunquid sua carnalis cogitatō ar
guet eum. ⁊ dicet. quid facis. et vitam istaꝫ
vis ꝑdere ⁊ futuram. Peccata tua maxima
sunt. nequaq̄ sufficis satisfacere. ⁊ sic despe/
ratus resilit miser. ignorans q̄ facile omni/
potens bonitas omnia ista dissolueret. que
omnia idcirco induximus. vt ostenderem⁹
ꝙ sicut ex dei ignorantia sequitur despera/
tio. sic ex eius opposito. s. ꝯgnitōne sequitur
dilectio. Secūda cognitio de nobisipsis est

habenda. qua quāto verius nosip̄os cognoscimus ⁊ quāto lucidius introrsuz ingredimur: tanto ampli⁹ mala nr̄a ex quibus humiliamur videmus. Hinc Boeti⁹. Nemo tam ꝯposite felicitatis est qui non in aliqua parte cuz sui stat⁹ qualitate rixet̄. Et hoc est qd̄ innuit̄ Ezechiel. viij. vbi sepe repetit̄. Et ad hoc cōuersus videbis abomīatōes maiores. qꝛ quāto verius cōuertimur: tanto plura mala nostra videmus. Hec est aliquis tā sanctus qui ab hac lege excludat̄: Dicit em̄ Bern̄. Tu quicūqꝫ es et si sanci⁹ es: si te ad lumē veritatis intus in anima sine dissimulatōe inspicias: nō dubito quin hūilieris in oculis tuis. Sicut ergo ex cognitōe dei dilectio: sic ex cognitōe nostri hūilitas generat̄. Tercio ex cognitōe matris virginis clementie spes nobis orit̄ ⁊ fiducia. vt qui nr̄e iusticie fiduciā non habemus: nec ꝓpter dei reuerentiam tanqꝫ peccatores faciē leuare audemus ad virginē cōfugientes: de eius clemētia speremus. Qui ergo ꝓpter dei reuerentiam ⁊ suoꝝ bonoꝝ insufficientiā nō audēt leuare faciē eius offensam dn̄i erubescentes. Si inqꝫ tales ad matrez virginē ꝯfugerint de eius clemētia sperātes: ip̄os in gratiā recipiet: ⁊ per materna beneficia eos diuīe gratie recōciliabit. ⁊ hec est pulchra agnitio cuius beata virgo designat̄ esse mater. ¶ R ¶ Quarto beata virgo dignat̄ esse mater sancte spei. i. habentiū sanctā spem. Cum autez dicit sanctā: innuit spes alias īutiles et non sanctas. Propter qd̄ sciendum ꝙ suut tria q̄ spem nostrā sanctificant de virgine gloriosa. vt videlicz ꝓpter eā a peccatis cessem⁹. spem nostrā solū in ip̄am ⁊ filiuz eius ordinem⁹. ip̄am bonis quibꝫ possum⁹ honorem⁹. Primo dico a peccatis cessemus. qꝛ frustra sperat qui peccando eum ꝓuocat in quo sperat. Hinc Sapi. v. Spes impij quasi lanugo que a vento dispergit̄. Item Job. xj. Oculi impij deficient ⁊ effugiuz peribit ab eis. ⁊ spes eoꝝ abomīatio est anime. Hinc Jo. iij. Omnis qui habet spem in deo sanctificat se sicut ille sanctus est. Secūdo spem nostraz solū in matrē virginez ordinem⁹. nec de nostris: nec de alienis viribꝫ p̄sumētes: ne maledictōez Hiere. incurram⁹. vbi dicit̄. Maledictus qui ponit carnē brachiū suuz. Tercio in virginē matrē spez nostrā ponamus: ip̄am in omnibꝫ ⁊ pre om̄ibus honorantes. qꝛ tunc fiducialiter speram⁹ si spem nostrā ꝑ exhibitionē opis cōprobamus. ⁊ hoc est qd̄ ait p̄s. Spera in dn̄o ⁊ fac bonitatē. Et hec est veraciter spes sancta cui⁹ se gloriosa virgo asserit esse matrē.

¶ LXXXII. ¶ De eodem sermo. v.

Homo quidaz descendebat ab hierl̄m in hiericho: ⁊ incidit ī latrones. Luc̄. x. ¶ S ¶ Sap̄. ix. dicit̄. Difficile estimam⁹ que in terris sunt: ⁊ que in ꝓspectu sunt inuenim⁹ cum labore. que aūt in celis quis inuestigabit? ac si dicat̄. Si difficile intelligim⁹ aliquid d̄ terrenis que sensibus subiacēt: quid intelligere possumus de celestibꝫ ⁊ diuinis. hinc est ꝙ gl̄iosus ille archip̄dicator Jesus christus: quotiēs loqui voluit de celestibus ⁊ diuinis: assumpsit corꝑalia loquēs in parabolis. vt ꝑ visibiliū rern̄ similitudines pedetētim. i. paulatim nos duceret in celestia ⁊ diuina: dicēs. Simile est regnū celoꝝ decem virginibꝫ. vel thesau. abscō. vel sage. misse in mari. Qd̄ exponēs Greg. di. Regnū celoꝝ ideo terrenis rebus sile dicit̄. vt ex his que anim⁹ nouit surgat ad incognita: quatinus exemplo visibiliū se ad inuisibilia rapiat. ⁊ ꝑ ea que vsu didicit quasi cōfricatus incalescat. vt ꝑ hoc qd̄ scit notuz diligere discat ⁊ incognita amare. Ex his ergo omnibus instructus placuit verbū ꝓpositū adducere: vt per res corporales que sonāt natiuitatē gloriose virginis depingam⁹. In quibus verbis tria intelligimus. scilicz gloriose virginis singularitatē. descensiōis qualitatem. nostraz vtilitatem. Primū ibi. Homo quidam. Secundū ibi. descendebat ab hierl̄m in hiericho. Terciuz ibi. ⁊ incidit in latrones. Hec per ordinem ꝓsequētes: primo dicimus ꝙ in primo membro intelligimus gloriose virginis singularitatez. Licet enim hoc nomē homo s̄m grāmaticos sit nomen appellatiuū appellans pro omnibꝫ. per hoc tamen nomē quidam additur ei ab hac generalitate restringit̄ vt non stet ꝓ omnibꝫ

sicut prius, sed pro vno intelligatur licz adhuc stet indefinite. Vnde dicũt hic loyci q̃ propositio indefinita equipollet particulari.

qđ suū est. ergo p oppositū scire possum⁹ qđ
sit iniusticia. Ipsa em̄ est viriū per qđ nulli
reddit qđ suū est. Vnde cum primū nō di/
ligimus vt nosipos. vel ei nō impēdim⁹ qđ
nobis impēdi cupim⁹. vel etiam malū ei fa/
cimus qđ nobis nolumus exhiberi: in oīni/
bus illis iniusticiā exercem⁹. Ab hac ergo lō
ge recedere nos oportet si cupimus deum se
qui. ab hac ergo iniusticia phibere nos volu
it dñs cum in lege mādauit. q̄ iust⁹ debet
esse modius equusq̄ sertari⁹. q̄ vt ait Sa/
lomon. Pondus ⁊ pondus: mēsura ⁊ men
sura vtrūq̄ abomīatio est apud dñm. Qđ
exponēs Grego. dicēs. Scimus q̄ falsi ne/
gociatores duplici pondere ⁊ mēsura vtan/
tur. Nam pondus aliud habent ad qđ pen/
sant sibi: ⁊ aliud ad qđ primo. Preparāt er
go ad vandū pondera leuioza. ad accipien/
dum vo pondera grauioza. Oīnis ergo ho/
mo qui aliter pēsat ea que primi: ⁊ aliter ea
que sunt sua: pond⁹ ⁊ pondus habet. vtrūq̄
aūt abomīabile est apud deū. q̄ si sic primū
vt se diligeret: hunc in bonis vt se haberet ⁊
etiam iudicaret. ⁊ si sic se vt primū aspiceret
se in malis sicut primū iudicaret. Cuius cō
trariū agimus incessanter. q̄ plerūq̄ ꝺtin/
git vt ⁊ nostra grauia leuiter: ⁊ proximor̄ le
uia mala grauiter iudicem⁹. Hoc ergo inēq̄
le pondus iniusticia est. a qua nos recedere
oportet si volum⁹ deū sequi. ¶ Vlt⁹ Secū
do dicendū est de motu sequēdi p quā tran/
seamus. Deus aūt noster pre ceteris tria in
se habuit p que sequi dñm nos oportet. scili
cet paupertatē. asperitatē. ⁊ in omnib⁹ equi/
tatem. que recta fronte sunt opposita p̄dicto
rum. Nam paupras diuitijs. asperitas de/
licijs. equitas iusticijs ꝓtrariat. Si ergo de
um sequi volumus vt hortat induam⁹ eius
paupt̄atē. Nā vt ipa veritas ait. Nisi quis
renūciauerit oīnib⁹ q̄ possidet: nō potest es
se meus discipul⁹. Luc. xiv. Ad hanc paup
tatem dñs trahere cupiebat diuitē quēdaz:
cum dicebat Mat. xix. Si vis pfect⁹ esse va
de ⁊ vende oīnia q̄ habes. ⁊ veni sequere me.
Qđ reuera nobis deberet facile persuaderi.
maxime cuz in hoc videmus dñm p̄cessisse.
Vnde Bern̄. Magna abusio fratres vt vi/
ues velit esse virilis vermiculus, pter quez
deus maiestatis voluit esse paup. Secūdo
induamus vite eius asperitatē: portātes sti
gmata sudoris ⁊ laboris in corpe nō. vt dice
te possumus cuz ap̄lo. Supplebo ea que de/
sunt passiōibus christi in corpe meo. Vnde
Auguſ. enumeratis multis eius aspiratib⁹:
tandem subiūgit. De christi passiōes p̄pia/
no sunt imitāde: nō delicie cōquirende. Ex
lamētabiliter conquerit Bern̄. di. Heu dñe
omnes volūt te sequi: sed pauci sequi scien/
tes. q̄ si excepti fuerim⁹ a castigatōe flagel/
lorū: excepti erim⁹ a numero filiorū. Tercio
sequamur dñm p vite equitatez: omnibus
hominib⁹ equū pondus tenētes. ⁊ postpona
mus priuatū amorē qui pene in omnib⁹ no
bis viciat hanc virtutē. Vnde Greg. Si
mus q̄ vehemēter claudit oculū ratōis pri/
uatus amor. Ex quo fit vt hāc equitatē pau
cissimi vt dignū est veraciter cōseruēt. quia
forsitan nesciūt quid sit equuz. Vnde si non
vacat omnes paginas pscrutari. omnia vo/
lumina sermonū euoluere. oīa secreta scri/
ptura⁹ penetrare ad inquirendā ⁊ faciendā
equitatem: saltim intremus nosmetipos et
legam⁹ naturalē scripturā scriptā in tabulis

De scō matheo.

cordis nostri vbi legimus. quod tibi nō vis fieri: alij ne feceris: ⁊ quid tibi vis exhiberi alteri exhibeas: per q̄ duo mandata plene ⁊ pefecte nostris proximis exhibebimus equitatem. Nam per huius legis naturalis obseruationem antiqui patres dño placuerūt cum tñ adhuc nec legis nec gratie scriptura esset hoībus cōmendata. Nam de noe dicit Erat noe iustus ⁊ pfectus in generatōe sua ⁊ ad abraham dicit. Ambula coram me et esto perfectus. ¶ Sequitur terciū principale scz me. in quo nobis innuitur terminus siue finis. per quē dño feliciter inhereamus. quod iuste sequitur ad predicta. quia postq̄ a malis recessimus ⁊ quod bonū est facimus dñm inuenimus. quo inuento adherebimus ei dicentes. Mihi adherere deo bonum est ponere in dño meo spē meā. merito ergo vt ait bern̄. cunctis renūciat affectibus alijs anima curatis huic soli incumbit dicens ex omni cordis effectu illud Canti. Inueni quē diligit anima mea. qz vt dicit Ecc̄. Qui inueniet illum inueniet thesaurū talem videlicet thesaurum in quo om̄s vere diuitie. om̄es vere delitie: vere iustitie ⁊ omne quod viri boni rōem sortit copiosissime inueniuntur. nec īmerito. cum em̄ ꝓpter deum vanas diuitias vanas delitias ⁊ om̄es iniustitias dimittimus. inuenimus thesaurum deū scz. in qno predicta omnia veracit inuenimus vñ augu. super illo verbo. Ecce nos relinquimus omnia dic̄. Petrus ⁊ sui sequaces reliquerunt omnia vana. ⁊ acceperunt omnia vera. inuenimus enim in deo diuitias meritoruz. diuitias gratiarum. diuitias virtutum ⁊ omnia vera bona vt dicere possit nobis illud deus gen̄. xxx. Modicum hūisti anteq̄ venirem ad te. nunc diues effectus es benedixitq̄ tibi deus ad introitnz meum. de his diuitijs di. gre. Quid nobis cum diuitijs huius mūdi que nec bone nec nostre sunt. sed vere diuitie sunt que in deo īueniuntur ⁊ cum deo possidentur. Similiter in deo inueniuntur delitie huius mūdi illis delitijs meliores. si enim in creatura poterit aliquis delitiari. quō in deo non delitiamur a quo est omne bonum ⁊ omne dulce fluit. vñ ipse dicit. Eccle. ij. Quis delitijs affluet vt ego. quasi dicerz nemo. hinc iob. xxij. Si reuersus fueris ad omnipotentem edificaberis. ⁊ longe facies iniquitatem a tabernaculo tuo. ⁊ sequit Tunc super omnipotentem delitijs affluens. de quibus di. ber. Sic est aduentus sponsi benedictiones diuitie, salutis cum eo ⁊ vniuersa que de ipso sunt affluunt delitijs redundantia iocundis ⁊ salutaribus sacris. inuenimus etiā in deo oēm equitatem. quia in eius pñtia non possumus facere non equum prestāte iesu xpo

¶ LXXXVI. ¶ De eodem.

Surgens secutus est eum idem vt sup̄. ¶ Dicit mgr̄ in scolastica hysto. q̄ in veteri lege nunq̄ offerebatur hostia sine libamentis suis Libamen aūt siue libamentum erat simila oleo ꝯspsa ⁊ vinū que duo cum hostia offerebantur ⁊ vnicuiq̄ hostie ꝓprium libamen erat determinatū. Dicitur aūt libamen eo q̄ libeat quia additum hostie gratificabat eam ⁊ acceptam fecit eaz dño vt grata esset hostia cum libamine que sine illo nullatenꝰ fuit grata. quod intelligens beatus matheus omnia sua obsequia cum aliquibus additamentis per que gratiora fecit deo sua obsequia dño suo offerebat. Offerebat aūt tria deo obsequia cū suis libamentis per que in tam magnū principē coram dño est promotus. Obtulit em̄ deo obedientiā cū velocitate: conuiuium cū largitate. totam vitam suam cum humilitate ⁊ ex his tribus magnus valde sacr̄s coram dño est effectus. vt non solum in apicē apostolice dignitatis. verum etiam in scriptorē euāgelice veritatis sit sublimatꝰ vt nō solū apl̄s sed euangelista in ecclesia noīet. Primum obsequium tangit in eo. q̄ di. Surgens secutus est euz. quia statim vt dixit deus. sequere me sine mora sequebatur eum in quo tangitur obediendi velocitas Scōz ibi ⁊ factū est discumbente eo in domo. in q̄ tangitur conuiuij largitas. nam de hoc dic̄ lu. v. ⁊ fecit ei leue conuiuiū magnum in domo sua. Tercium scz vite humilitas tangitur in eo q̄ di. Ecce multi publicani ⁊ peccatores venientes discumbebant cum iesu cō

numerans se illis innuēs se similr publica-
num ⁊ sic sūmatim in isto euangilio tangun
tur p̄dicta tria per que beatus matheus est
mirifice sublimatus ⁊ hec de beato matheo
breuiter tacta sufficiant. quia gloria qua in
celo ⁊ in terra hōratur ⁊ magnifice venerat̄
probat eum predicta tria deo fideliter ⁊ per
fectissime obtulisse. Nūc predicta verba ad
nostrā edificationem nobis insinuant. vt si
eius gloria cupim⁹ esse participes. predicta
tria cum suis libaminibus dño offeramus
Non enim est acceptor personaꝝ deus sed q̄
cunq̄ sine tergiuersatōne deo exhibet quod
ipsi exhibuerunt eadem gloria sublimat̄ vñ
Cri. Qui sanctoꝝ merita religiosa caritate
mirantur eorum mores sanctos atq̄ iustici
am imitentur. quia quē delectat alicui⁹ san
cti meritum delectare dz par circa cultum
dei obsequiuz. vt qui sanctoꝝ merita admi
ratur mirabilis ipse vite sanctitate reddat̄
possumus em̄ esse sicut ipsi sunt si facimus
quod fecerunt. ¶ A ¶ Primo ergo offeri-
mus deo sacrificium obedientie. que omni
homini est necessaria ad salutē. qꝛ sicut ꝑ in
obedientiam de ꝑadiso cecidimus vniuer-
si. sic econtrario redire per obedientiam nos
oportet. Hinc est ꝙ tam triunphās quā mi
litans ecclesia fm sub ⁊ supra est per obediē
tiam ordinata vt palam detur intelligi ꝙ nl̄
lus nisi per obedientiam erit saluus. Man
dat aūt nobis deus tripliciter obedientiam
scz per scripturā libroꝝ. per ora prelatoruz. ꝑ
inspirationem internoruz. de primo dr̄ deu.
viij. Omne mandatum quod ego p̄cipio
tibi caue diligenter vt facias Mat. xix. Si
vis vitā ingredi serue mandata. Joh. xiiij.
Si diligitis me mandata mea seruate. Se
cundo de mandato prelatoꝝ di. dñs. Qui
vos audit me audit. ⁊ qui vos spernit me sp̄
nit. Itm̄ deutero. Facies quecunq̄ dixerim
qui presunt loco quē elegit dñs. sequerisq̄
sententiam eoꝝ nec declinabis ad dexteram
nec ad sinistram. Qui aūt sup̄bierit nolens
obedire sacerdotis imperio qui eo tempore
ministrat dño deo suo. moriat̄ hō ille. De
tercio per ysa. dr̄. Ego sum qni loquor iusti
cias. ac si dicat. Quādo interi⁹ in corde ad
memoriam reuocatis precepta dñi. nō vr̄a
est cogitatio sed mea est allocutio precipiēs
interius vt preceptoꝝ op̄a impleatis Hinc
berñ. Cum mala versamus in corde nostra
est cogitatio. cum vero bona: dei sermo ē. illa
scz mala cor nostrum dicit. hec aūt bona cor
nostrum audit. vñ greg. Cum per semetip-
sum deus interius loquitur sola nobis vis
interne aspirationis ap̄itur. ⁊ de verbo eius
sine literis atq̄ sillabis cor docetur. qꝛ vir-
tus eius intima quadam subleuatione co-
gnoscitur. quocunq̄ ergo istoꝝ triuz modo
rum precipiat nobis deus sp̄ est ei ⁊ in om̄i
bus ⁊ per omnia obediendum. Nam de hac
obedientia dr̄. i. Re. xv. Nuuq̄d vult de⁹ ho
locausta aut victimas ⁊ nō potius vt obedi
atur voci dñi: melior est enim obedientia q̄
victima. ⁊ auscultare magis q̄ offerre adi-
pem arietum. qm̄ quasi peccatum ariolandi
est repugnare ⁊ quasi scelus ydolatrie nolle
acquiescere. vñ berñ. Nec studiuz bone acti-
onis. nec ocium sancte contemplatiōis. nec
lacrime penitentis accepta esse poterunt illi
qui tantam hūit obedientiam vt vitam q̄
ipsam perdere maluerit. Ut aūt ex hoc sacri
ficio nostre obedientie suauissimum odorez
dño offeramus cum tribus eam libamini-
bus exhibeamus. ¶ A ¶ Debemus eniz
obedire velociter simpliciter efficaciter. Pri
mo dico obedire debemus velociter vt statī
audito precepto sine omni mora velociter
obediamus sicut matheus qui statim vt au
diuit. sequere me. sine mora secutus est dñz
non petiuit inducias ad seruandā pecuniaz
vel suis dñis p̄ñtandam sicut ille qui voca
tus a dño petiuit indutias vt sepeliret pa-
trem suum nec obtinuit. sed sine om̄i medio
dñm sequebatur. ⁊ ideo hec velox obedien-
tia multo erit gratior q̄ morosa sicut hi de
quibus in regula nostra dicit pater benedi
ctus. qui mox vt eis aliquid a maiore ip̄atū
fuerit ac si dīnit⁹ imp̄atū sit moram pati ne
sciunt in faciendo. de quibus dicitur in p̄s.
Populus quē cognoui ⁊c̄ vsq̄. in auditu
auris obediuit mihi Secundo debemus o
bedire simpliciter hoc est non discutere vel
diiudicare ad quod precipiatur. sed tantum
simpliciter obedire non curantes ad quid p̄
cipiatur vl̄ quid intendatur. dummodo de

uote impleatur quod precipitur a maiore hinc bern̄. Imperfecti cordis ⁊ infirme prorsus voluntatis indicium est. precepta seniorū studiosius discutere. hesitare ad singula que iniungūtur exigere de quibuslibet rōez ⁊ male suspicari de omni precepto cuius cā latuerit. nec vnq̄ obedire libenter. nisi cum audire contigerit quod forte libuerit. non actendentes ꝙ quidam iuuenis ad preceptū senioris sui ad aridum palum terre infixuz per circulum anni aquam singulis diebus infudit. ex cuius obedientie virtute frondes protulit contra naturam sicut in vitas patrum legitur euidenter. Tercio obedire debemus efficacit̄ hoc est cum effectu operis fideliter ⁊ diligenter perficere quod mandatur ⁊ quantum in nobis est semper ad hoc niti vt aliquis fructus ex iniuncto opere ꝓueniat imperanti vel ad minus vt ad imperantis voluntatem quod iniugitur expleatur de hac efficacia obediendi dicit bernar. Perfectus obediens parat aures auditui oculos visui. linguam voci manus operi pedes itineri. ⁊ sic totum se colligit vt ex toto mandatum impleat imperantis. De hac efficacia obediendi dicit Gregorius. Sicut bene obsequentes famuli dominorum suoꝝ vultibus semper intenti sunt vt ea que preceperint festine audiant ⁊ audita implere cōtendant. sic iustorum mentes per intentionem suam omnipotenti deo assistunt. atq̄ in scriptura eius quasi os eius intuentur vt quia per eam dominus loquitur om̄e quod vult tanto a voluntate eius non discrepent. quanto eam in eius eloquio agnoscunt. vnde fit vt eius verba non per eorum aures superuacue transeant. sed hec in cordibus suis figant. Secundo beatus matheus obtulit sacrificium conuiuij cum libamine largitatis sic ⁊ nos domino conuiuium cum suis libaminibus offerimus. Primo ergo dicimus de conuiuio quasi sacrificio principali. Secundo dicamus de libaminibus cum quibus conuiuij sacrificiū offeratur. Sciendū ergo ꝙ triplex est conuiuium scilicet corporale verbale. spirituale. Corporale conuiuium domino offerimus. quando pauperes propter deuz cibo corporali recreamus. Cōuiuium verbale deo offerimus quando verbo dei proximum edificamus. Conuiuium spirituale deo offerimus quando per meditationes iternas deuotiones ⁊ contemplationes deo in cordibus nostris conuiuium preparamus. De primo conuiuio dicitur Lu. xiiij. Cum facis conuiuium voca pauperes debiles et claudos et cecos et beatus eris quia non habent retribuere tibi Item p̄s. Beatus qui intelligit et cetera. De secūdo conuiuio dicit Augustinus. Refectio est que saginat animaz. que inpinguat viscera cum de diuinis scripturis cibum eloquij ꝓximis ministram⁹ Gregorius Melius est de diuinis eloquijs reficere animam semper victuram. quā cibo corporali reficere carnem iterum morituram idem. Cibus mentis est sermo dei ⁊ quasi cibus acceptus stomacho languescenti reijcitur. quando s̄mo auditus in ventre memorie non tenet̄. Scimus aūtꝙ si quis alimenta non retinet de huius vita desperatur. De tercio dicitur. Apoc. Ego sto ad hostiū ⁊ pulso. si quis apperuerit michi ianuam intrabo ⁊ cenabo cū illo ⁊ ipse mecum. Hinc bernardus. Cibus eius penitentia mea. cibus eius salus mea. cibus eius ego ipse. hec autem tria sacrificia conuiuiorum sua queq̄ debent habere libamina. Sunt autem tria vt supra dictum est libamina scilicet oleum. panis simila et vinum. offeratur ergo conuiuium pauperū cū oleo misericordie et cōpassionis. Conuiuium proximorum cum simila operationis cum enim panis sit propriuz confortare corpus similam offert qui quod docet confortat exemplo operationis. Conuiuium vero interue inspirationis (quo cum deo ⁊ ipse nobiscum reficimur) offeratur cum vino inebriationis. sicut enim vinum inebriat ⁊ mētes alienat. sic illud internum conuiuium quo cum deo ⁊ in deo epulamur mentes nostras alienat inebriat ⁊ transmutat in deuz ⁊ hec tria conuiuia cum suis libaminibus fiant in abundantia largitatis. ¶ C.

¶ Tercio offeramus deo vitam nostram cum libamine humilitatis sicut beatus matheus deo totam in humilitate obtulit vitam suā Est autem triplex vita scilicet actiua: con

templatiua ⁊ afflictiua. Activa vita secūdū bedam est primo quidem ab omni hoc seculo īmaculatum seipsum custodire. mentez manum linguam et cetera mēbra corporis ab omni inquinamento culpe continere deinde exteriorez hominem iustis insistere laboribus ac diuinis perpetuo se subiugare ministeriis. deinde etiam proximis in necessitatibus iuxta vires succurrere ac operibus misericordie fideliter insistere. Vita aūt contēplatiua vt idem Beda ait est cum quis longo bone actionis exercicio edoctus ⁊ diuine orationis dulcedine instructus creba lacrimarum compunctione assuefactus a cunctis mundi negocijs vacare ⁊ in sola dei dilectione oculum mentis infigere didicerit gaudium q̄z perpetue beatitudinis quod in futura percepturus est vita etiam in presenti ceperit ardenter desiderare ⁊ desiderando pregustare. vita vero afflictiua est tribulatō vel ꝓpter peccatorum purgationem vel boni promotionem a deo nobis inflicta. // D.

Huic triplici vite sunt tria libamina adiungenda. vt predicta triplex vita per tria libamina offeratur. Vita enim activa per fidelitatem. Vita vero contemplativa per humilitatem. vita autem afflictiua per hylaritatem tanq̄z domino offerantur. Primo dico vita activa debet fideliter dispensari vt in ea nihil intendatur. nihil queratur nisi dei gloria ⁊ vtilitas proximorum de quo dicit. Reuera fidelis es famulus si de omni gratia transeunte ex te nihil tuis manibus adhereret contingat. Secundo vita contemplativa debet humiliter ociari. vt quantūlibet in ea proficiamus non tamen nobis nisi humiliter sentiamus. oportet nanq̄z vt ait dicit. Humiliter sentire de se nitentē ad altiora. ne dum supra se attollitur cadat nisi in se firmiter per veram humilitatem fuerit solidatus quia nisi humilitatis merito maxima minime obtinentur. Tercia vita afflictiua debet inter se ⁊ deum hylariter sufferri. quod faciebat paulus cum dicebat. Superabundo gaudio in omni tribulatōe quod etiam nobis consulit Jacobus dicēs. Omne gaudium existimate fratres cum in varias incideritis temptationes. Et quia omnis vita meritoria ⁊ deo accepta in hac triplici differentia est inclusa. vt non sit vita aliqua preter illas. ideo vnusquisq̄z diligenter consideret in qua consistat coraz deo ⁊ illam cum suis propijs libaminibus offerat. ⁊ sic erit grata domio ⁊ accepta. quod sub alijs verbis in lege precipitur cū deuteroi. dicitur. Juste quod iustum est exequaris. Nam in eo quod dicit iustuz: tangit obsequium. in eo aūt q̄ dicit iuste tangit libamen quia eius valor ⁊ acceptabilitas consistit in libamine. ⁊ hoc est q̄ alijs verbis dicitur q̄ plus meremur aduerbijs quā nominibus cui consonat Gregorius dicēs. Cor ⁊ non substantiam pensat deus. nec perpendit quantum in eius sacrificio sed ex quanto offeratur. Ac si dicat. Non considerat deus quid offeratur sed cum quali libamine presentetur. hec ergo sunt sacrificia que cum suis libaminibus oblata suauissimum odorem sicut in lege dicitur dabunt deo. Unde numeri. xxviij. enumeratis holocaustis subiungitur. ⁊ erit in odorem suauissimum domino qui surget de holocaustis ⁊ de oblationibus singulorum multo magis de his que hic dicta sunt que sunt veritas predictorum surgit odor suauissimus domino. Dō nobis.

LXXXVII.

De sancto nibabel.

Habeto formaz nostram Philippen. tercio. E. Cum secundum Gregorium ruina angelorum per beatos homines debeat restaurari dignum est ⁊ consonum rationi vt qui ad eorum consortia sūt vocati. ipsorum mores ⁊ virtutes discāt quātum possibile est in regione dissimilitudinis imitari. propter quod verbum propositum ex persona angelorum nobis proponitur. ac si dicere videantur. Si iuxta vocationem vestram societatem nostram peruenire cupitis. discite iaz in terris quomodo nobiscum in celis viuere debeatis. Propter quod sciendum q̄ angeli dei quatuor habēt exercicia formam sui status in celo exprimē

tia scilicet inter se. infra se. extra se. supra se. Si ergo ad ipsorum exhortationem per formam eorum vitam nostram vestire cupimus ipsos in hac forma quadruplici imitemur. Habent autem angeli sancti intra se tria bona scilicet puritatem: simplicitatem: inconuertibilitatē que tria anteomnia acquiram? Nam de ipsorum puritate dicit Damasce. Angeli sunt quedam lumina transparentia ex primo lumine lumen habentia. nec lingua nec auribus indigentia: sine sermone voluntates suas sibi mutuo exprimentia. De secundo dicit augusti. Angelus quia spiritus est simplex ē & tanto simplicior quanto ab omni corpulenta materia remotior. De bis duobus dicit dyonisius. Essentia angelorum est simplex & pura. Tercium patet ex secundo. Quod enim simplex ē quocūq; se conuertit totaliter se conuertit. Unde augustinus dicit. q̄ natura spiritualis tantuz semel vertibilis est nisi ex vnione vnius cū alio. sicut patet in anima que quamdiu est in corpore potest mutari & conuerti de bono in malum & econuerso: soluta vero non. Si ergo volumus angelos imitari induendo formam ipsorum oportet nos predicta tria in nobis hoc est in vita nostra plantare. Primo ergo plantemus in nobis puritatem ad quā duo sunt necessaria scilicet penitentia & resistentia. Penitentia q̄ quam commissa exhauriamus. Resistentia q̄ quā cōmittenda caueamus. Nam de primo dicitur Leui. xvi. In hac die ab omnibus peccatis vestris mundabimini scilicet per penitentiam. Notabiliter autem di. in hac die qua peccastis. quia nulla mora nobis conceditur in peccatis. Hinc prouerbio. secūdo. Non sapiens exhauriet illud scilicet peccatum quia vt ait Apostolus. modicum fermentum totam massam corrumpit. De secunda scilicet resistentia. iij. Re. iij. dicit. Cunctos fontes aquarum obturabitis scz per resistentiam. sensus nostros fontes vocans per quos tanquam per fontes sordes malarum affectionum in sentinā conscientie nostre fluunt. ¶ Secundo plantemus in nobis simplicitatez vt etiam in hoc scis angelis conformemur quam tunc consequimur si omnes sensus nostros exteriores. omnes affectiones interiores. et omne quod sumus sine plica retardante ad dominum conuertamus vt omnia que per qualemcunq; noticiam sensuum vel affectionū nobis obiciuntur simplici intuitu discernamus & in bonum accipiamus vnde augus. Anima simplex obtractare non nouit. nesciens inuidere suo contentus aliena non querit & si egeat diues tamen sibi videtur. & iō omnis anima simplex benedicta est. Tercio plantemus cum angelis in nobis inconuertibilitatem hoc est vt nunquam ad momentum propter alicuius rei appetitum a domino auertamur. sed continuo & sine omni medio semper domino adhereamus & nunquā peccatum mortale per quod auertimur cōmittamus. De qua adhesione dicit Augustinus. A deo non auertimur si eius mandata non respuimus ipsum non obliuiscamur nec voluptatibus indulgemus idem. Qui adhereat domino renunciet mundo posteriora obliuiscitur. ad priora se extendit vt perueniat ad brauium quod est insigne victorie. et hi sunt de quibus dicitur q̄ dies pleni inuenientur in eis qui nunquam ad momentum a domino recesserunt ¶ G. Secundo angeli sancti tria inferioribus exhibent scilicet compassionem exhortationem. promotionem. Nam de primo dicitur Esa. Angeli pacis amare flebunt. de secundo dicit bernardus. Angelus in omni loco sedulus pedissequus anime non cessat solicitare eam & assiduis suggestionibus commonere. De tercio iterum bernar. Discurrunt angeli medij inter nos & deum fidelissime portantes nostros gemitus ad deum et illius nobis gratiam deuotissime reportantes. Nos igitur cupientes angelos imitari predicta tria scilicet compassionem. exhortationem. promotionem. cordis. oris & operis nostris inferioribus exhibeamus. Inferiores autem nostros dicimus non conditione nature' sed qui minus habentes nostro indigent auxilio vel fauore. Primo ergo nostris inferioribus exhibeamus cordis compassionem omnes eorum molestias paupertates & miserias tanquam proprijs con

dolentes hoc debitum exhibuit pauperibus iob cum dicebat. Compatiebat anima mea pauperi. Nec minus apostolus. qui dicebat Quis infirmatur & ego non infirmor. quis scandalizatur & ego non vror. Et iterū Fratres quotidie mordor pro gloria vestra & iterū Lugebam multos ex his qui ante peccaverunt & non egerunt penitentiaz super impuricitijs quas gesserunt. Hunc affectum cōpassionis prefert verū. aliis devotionū generibus di. Vulte miserie collecte atq; oculo pietatis inspecte. ipse sunt species ex quibus vngenta optima componuntur. dicunt aūt ideo optima. quia omniū passionuz merita faciūt sua. nec īmerito quia sepe cōtingit vt compassio compatientez plus torqueat quā passio patientem. Clerus quia cordis compassio si in opus potuerit non procedit minus habere conuincitur. ideo post illam cōpassionem sequatur oris exhortatio. vt eis quibus compatimur exhortationis verba fideliter exhibeamus. ¶ ℌ ¶ Secundo ergo his qui vel ignorantia vel simplicitate inferiores nobis sunt. exhortationis beneficium vt in melius proficiant impendamus exhortantes singulos vt pro qualitate statꝰ sui in melius proficiant peccatores vt resipiscant. bonos vt proficiant. tribulatos vt viriliter sufferant imitantes thobiam de quo dicitur Thobie. i. Pergebat thobias per omnes qui erant in captiuitate & monita salutis eis dabat. vt de vobis dici valeat illdō ij Matth. xv. Singulos armauit non clipei vel baste munitione. sed sermonibus optimis & exhortatione Grego. vnusquisq; nostrum si inquantum sufficit a prauitate proximum reuocat si exhortari ad bene viuendum curat. si eternum regnum vel supplicium erranti denunciat cum verba sancte denunciationis impendit profecto angelus existit. Clerum quia dicit ioban. Filioli mei. non diligamus verbo nec lingua tantum sz opere & veritate. ideo vt de contingentibus nihil penitus obmittamus de verbis ad opera procedamus. Tercio ergo nostris inferioribus impendamus operis exhibitionez adiuuantes eos consilio & auxilio & in omnibus quibus possumus eos promouere. Nunc eis victualia ministrantes a periculis munientes. a tyrannorum potestatibus defensantes apud deum per eis intercedētes & in omnibus quibus possumus misericorditer adiuuantes. ante omnia opera misericordie secundum singulorum indigentiam misericorditer eis exhibentes. q̄ sunt pascere esurientem. potare sitientem vestire algentē hospitare peregrinantem. visitare languescētem consolari in carcere existentem. sepelire morientem. que tanguntur Esa. lviij. vbi dicitur Frange esuri. pa. tu. apertius autem Mat. xxv. breuiter autem tanguntur in hoc versu Visito poto cibo redimo tego colligo condo. Visito languentem. poto sitientem cibo esurientem. redimo in carcere iacentem tego algentem. colligo exulantez. condo morientem. ¶ J, ¶ Tercio angeli sancti tria exercicia mutuo sibi exhibent inter se. Viuunt enim inter se ordinaliter socialiter & humiliter. Primo dico viuūt inter se ordinaliter quia vnusquisq; in suo ordine & officio perpetuo perseverat ab illo ad momentum temporis non recedentes. vnde Dyon. ait. Non est phas vt quis operari presumat qd̄ ad suum ordinem vel officium non spectat. Secundo viuunt socialiter hoc est amicabiliter & pacifice ita vt qui preest non superbiat & qui subest non invideat. Tercio viuunt humiliter. quia inferiores obediunt superioribus sine rancore & superiores precipiunt inferioribus sine fastu sed in amore. Si ergo cupimus in eorum consortio deputari in predictis tribus ipsos devotissime imitemur. Primo ergo studeamus viuere ordinaliter summo conamine ad hoc laborantes vt in eum statum & ordinem quo creati fuimus reuertamur. sic autem creati fuimus vt mediū statum tenentes omni creature dominemur. omia sub pedibus conculcantes & solum deum supra nos veneremur nam de primo dicitur in ps. Omnia subiecisti sub pe. ꝛc. de. ij. Mat. iiij. Dominum deum tuum adorabis & illi soli servies. ordini nostro tam solicite adherentes vt nullum d̄ proximis nostris in suo ordine perturbem? sed personam res honorem & famam & omnia que eius sunt nunquā in offensam eius

contingamus ne maledictionem domini in
curramus deutero. xxviij. vbi dicitur Vale
dictus qui transfert terminos proximi sui.
Item tunc etiam ordinaliter viuimus. si
vnusquisq; statum & ordinem in quo voca
tus est seruat & custodiat fideliter non decli
nans ad dextram nec sinistram vt qui in ma
trimonio vocatus est. custodiat legem ma
trimonij. & qui in religione viuit custodiat
regulam voti sui & sic de reliquis. que fideli
ter conseruata cauent omni proximo ab of
fensa. vnde. i. Cor. vij. Vnusquisq; in quo
vocatus est in eo permaneat apud deum.
Secundo studeamus viuere socialiter. vt
omni proximo nos exhibeamus ad obsequē
dum in caritate & fide non ficta conforman
tes nos in bono studijs singulorum. non vt
eis placeamus sed vt eos in bonum traha
mus. & vt cum eis pacem habeamus. Nam
de primo di. apostolus. i. Cor. ix. Cum liber
essem ex omnibus omniū me seruum feci: vt
omnes lucrifacerez. & factus sum iudeis iu
deus & his qui sub lege sunt tanquam sub
lege essez. omnibus omnia factus sū vt omnes
facerem saluos. de secundo autem di. berñ.
Sunt plurima que angelis sanctis in nobis
placent & que in nobis inuenire delectant.
vt est sobrietas castitas creber gemitus et
orationes cum lacrimis. attamen super om
nia hec vnitatem & pacem a nobis exigunt
angeli pacis vt nihil eque offendit & ad in
dignationem prouocat angelos quomodo
faciunt dissensiones & scandala. ¶. Ter
Tercio sicut angeli humiliter incedamus
inferiores nobis preferentes. equales vene
rantes superioribus humiliter obedientes
omnibus nos postponentes. de his tribus
scilicet ordinaliter socialiter humiliter dicit
berñ. Arbitror q̄ qui in congregatione es
bene viuis si ordinaliter socialiter humiliter
viuis. Ordinaliter vt in omni conuersati
one studeas solicite obseruare vias tuas in
spectu dei & proximi. tibi cauens a peccato
proximo a scandalo. Socialiter vt studeas
amari & amare portare infirmitates omniū
a nemine portari. omnibus te exhiberi affa
bilem & tractabilem & obsequiosum & vir
tuosum ad omnes vt oculi omnium sint in
te. demonstrantes te digito & dicentes. hic
est fratrum amator & populi israel. Humi
liter vt cum fecerimus omnia spiritum va
nitatis exufflare studeamus. dicentes nos
iuxta consilium domini seruos inutiles. q̄d
debuimus fecimus nil addentes. hoc enim
gratum est valde domino. & sicut grati sic ra
ri dicente berñ. Magna & rara virtus est.
vt magna licet operantem magnum te nesci
as & manifestam omnibus tuam te solum
latere sanctitatem. hoc ego ipsis virtutibus
mirabilius iudico. et ideo talis humilitas
que cum magnis operibus conseruatur mi
rabiliter placet deo & facilime impetrat cu
mulum gratiarum dicit enim berñ. In ve
ritate compi nil eque efficax ad gratiam p
merendam conseruandam & recuperandaz
quā si omni tempore inueniaris non altum
sapere sed timere. vnde iero. Nihil ē quod
nos ita deo & hominibus gratum faciat q̄z
si vite merito magni & humilitate simus
infimi. quia vt ait grego. perditur omne q̄d
agitur si non humilitate custoditur Quar
tum vero membrum angelorum scilicet de
exercicio quod sup̄a se habent. quia sermo
in longū ductus est. in sermonem alium re
seruemus loquentes tunc quod deus dede
rit.

LXXXVIII

De eodem sermo secundus.

Angeli eorum semper vident faciem patris.
Mat. xviij. ¶ L Dicit ber.
Angelorum est triplex funiculus quo de ex
celso celorum habitaculo ad consolandos
visitandos & adiuuandos nos attrahitur su
pereminens caritas angelorum scilicet pro
pter deum. propter seipsos. p̄pter nos Pro
pter deum cuius tanta erga nos mīe visce
ra ipsi vt dignum est imitantur cupientes
impleri eius quem ipi sup̄a se vident de no
bis desiderium & voluntatem. Propter nos
in quibus p̄opriam solicitudinem miserā
tur. Propter seipsos quorum ordines instau
randos ex nobis tanto desiderio prestolan
tur. que cum ita sint pensate quanta nobis
solicitudine opus sit. vt dignos nos eorum
presentia exhibeamus. In verbis ergo pro

positis predicte quatuor consideratōnes q̄
in priori sermone posite sunt tangūtur. Pri
mo enim ea que in seipsis habent tangunt.
secundo ea in quibus sibi mutuo obsecun/
tur. tercio ea in quibus ad nos inferiores di
sponuntur. quarto quomodo supra se ad de
um rapiuntur. Primum ibi angeli. secundū
iterū ibi angeli. secūdū q̄ plālis est numeri
tercium ibi eorum scilicet hoīm qui nos su
mus. quartum ibi semper vident faciē prīs
Expeditis ergo in priori sermone de tribus
considerationibus scilicet in se inter se ⁊ ad
inferiores. Nunc dicendum restat de quar/
ta consideratione. ſm q̄ꝫ supra se ad dn̄m re
feruntur. ¶ Q. Sunt aūt tria que sup̄
se ad deum exercent scꝫ contēplationem di/
lectionem: laudationem. que deo exhibent
incessanter. Primo dico q̄ angeli dei deum
sine medio facie ad faciem contemplantur
quod in themate proposito euidenter innuit̄
cum dicitur. angeli eorum scilicet hoīm sēp
vi. fa. p. Illud enim videre non est aliud ni
si facie ad faciem contemplari. in qua contē
platōe vident quō ⁊ in quibus dī debeāt exe
qui voluntatem. nec minus contemplātur
deum cum in mīsterium nostrū mittuntur
qꝛ vt ait gre. quocunq̄ꝫ mittuntur intra deū
currere perhibentur. Secundo ad deū hn̄t
feruentem dilectionem. qꝛ quanto deū lim/
pidius cognoscunt tanto āplius ip̄m amāt
dicit enim augusti. q̄ dilectio ex cognitione
ortum trahit. talis enim ⁊ tanta dulcedo est
deus q̄ non pōt non diligi. ⁊ ideo tanto sin/
cerius deum diligūt angeli dei. quanto am
plius hūc cognoscunt. Tercio angeli dei de
um laudant incessanter. De q̄ laude dicit̄
Esa. vi. Clamant angeli sanct⁹ sanct⁹ sāct⁹
dn̄s deus exercituum. plena est maiestate
eius omnis terra. hinc est q̄ etiā sponsa xp̄i
ecclesia huius laudis cupida optat deū cuꝫ
angelis collaudare dicens. Maiestatem tu
am laudant angeli. adorant dn̄ationes tre
munt ptātes. celi celoꝝq̄ꝫ virtutes ac beata
seraphin socia exultatione concelebrant. cū
quibus ⁊ nostras voces vt admitti iubeas
deprecamur supplici confessione dicentes sā
ctus sanctus sanct⁹ ⁊c̄. Si ergo cupimus
in angelorum consortio deputari. studeam⁹
in his que sup̄ se deo exhibent imitari. Pri
mo discamus deum cum angelis contēpla
ri. quod si tam clare fieri non poterit (q̄ppe
quia in huius pegrinationis exilio videmus
per speculum ⁊ in enigmate ip̄i aūt facie ad
faciem) ipsos tn̄ qualitercunq̄ꝫ possumus ⁊
prout in via est possibile imitemur ¶ N.
¶ Propter quod sciendum q̄ delectabilis vi
sio surgit ex triplici appatu. scilicet ex oculo
rum sanitate. medij claritate. obiecti amabi
litate. Primum fit per cordis mundiciam.
ſm p adiuuantē gratiam. terciū per admi/
rationis flagrantiam. Primum ergo fit p
oculorum sanitatem Propter q̄ sciendum
q̄ ſm bern̄. duos oculos hꝫ anima. vnū q̄ i
telligit ſm quo diligit. hoc est intellectum ⁊
affectum qui duo alijs nominibus dici pn̄t
cognitio ⁊ deuotio. Videt̄ ergo a cōtēplato
ribus deus oculo vtroq̄ꝫ. sed ab altero vul/
neratur qꝛ vbi intelectus caligat. affectus
penetrat. ⁊ vbi ille repellitur iste admittitur
quippe pscrutari phibemur dei archāa intel
lectu dicēte eccl. Altiora te ne quesieris ⁊ ma
iora te ne scrutatus fueris. ⁊ ap⁹ iubet n̄ pl⁹
sape q̄ꝫ ōꝫ. oculo aūt deuotōis seu dilectōis
iubemur accedere. p̄s. Vacate ⁊ videte qm̄
ego sum deus. itē. Accedite ad eum ⁊ illūia
mini. Sed etiā amare plus q̄ꝫ possumus iu
bemur dicente bern̄. Modus diligendi deū
est sine modo. Hi ergo duo oculi sanandi
sunt. si cum eis deum volumus contempla
ri. qui tunc ad familiaritatem redeunt si per
deuota exercicia intellectus illuminat̄ ⁊ affe
ctus inflāmatur. Sic em̄ primis parentib⁹
dati sunt vt intellectus illuminatus cogno/
sceret deū. ⁊ affectus inflāmatus cognitum
amaret. Sed intellectus cecus factus ē per
pctm̄ ⁊ affectus fedus. a quibus cum sanan
tur erunt instrumenta nobilia ad dn̄m con
templandum. Intellectus sanatus lucidā
hꝫ intelligentiam de deo ⁊ de his q̄ue ad de
um sunt. vt est intellellectus sacre scripture
⁊ rationes fidei ⁊ opa dei intelligere ⁊c̄. Af/
fectus aūt inflāmatus desiderat dei benepla
citū ⁊ oīa que eis sunt. vn̄ cum hi duo oculi
ad talem sanitatem perueniunt deum facili
ter contemplantur. Secundū ad contēpla
tionem adiuuans consistit in medij claritas

te. hoc aūt medium est gratia adiuuans tra
hens ⁊ promouens contēplantem. hīc gre.
Dum nos gratia superni respectus illumīat
cuncta etiam mentis nostre nobis abscōsa
manifestat Ad hoc enim sanctispiritus grā
terreni menti infunditur vt ad intellectum
sui conditoris erigatur. hinc bern̄. Sic̄ nos
spiritussancti graria erigit quadam fiducia
ita deum inclinat ad nos sua misericordia.
hoc ergo medium qđ est gratia quanto est
clarius tanto nos efficacius ad deum trahit
Tercium adiuuans ad delectabilem contē
plationem consistit in obiecti amabilitate.
Si enim id quod contemplandum ē esset
odiosum. cito visus auerteret se ab eo. ⁊ qꝛ
nihil est adeo amabile sicut deus. ideo obie
ctum diuinum ad contēplationem maxime
cooꝑatur. Illud enim obiectum quod est de
us contēplanti propter suam amabilitatez
delectabilem dat saporem. qui sapor contē
plantem violenter rapit in admirationem
etiam in quacunqꝫ facie dn̄m contemplem̄
Habet enim deus faciē humanitatis ⁊ faci
em diuinitatis ⁊ vtraqꝫ facies vt ait illa he
ster. plena est gratiarum propter quod deꝰ
vnicuiqꝫ contemplanti ipsum exhibet faciē
suam in eo sapore prout scit maxime compe
tere contemplanti. hinc bern̄. Videtur a q̄li
bet amante deus prout amat ab alio quidē
sic. ab alio vero sic pro uarietate affe ctuum
quibus feruntur in deum. Alij em̄ ad d̄ini
tatis archana feruentius inhyant. Aly aūt
humilitatis ⁊ humanitatis misteria secreti
us admirantur contemplantes altissimum
consilium dei super salute humani generis
totum tamen tutum est quod oculus intue
tur amoris. qui solus nunc videt ad meri
tum quandoqꝫ visurus ad premium. hoc p̄
dictis adijcientes vt sicut angeli deum sem
per contemplantur etiam cum ad exteriora
mittuntur. sic ⁊ nos a contemplatione nun
quam taliter recedamus. etiam cū ad exteri
ora agenda in actiua vita nos recipimus.
sed tunc ꝑ inferiorem partem. i. per cogitati
onem dominum contemplemur. Sic enim
di. bern̄. Serius animus ad omnem se tem
porat laborem. nec in eo dissoluitur. sed per
eum magis in semetipsum colligitur. qui
semper pre oculis habet. nō tm̄ id quod agit.
sed quo agendo intendit. hinc deuteron̄. d̄r
Caue ne vnqꝫ obliuiscaris domini dei tui.
O ¶ Secunduz exercitium quod supra
se ad deum habent angeli dei consistit in di
lectione qua semper in deo diuino igne fer
uent ⁊ feruendo ardent. in cuius amore ⁊ a
moris feruore deo in nobis qui inferiores
sumus delectabiliter obsequuntur. Sic et
nos imitemur angelos feruentissime deum
diligentes. vt non simus contenti illa dile
ctione que prohibet nos peccare. nec illa que
iubet bona operari. sed inhyamus ad illam
que in cordibus nostris feruens ⁊ ebuliens
omne impuruz euomat ⁊ in deum nos trās
ferat. ita vt omne quod non est deus non
solum sit nobis abominabile. sed penitus
alienum. sic enim dicitur Esa. In igne zeli
mei deuorabitur omnis terra id est terreni
tas. ⁊ solum relinquitur flamma dei. Item
iob. xxxix. Feruens sorbet terram. quia in ta
li caritate nihil relinquitur quod sit carne
um vel terrenum sed omne quod sentitur ē
diuinum. non ergo ad quamcunqꝫ sed tan
tum ad angelorum caritatem tenemur. per
quam non solum adherent deo. sed ⁊ fruun
tur. Ipsa est enim de qua dicit Bernardꝰ.
Magna caritas ad deuz ē adhesio ⁊ frui tō
quia vnus cum deo spiritus efficimur quaz
qui habet non solum vult ꝙ deus vult sz in
affectu perfectus est. vt non possit velle ni
si quod deus vult. quod est et proprie pro
prium angelorum. Nec mirum si in hoc af
fectu similes sumus angelis. quia etiam si
miles sumus deo. nec solum hoc sed quid
dam amplius quod non audeo dicere sed
ausus est scribere qui dicebat Bernardus.
quicquid est patris ⁊ filij in sūma illa vnita
te sic est vnitas. suauitas. bonū. osculū. āple
xꝰ. ⁊ si qđ ē cōe āboꝝ. hoc hoī suo mō fit ad de
um qđ ꝯsubstātiali filio ē ad prēm ⁊ prī ad
filiū in qua beata conscia ⁊ si meretur fieri
homo dei non deus. sed tn̄ quod deus est. qꝛ
quod deus ex natura hoc hō ex gratia fit.
P ¶ Ad hanc ergo angelorum caritatem.
si quis conari desiderat in tribus viriliter ex
ercebit. scilicet in oīm delectabilium subtra
ctione. bonoꝝ operum multiplicatione. d̄ini

voluntatis conformatione. hec enim tria ca/
dunt in angeloꝝ caritatez. Prio dico ōz vt
omnia nobis delectabilia subtrahamꝰ. vñ
greg. Si quodlibet quod ꝑm carnem dele/
ctat abscindimus mox in deo quod delectat
inuenimus. nihil ergo delectet nos in infi/
mis. qui summā delectationem cupimus in
celis. si ergo bonum diligitur mens in bo/
nis melioribus id est in celestibus delectet.
Itē bern. Justū est vt quos presentia nō de
lectant. presto sit eis memoria futuroꝝ. Vñ
de his qui non proficiunt apud deum cām
ponit di. Amant enim in carne sua terrenas
consolatiunculas. siue in verbo siue in signo
siue in facto. ⁊ si hec interrumpunt aliquan
do non tñ penitus rumpunt inde est ꝙ raro
affectiones suas erigunt in deum huius rei
cām designat greg. di. Anima sine delectati/
one esse non poterit. aut em̄ delectabitur in
infimis ⁊ caret supremis. aut in summis et
contemnit infima. Secundum consistit in
diuine voluntatis cōformatione. sic em̄ an/
geli diligunt vt semper velint quod deꝰ. sic
⁊ nos tam in ꝓsperis quā in aduersis ex ple
no affectu sp̄ velimus quod deus. quod fi/
lius dei nobis proponit in seipso qui etiā in
passione sua voluntatem suam scindere no/
luit a patre dicēs post oratōz. Verꝝ tñ non
mea volūtas fiat sed tua. ꝓpter quod p̄s di.
Doce me facere volūtatē tuā. qꝛ deus meus
es tu. si em̄ deo hic in volito cōformam̄. in ce
lo sibi in glorificatione assilamur. Terciū cō
sistit in bonoꝝ opm multiplicatione. quorū
cumulū quāto maiorē facimus. tāto ignis
caritatis crassius et violentius inardescit.
Impossibile est em̄ vt opa que in caritate fi
unt. caritatē etiā non augmentēt. sic granū
semis germiat herbā ⁊ eadē herba idē granū
ī spē reuiuificat cū augmēto qd̄ gen̄. i. dr̄ Ee
ce dedi vobis om̄z herbā afferentē semē sup̄
terrā. que hz in semetipsa sementē sui gene/
ris. qd̄ exponeus ber. di. Cū desideria bona
concipimus semen in terrā mittimus. cum
vero opera recta producimus herba sumus
cum aūt ad ꝑfectum boni operis crescimus
ad spicam ꝑuenimus. cum aūt in ꝑfectiōe
eiusdem operis solidamur. iam plenū fru/
mentum in spica ꝓferimus. ¶ Terci

um quod hñt angeli supra se ad deum con
sistit in alacri laudatione. semp̄ em̄ ⁊ sine in
termissione deuz laudant sicut supra lucide
est ostensum. sic et nos deum continue col/
laudemus quam laudem tunc veraciter of/
ferimus si omnia que agimus in laudem do
mini ordinamus quod apostolus monet di
cens. Omnia que facitis siue in verbo siue
in facto. omnia in laudem domini faciatis.
Hic per p̄s. dicit dominus. Sacrificiū lau
dis honorificauit me. Verum quia laus an
gelorum veraciter est mentalis ⁊ spiritualis
ideo tunc in laudando deum maxime ange
los imitamur. quādo pre nimio affectu lau
dis obmutescimus non inuenientes verba
que affectui sufficiant vel que valeant in ali
quo respondere. talis enim laus est maxima
⁊ laudi angelorum maxime correspondet.
Unde grego. super illo verbo p̄s. Laudate
dominum ꝑm multitudinem magnitudinis
eius di. Diuine magnitudinis facta tūc ve
rius explenius. cuz hic nos explere nō posse
cognoscimus tunc facundius loquimur cū
ab his obstupescendo obmutescimus. Ille
ergo deum ꝑm multitudinē magnitudinis
maxīe laudat. qui se succumbere in eius lau
dis expletōe cōsid̄at. in his ḡ tribus. s. contē
platōe dilectōe laudatōe. si angelos imitabi
mur ad eoꝝ vtiqꝫ ꝯsortium veniemus nos
illuc ꝑducente iesu xp̄o. LXXXIX

De eodem sermo tercius.

Erunt quasi an
geli dei in celis. Mat. xxij. Di.
gre. qꝛ sup̄na ciuitas ex angelis
⁊ hoīb ꝯsistit. dēmus ⁊ nos aliq̄d ex illis
distinctōib sup̄noꝝ ciuiū ad vsū nr̄e ꝯuer/
satōis trahere. nosipsosqꝫ ad incremēta vir
tutū bonis studijs inflāmare. vt ⁊ ipsi hoīes
q̄ ad celestē patriā redeūt ex eis agmib ali
q̄d illuc reuertētes imitentur. Distīcte nāqꝫ
conuersationes hominum singuloꝝ agmi/
num ordinibus congruunt ⁊ in eorum soꝝ
tem ꝑ conuersationis similitudinē deputāt.
Cū ḡ verbū tā ꝓpositi thēatis q̄ sn̄ia greg.
hoc promitat ī munere. vt homines licet vi
les vermiculi vtpote de terra cum vermib
procreati in angelorum debeant consorti/

De sco michaele

um deputari. ita sane vt secundum q̄ plus vel minus habent in meritis supra vel infra ad meritorum comparationem cum angelis collocentur. ideo cum summa diligentia laborandum est ⁊ laborando conandum. qui quibus ad quos perueniant. hoc est qui homines. quibus exercicijs ad quos angelos sint venturi. cum enim premia meritis correspondeant (iuxta illud mat. vij. eadem mēsura qua mensi fueritis remetietur vobis. ⁊ iuxta illud Apo. Nolite errare deus non irridetur. Que enim seminauerit homo hec ⁊ metet) certum est ⁊ indubitata veritas fidei christiane tenet. vt infimi in meritis cū infimis in celo. mediocres cum medijs. ⁊ supremi cum supremis angelis ordinentur hec ergo per ordinem prosequentes ¶ R.

¶ Primo videamus qui ad infimum ordinem hoc est ad angelos collocentur. ⁊ sūt qui cum infimis ⁊ minimis meritis transeunt de hac vita. Illi autem habent minima merita qui ex se nihil habentes solum in christi meritis assumuntur. non q̄ in se sint minima sed quia de suo nihil penitus addiderunt. quorum duo sunt genera scilicet paruulorum in baptismate decedentium. ⁊ peccatorum per finalem penitentiam conuertentium qui cum nihil de suo penitus posuerunt. ad infimum ordinem hoc est ad angelos assumuntur. Ipsi enim sunt qui minima nunciant hoc est nunciant a deo minima se habere. de his di. greg. Sunt plerique qui parua capiunt. sed tamen hec eadem p̄ua pie annunciare non desistunt Isti itaq̄ ad angelorum numerum currunt qui in baptismali innocentia ⁊ in finali penitentia solum decedunt. vt ex necessitatis articulo prepediti nec confessionem nec satisfactionem aliquam addiderunt. hi quia infimi sunt in meritis ad locum infimum hoc est ad angelos deputantur Non enim negamus eis veniam quantumcunq̄ sero peniteant di. augu. Nulla penitentia potest esse nimis sera dū modo sit vera. ⁊ ideo ex tali penitentia concedimus eis apertionem regni. sed quia nudi sunt proprijs meritis exigente iusticia in locis infimis collocantur. Secūdo sunt nonnulli qui super predictam cordis contritionem addunt fidelissimam oris confessionem purissime se de omnibus cōmissis accusantes. et ipsam confessionem cum debitis circumstantijs in sacerdotis audientiā fideliter proponentes ⁊ nihil ex omnibꝰ cōtingentibus obmittentes. Talis enim confessio statim vt ab ore progreditur. oīm impetrat veniam peccatorum di. greg. Confessionem nostram ex puro corde desiderat deꝰ ⁊ cuncta que deliquimus relaxat deus. Isti ergo inter archangelorum numerum deputantur Cum enim primi ex sola cordis contritione inter angelos assumuntur. merito isti qui plus ponunt superaddentes confessionem altius id est in archangelorum ordinem assumuntur. Sed diceret aliquis. Cum angelorum nomen officij sit non nature. vt tunc primum secundum gre. angeli dicantur quando mittuntur. qua ratione ista duo genera hominum angelis ⁊ archangelis associantur cum nihil videntur hominibus nunciare. Ad quod dicendum. q̄ lꝫ hominibus nihil nuncient deo tamen p̄ cordis contritionem ⁊ eius vicario per fidelez confessionem nunciant pacem. ⁊ quia archangelorum secundum greg. propriū est magna nunciare. isti secūdi merito inter eos collocantur quia magna nunciant. quia reuera maxima est ⁊ maxima nunciant qui feda sua denunciant confessori di. enim gregoriꝰ q̄ in plerisq̄ verecundis hominibus maioris est certaminis feda confitendo detegere quā eadem non cōmittere. Tercio secundū gregor. sunt virtutes. qui ideo sic dicuntur quia per eos signa ⁊ miracula fiunt. Ad horum ergo societatem illi homines merito assumuntur qui strennue ⁊ viriliter predictis duobus videlicet contritioni ⁊ confessioni satisfactōz adiungunt debitā ⁊ condignā qd̄ lu. iij. baptista mōuit di. Facite dignos pnīe fructꝰ qd̄ exponēs greg. di. p̄ hoc q̄ di. facite dignos pnīe fructꝰ vniuscuiꝰq̄ ꝯscīa ꝯuenit vt tāto maiora q̄rat bonoꝝ op̄m luc̄ p̄ pnīaz quanto grauiora sibi intulit dāna p̄ culpam tam viriliter satisfacientes vt cōmissis malis in numero in pondere ⁊ mensura remetiamur Nam de numero dicitur iob. Luet omnia que fecit. de pondere vero dicit Exo

iij. Equalis ponderis erunt omnia. de men
sura autem dicitur deuteroñ. Pro mensu/
ra peccati erit modus plagarum. et quia ta
lis satisfactio hic descripta maximam habz
difficultatem ⁊ virili indiget fortitudine.
ideo qui taliter satisfaciunt ⁊ tam viriliter
se exercent. merito virtutibus apponuntur
Non enim accipitur hic virtus prout ē ha
bitus mentis sed pro virili animositate. et
ideo qui strennue viriliter ⁊ efficaciter satis
faciunt virtuosi sunt id est animosi. ⁊ idcirco
virtutibus sociantur. nam ipse virtutes an
gelice non ex habitu mentis sed ex perfecta
completione agendorum suorum taliter sūt
vocati. Et notandum ꝙ isti tres ordines in
vnam ierarchiam id est in infimam coeunt
quia ⁊ homines qui in has tres ordines ve
niunt vnam completam penitentiam perfi
ciunt ⁊ perfectam. ¶ S ¶ Quarto loco et
ordine secundum greg. ponuntur potestates
ad quos illi assumuntur. qui post predicta
exercicia contritionis. confessionis ⁊ satisfa/
ctōnis. per que peccata omnia sunt deleta in
artissimis se constringunt induentes vitaz
asperam ⁊ austeram ⁊ per fortissimam resi
stentiam carni mundo ⁊ dyabolo ne iteruz
illabantur penitenda. fortiter se opponunt.
dicentes illud cant. v. Laui pedes meos q̄/
modo iterum inquinabo eos. exui tunicaz
meam quomodo reinduar illa. omnem er/
go carnis consolationem mundi delectatio
nem dyaboli porsuasionem fortiter refugi/
unt ⁊ eorum opposita scilicet penalitatē pau
pertatem ⁊ humilitatem potenter assumunt
merito ad potestatum ordinem assumunt.
nisi enim malis fortissime resisteremus. ci/
to nos predicta tria per impugnationē tra
herent ad peccata dicente domino deutero.
Si volueritis interficere habitatores terre
qui remanserint. erunt vobis quasi claui in
oculis ⁊ lancee in lateribus. Adhuc enim
post peccatorum remissionem permittuntur
in nobis reliquie eorū scilicet vitia vt in eis
exerceamur dicente dño iudicū. Non dele/
bo hostes tuos anno vno vt in ipsis experi/
ar israel vtrum custodiunt mandata mea.
He sunt gentes quas dominus dereliquit
vt erudiret in eis isrl'ez. ⁊ postea discerent fi
lij eorum certare cuz hostibus. ⁊ ideo nisi eis
dem reliquijs fortissime resistamus erūt no
uissima peiora prioribus ⁊ hoc est quod hor
tatur nos dominus mar. Contendite intra
re per angustam portam: arta enim est via
que ducit ad vitam. hinc ap⁹ ephe. v. Vide
te quomodo caute ambuletis. Cur hoc? qz
vt ait ber. tres hostes habemus precipuos
precipitium suadentes. carnem mundum
⁊ dyabolum ex quibus duo si aliquando in
termittunt nunq̄z tamen penitus dimittūt
tercius autem dyabolus vicz ita inexorabili
aduersum nos odio cōiurauit. vt nunq̄z ab
eo indutias ad vnius ictum oculi extorque
re valeamus ⁊ subiungit. Proinde vigilā
dum ⁊ somnus ab oculis auferendus est.
quia latrones frequenter obsident iter nr̄m
toxicatis missilibus formidandi nullum pr
sus intemptatum trāsientes. ¶ T ¶ His
ergo tribus hostibus est tripliciter resisten/
dum secundum ꝙ nos diuersimode aggre/
diuntur scilicet per abstinentiam. patientiā
diligentiā. Primo dico ꝙ caro impugnat
per concupiscentias ⁊ carnalia desideria. sp
enim appetit voluptari. ociari. delectari. in
crassari impiguari. cui per omniū istorum
abstinentiam potenter ⁊ viriliter resistam⁹.
nihil ex omnibus his admittentes nisi qd
ad seruiēdum deo ad victum sunt ei neces
ria ⁊ vestitum. tenentes corpus vt ait bern.
sicut egrum cōmendatum cui multum vo/
lenti inutilia sunt neganda. vtilia vero nolē
ti ingerenda. sic de eo agere sicut de nō suo
sed eius a quo precio magno empti sumus
Secundo impugnat nos mundus. tribu/
lationes turbationes ⁊ multiplices miſias
super nos cumulando. nunc mala nobis in
ferens ab amicis. nunc ab inimicis. nunc a
superioribus. nunc ab inferiobus. nūc ab eq̄
libus. nunc vero a falsis fratribus a quibus
omnibus multipliciter tribulamur. que si
potenter vicere cupimus. ip̄a sunt ꝑ paciaz
sufferenda. nulli vnquaz malum pro malo
retribuentes quod monet apostolus ad ephe
sios. di. Obsecro vos vt digne ambuletis
vocatione qua vocati estis cum patiētia sup
portantes inuicem in caritate solicite serua
re vnitatem spiritus in vinculo pacis. Ter

cio impugnat nos dyabolus bona que faci/
mus quantum prevalet vitiando. Versus/
enim aduersarius cum videt priorum hosti
um impugnationes viriliter euasisse-tanto
acrius nos impugnat quanto scit post illos
nullum alium superesse-videns enim q̄ p̄
priores hostes ad mala non trahimur bona
ad que conamur nititur impedire-q̄ greg.
expresse declarat dicens. Antiquus hostis
bona nostra tribus modis insequitur scilicz
in principio vitiando intententionez-vel in
medio per negligentem actionem-vel in fi/
ne per inanis glorie illaqueationem-quo/
rum omnium laqueos per diligentiam eua
demus. si igitur super terram adeo poten/
tes erimus-vt carni per abstinentiam-mun
do per pariam bonis nostris operibus per
diligentiam occurrimus-exigentibus no/
stris meritis ad potestatum ordinem assu/
memur. ¶ Quinto super priores
ordines sunt principatus ad quos assumē
tur qui per priora exercicia a malis elongati
et bonis exercicijs emendati extunc in al/
tum le contrahunt conuersationem su am
cum deo habentes-a populari statu lon/
ge recedentes discunt se nobiliter exercere
vt ex nobilibus actibus nobilitate aliquan
do duce gratia in principes promoueantur
Licet autem multa confluant ex quibo prin
cipatus principum sublimetur. Sunt ta/
men duo bona que principaliter-p̄ cete/
ris omnibus bos adornant scilicet virtuosi/
tas-generositas vt videlicet sint virtuosi
-generosi. Virtuosi in morum claritate-ge
nerosi in sublimi nobilitate. In bis etiam
duobus oportet nos spiritalem principem
adornare-cum ergo spirituales homines ex
predictis exercicijs multa habeant commu
nia cum nobilibus principibus. vtpote q̄
sunt a fed is mundati per penitentiam-a vi
cijs preseruati per resistentiam-a populari
statu elongati per panentiam-diuicijs vita
ri per bonorum operum diligentiam. Nunc
super est vt per virtutum flagrantiam fiant
clarificati et per nobilem prosapiam sint in
principes sublimati. Vt ergo altius id est
ad principes promoueamur. primo exqui/
tende sunt nobis virtutes vnde crescamus
inter quas prima-p̄ precipua est caritas qua
habita omnes habentur-qua non habita
nulle possidentur. Vnde grego. Sicut mul
ti arboris rami ex vna radice prodeunt Sic
multe virtutes ex vna caritate generantur-
nec habet aliquid viriditatis ramus boni o
peris. si non manserit in radice caritatis Ex
hac ergo caritate omnes virtutes generan
tur-generate in ea omnes conseruantur-
licet enim omnes virtutes ex effectu operis
diuersis vocabulis nominentur. omnes ta
mē in radice caritatis nomine nuncupantur
quam quanto nobilius possidemus tanto
clarius elucemus-quanto sumus feruen/
tiores. tanto sumus apud deum glorioso/
res. vnde Augustinus. Summa apud de/
um nobilitas est clarum esse virtuti bo. Se
cunda virtus ad principatum nos promo/
uens est clara-nobilis prosapia. hanc au/
tem nobilitatem ex dei consequimur visita/
tione. cum enim visitati diuina intus pre/
sentia illustramur abesse nostro ignobili re
cedimus-deo summo principi tam vnim̄
uniti autem deo non ipse transit in nos sed
nos in ipsum-quia ipse ē princeps regum
terre. ideo ei uniti erimus principes sicut ip
se. nam vt ait bernar. principum filios prin
cipes-regum reges quis esse nesciat. multo
magis vnitus principi deo debet princeps
merito appellari. Jam vt ait apostolus. qui
adheret deo vnus spiritus est cum eo. super
quod augusti. Anima adherens deo deficit
ab eo quod est anima-fit vnus spiritus cū
deo-iterum dicit Cum inhesero tibi ex om
ni me nusq̄ erit mihi dolor-labor sed vi/
ua erit vita mea tota plena te. de bis princi
pibus di. grego. Sunt nōnulli qui acceptis
virtutibus etiam electorum hominum me
rita transcendunt. cunq̄-bonis meliores
sunt electis fratribus principantur. quo er/
go isti sortem suam nisi inter principatuuz
numeros accipiunt. ¶ Sexto sursum
numerando ponuntur dominationes. qui/
bus illi sociantur qui victis hostibus-exti
ctis bonis-malis per oia dominant. cū enī
in priori statu sunt virtutibo roborati vt bo/
num possint. visitatione illuminati vt quod
possunt bonum delectabiliter prosequant.

ex quibus adiuti tam magnifice se exercent vt rectore indigeant ꝓhibente inardescunt enim in amore dei. in quo sese in magnis exercent operibus cunctaq; difficilia sancti certaminis appetūt acceptis contumelijs gaudent. flagrāt desiderio subtractis gratijs nō torpescunt sed forti conatu het eadem agūt sine gratia que alijs vicibus cum gratia operantur. hec ⁊ similia tam strennue exercentes vt bona in habitu; transeant ⁊ vitia eneruentur. que ⁊ si interdum caput erexerint exufflantur ⁊ minime curantur. ex quo sit vt cum in his perseuerauerint bonis ⁊ malis intus ⁊ exterius feliciter dominentur. bonis dico vt ad manum ea cum voluerint habeant. malis autem vt ea sine rebellione āmoueant. vt de exterioribus ⁊ interioribus dici de eis valeat illud ioseph Gene. Ipse dominatur in tota terra egipti. mundum cu; suis honoribus cum suis diuitijs ⁊ alijs appendicijs sub pedibus conculcantes. de quibus adhuc dicit bern̄. Habent sensus suos exteriores non duces sed seruientes. interiores sobrios ⁊ efficaces habent etiam omnino domum ⁊ familiam cogitationum suaꝝ sic ordinatam. vt dicant huic vade ⁊ vadit. alij veni ⁊ venit. ⁊ seruo suo scilicet corpori. fac hoc ⁊ absq; contradictione facit. tales ergo ⁊ taliter viuentes. greg. ordinat ad dominationes dicens Sunt nonnulli qui sic in semeipsis cunctis vicijs dominantur vt ip̄o iure mundicie dij inter homines vocentur. quo ergo isti quorum comꝑatione ceteri homines (vt ita dixerim) serui sunt. nisi inter numeros dominationum currunt. ad quoꝝ consortium et cetera.

XC

De eodem sermo quartus.

Qui vicerit dabo ei sedere mecu; in throno meo apo iij. ¶ Dicit ijsi. Illi angeli in quib⁹ ē singulariter rectitudo diuini iudicij throni nūcupantur. a throno dc̄i eo q̄ deus in eis sedeat ⁊ iudicia sua discernat. ⁊ cuncta subiecta per illos disponat. Expeditis ergo in prioribus vtcunq; exercicijs quibus ad singulos ordines de quib⁹ dictum ē perueniam⁹

Nunc dominus salutem nostram desiderans proponit nobis thronos. tanquam ordinem iterum altiorem ad quem post predicta conandum ⁊ suspirandum nos allicit in verbo proposito dicens. qui vicerit ⁊c̄. ac si dicat. Qui vicerit priora dabo ei id est propono ei vt altius iterum perueniat vt in ordine thronorum mecum habeat mansionem. ad quem qui conatur et peruenire desiderat. oportet eum vitam suam iterum altius instaurare ⁊ vestire thronorum virtutibus vitam suam. vt sicut illi pre ceteris inferioribus habent perspicatiam cognitionis in indicando quod iustum ⁊ equum est. sic ⁊ nos ad imitationem eorum discamus in iudicando iustum iudicium exercere Et p3 ordo. quia in predictis didicimus vita; nostram perficere ad perfectionem absolutam nunc perfecti in nobis facti debemus alia iudicare testante apostolo qui ait prime Coꝝ ij. Spiritualis diiudicat omnia. vnde quā diu sumus imperfecti dicitur nobis illud. Ecclesiastici. Miserere anime tue placens deo. postquā autem perfecimus vitam nostram dicitur nobis illud Ecclesiastici. xxix Recupera proximum tuum secundum virtutem tuam. Si ergo cupimus ad thronorum consortium peruenire. omnia ad regulam iusticie per cognitionis perspicatiam iudicemus. ¶ Hec autem omnia triplici differentia continentur. iudicantes enim demus deo equitatem. nobis vilitatē proximo pietatem. contra hec enim tria scil; deum nos ⁊ proximum omne iudicium instauratur. Primo dico in indicando causam dei. demus ei in omnibus que patim̄ equitatem. dicentes non solum voce oris s; omni cordis affectu illud p̄s. Iustus es domine ⁊ rectum iudicium tuum. subiungentes illud Genes. xlij. Merito hec patimur quia peccauimus in fratrem nostrum scil; iesum christum. quem non imitamur imꝑperium eius portantes vt iubemur. hanc ꝯsiderationem habebant omnes antiqui patres de iudicio dei. qnorum vnus scilicet daniel dixit Tibi domine iusticia nobis aūt cōfusio faciei Hinc greg. Deus qui benigne ꝯdidit hoīem neq̄q̄ iniuste cruciari ꝑmittit

De sco michaele.

nec sinit neglecte perire quod est. qui etiam hoc qd non fuit benigne curauit. vt esset Sit ergo semp nostra consideratio q nihil iniuste patimur. quia si deo auctore sumus qui nihil fuimus deo regnante nō affligim iniuste qui sumus. Secundo iudicem⁹ nos metipsos. attribuentes nobis in omnib⁹ vilitatem. ⁊ luce diei iudicantes nos indignos sicut abraham loquens ad dñm dixit. loqr ad dñm meum cum sim cinis ⁊ puluis. ps Miser factus sum ⁊c vsq tota die cōtristatus ingrediebar. Itē ij. Esd. viij. peccata nostra multiplicata sunt super capita nostra ⁊ iniquitates nostre exaltate sunt vsq ad celum. Ad hoc iudicium nos trahere cupiebat dñs cum Mat. dicebat. Cū feceritis omnia q̄ p̄cepta sunt vobis. dicite serui inutiles sumus. quod debuimus facere non fecimus hinc bern. Diligit deus animā que in conspectu eius sine dissilatione diiudicat semet ipsam. idq iudicium non nisi ꝓpter nos a nobis exigit. quia si nosmetipsos diiudicauerimus nō vtiq iudicabimur. Tercio iudicemus oēm proximum in deuota pietate oīa proximoꝝ facta pie ⁊ caritatīe interpretantes ⁊ in bonam partē diiudicantes. in q̄ seruabimus nature ⁊ scripture mandatum quod de proximo nobis precipitur obseruā dñ. s. quod tibi non vis fieri alteri ne facias qr si proxim vt nos diligim⁹. hunc in bonis sicut nos iudicari cupimus iudicamus. vñ in lege precipitur. Equalis ponderis erunt oīa vt vicz in bonis iudicemus proximum sicut nos. ⁊ in malis iudicemus nos sicut ꝓximum iudicamus Si ergo seruabim⁹ iustum iudicium inter nos ⁊ deum inter nos ⁊ nos. ⁊ inter nos ⁊ proximū regulā dini iudicij ꝓ nostra possibilitate obseruātes merebimur sedere in thronis cum dño de quo legitur. Deus qui sedes sup thronos ⁊ iudicas equitatem. Item est aliud iudicium q̄ merebimur ad thronorum consortia sublimari. si scz ꝑ spm̄ veritatis tanto sumus veritatis luie illustrati vt profunda queq vel ex defectu vel profectu hoībus prouenientia scimus per discretionis spiritum sapienter discutere ⁊ veraciter diiudicare. quod ꝓprie ad rectores ecclesie pertinet quoꝝ iudicō statur ⁊ per omnia consentitur vnde eisdem rectoribus precipit. Leuit. x. vbi dr. q debeāt hre sciam discernēdi inter sanctū ⁊ ꝓphanā inter pollutū ⁊ mdm. nam vt ait ap⁹. i. coꝝ ij. Spiritus omnia scrutat etiā ꝓfunda di de his ergo qui ad ordinē thronoꝝ veniunt di. greg. Sunt nōnulli qui dum se vigilanti cura diiudicant dum se sollicita intentiōe discutiunt. hoc in munere accipiunt vt iudicare recte olios possint. quoꝝ ꝓfecto mentibus dū dina cōtemplatio presto est in his velut in throno suo dñs presidens alioꝝ facta per eos examinat ⁊ cuncta mirabiliter d sua sede dispensat Quid ergo isti nisi thrōi sui conditoris sūt. vel quo nisi ad supernoꝝ sedium numerū ascribuntur per quos dum sancta ecclesia regit plerq de quibusdā suis infirmis actibus alij iudicantur ¶ A ¶ Sequitur octauus ordo. s. cherubin sursum ascendendo qui plenitudo scientie interpretatur in quē a thronis illi homines ꝓmouētur qui per gratiam ꝓmouentem ⁊ per affectum intime deuotionis conantē. ad plenā ⁊ perfectam sciam promouentur. plenā aūt ⁊ perfectam illam scientiam dicimus quādo omnia exercitia ad deū pertinentia scim⁹ ad faciendū ⁊ cū hoc afficimur ad volendū ⁊ ad supremum dei beneplacitum exercēdū verbi gratia. Si contingat esse in delitijs ī diuitijs in paupertate in humilitate in actione in tribulatione in obedientia in patienria. hec omnia ad perfectam dei volnntatem ⁊ ad supremum eius beneplacituz faciam⁹ Hanc scientiam paulus gloriatur se habuisse ad Ephe. iiij. scribens cum dixit. Ego didici in quibus debeam sufficiens esse. scio enim humiliari. scio abundare vbiq in omnibus institutus sum. scio satiari ⁊ esurire ⁊ abundare ⁊ penuriam pati. omnia eniz possum in eo qui me confortat. Notabiliter autem hec duo simul coniungo scilicet scire ⁊ velle facere ⁊ afficere quia multi multa sciunt ad que tamen facienda non afficiuntur ⁊ idcirco talis scientia non est plena. de quibus iterum dicit Apostolus. i. Corin. viij. Qui se putat aliquid scire ⁊ nondum scit quomodo oporteat eum scire. Ac si dicat illius vana ⁊ inutilis est scientia. In his g

duobus plena ⁊ pfecta constat scientia neu
trum aūt sine altero. qꝛ scientia inflat sine
affectu. affectus vero sine scientia precipitat
Hinc bern̄. Quo zelus vehementior pro
fusior qꝫ caritas. eo vigilantiori opus est sci
entia que celum tpet. spm̄ regat ordinet ca
ritatem. ¶ B ¶ Et aūt hanc plenitudinē
scientie sm̄ omnē ambitum describamus.
sciendum ꝙ ex triplici bono conficitur scꝫ ex
affectione: electione: operatione. Primo di
co ꝙ constat ex affectione spirituali scilicet
qn̄ singula nobis sapiant sicut sunt. Tunc
em̄ dicitur sapientia. i. sapida scientia quod
contingit cum peccata nobis sapiunt tanqꝫ
pessima mala Tpalia vero tanqꝫ vana ca
duca ⁊ ꝓpe nulla. deus vero ⁊ eius bona tan
qꝫ optima. de his dicit ber. Inuenisti plane
sapientiam si peccata tanqꝫ pessima mala ꝯ
fleas. si huius vite desiderabilia ꝑuipēdas
si eternam vitam toto desiderio concupiscas
Secunda pars huius plene scientie cōstat
in electione. vt secundum iudicium saporis
elegimus quod sapor optimum iudicauit
cuꝫ contemptu cōtrarij: verbi gratia qꝛ sapi
entia iudicat aīam corpi. eternitatē tpi. deū
qui est bonū optimum bonis transitorijs p̄
ferendum. statim ad iudiciū sapie bona ma
lis preferamus pariter ⁊ eligamus. eorum
contraria tanqꝫ aboīabilia respuentes bern̄.
In bene affecta mente non dubiū quin di
lectioni hoīm dei dilectio preponatur ⁊ in
hominibꝰ ipsis perfectiores infirmioribus
celum terre. eternitas tpi. aīa carni iusto or
dine preferatur. Tercium constat in opera
tione vt videlicet manꝰ applicemus ad opa
laborantes ⁊ operantes omni diligentia et
conatu vt que bene sapiunt ⁊ que ex iudicio
veritatis tanqꝫ optima sunt electa ex dei mi
sericordia ⁊ nostris meritis consequamur.
Nam ad consequendum ea que affectꝰ sa
poris optima iudicauerit. vel q̄ electo appro
bauerit. non sufficiūt priora duo scꝫ affectio
⁊ electo. nisi eisdem operatio adiungatur.
¶ C ¶ Sequitur nonus ordo videlicet Se
raphin. qui vt ait ysid. ardentes ⁊ incenden
tes interpretantur. Illi g̊ homines ad hūc
ordinem assumuntur. qui ex merito scītatis
in diuino amore vehementer ardēt. ⁊ ex igni
tis verbis suis tanqꝫ ex scintillis alios sibi
accendunt. Nunc aūt ardorem sup̄mi ange
li scꝫ seraphin ex cā triplici sunt consecuti. s.
ex immediatione approximatione nobiliori
dispensatione. Primo dico ex immediatōe
quia inter eos ⁊ deum nulli angeli interme
dij sunt locati. ⁊ ideo flamma diuini amo
ris īmediate tangit eos. Secundo seraphi
pre omnibus alijs deo sunt proximiores. sci
mus aūt quanto aliquid igni est proximuꝫ
tanto vehementius inardescit. ⁊ quanto ali
quid quod capax est lucis proximum est luci
tanto lucidius ⁊ clarius enitescit. Tercio p̄
omnibus ardent ex nobiliori dispositiōe. qꝛ
diuino igni tā ex naturali qꝫ gratuita dispo
sitione sunt conformiores. ⁊ ideo ex diuino
igne sunt ardentiores. qui ergo tanta deuo
tione flagrat vt ad ordinem seraphin post
hanc vitam cupiat collocari. oportet imo ne
cessarium est ei in hac vita diuino igne in
flammari. vt in deo totus ignitus ad edifi
cationem proximi verba ignea tanqꝫ scintil
las proferat. ex quibus ⁊ ipsi accensi in deo
ardeant sicut hi qui verba diuini ignis scꝫ
iesu xp̄i audientes dixerunt. Lu. xxiiij. Non
ne cor nostrum ardens erat in nobis dū lo
queretur ⁊c. ¶ D ¶ Ad quē ardorem con
sequendum oportet nos p̄dicta tria vite no
stre inserere vt vidꝫ ꝑ immediationem pro
ximationem dispositionem dño inhereamꝰ
Primo ergo dño īmediate adheremus. si
omnia que sugillant conscientiam taꝫ de vi
cijs qꝫ de peccatis de medio tollimus. qui
bus sublatis deo īmediate cōiungimur. qꝛ
nihil nos preter solum peccatū a deo diui
dit Hinc ysa. Iniquitates nostre diuiserūt
inter nos ⁊ deum. hinc Gre. Anima q̄ pec
cat a deo se diuidit. ꝙ si peccatum tollitur ī
mediate deo adheret. eo ꝙ deus vicinior sit
anime qꝫ ipsa sit sibiipsi. Secundo coniun
gamus nos deo quanto proximiꝰ possumꝰ
quod per intimam cōtemplationem ⁊ ꝑ vi
intime deuotiōis fieri potuit quā quanto al
tius in deum erigimus tanto ei vicinius ꝯ
iungemur. hinc bern̄. Accedite ad eum ⁊ il
luminamini ⁊c. Itē leuit. x. Sunctificabor
in his qui appropinquant mihi ⁊ apꝰ. Ap
propinquate deo ⁊ appropinquabit vobis.

Tercio ardebim⁹ in deo ex nobiliori dispo/
sitiōe. sicut patet in materia ignis. quāto em̄
ligna sunt aridiora ⁊ ad cōburendū dispo/si
tiora: tanto ignis flāmaz tribuit lucidiorez.
Sic ligna diuini ignis bona sunt opa ⁊ vir
tutes. q̄ quāto sunt plura ⁊ aridiora ab om/
ni suco carnalitatis deo exhibita: tāto ad ar/
dorez diuini ignis erim⁹ dispositiores. quia
sicut dicit Sapiēs. vbi nō sunt ligna ibi de/
ficit ignis. De q̄ ardore dic̄ veritas. Ignez
veni mittere in terrā ⁊ quid volo: nisi vt ar/
deat: Quā nobis tc̄.

XCI. De sancto Dyonisio ⁊ soc̄is ei⁹.

Reddet deus mer
cedem laboz sanctoz suoz. ⁊ de/
ducet illos i via mirabili. Sapi.
x. Dicit Grego. Si delectat mentē magni/
tudo premioz non deterreat certamē laboz.
quia ad magna p̄mia puenire non potest ni
si per magnos labores. Si ergo delectat lo/
cus celsitudinis: prius exerceat viā laboris.
q⁹ vt ait Bernā. Satis delicat⁹ est miles qui
cupit victoriam sine pugna. ¶ Ejn ver
bis ergo ꝓpositis tria per ordinem sunt dicē
da. scz de redditōis aptitudine. laboris mul
titudine. mercedis magnitudīe. Primo di
co dicendū est de hui⁹ dictōis reddet aptitu
dine: hoc est si apte dicat regnū reddi. Dici
tur enim reddo q̄si redo. i. iterum do. Pro/
pter q̄d sciendum q̄ regnū celoz est triplici
ter datū. scz in prima creatiōe. in redemptio
ne. in fideliū ⁊ electoz anolatōe. Primo di
co datū est nobis. i. electis regnū celoz⁹ in
prima creatōe. ad hoc enim cōditi fuerūt pri/
mi parentes: vt per eos ⁊ omnē suam poste/
ritatem deus angelorū ruinā restauraret. vt
fm Aug⁹. tot homines assumerent ad lapsuz
reparandū q̄t angeli ceciderūt. sed fm Gre/
go. tot ascenderēt quot remanserūt. nec plu
res nascerent: nisi quot essent assumēdi. di/
cit enim Grego. Si primi parentes in sua
innocētia pstitissent nullus reprobo⁹ natus
fuisset. Ex his ergo luce clari⁹ patz q̄ ad hoc
cōditi fuimus vt celū deberem⁹ imperpetu/
um possidere. Hinc Mat. xxv. dicit. Veni/
te benedicti patris mei tc̄. vlq; qd̄ vobis pa
tatū est ab origine mūdi. Hoc ergo regnuz
a deo nobis in prima creatiōe datum: in la
psu primoz parentū perdidim⁹ omnes: vt
infra multa milia annoz nullus vnq̄ ad il
lud potuerit puenire. Vnd̄ Bernā. Quia in
Adaz omnes peccauerūt. ideo etiā in eo dā
nationis sententiā omnes acceperūt. Deus
itaq; misertus nostri vt ait Bernā. dixit pro/
pter me creaturas suas pdidit. Pater enim
duas tantū nobiles creaturas fecerat ratio
nis participes: capaces beatitudinis. ange/
lum videlicz ⁊ hominē. ⁊ ꝓpter me perdidit
angelos multos ⁊ homies vniuersos. No/
ui tamē ait filius in affectuz malitie trāsijsse
angelos. ⁊ ex hoc nullā eis patere viaz rede/
undi. quoniā noui supbiaz Moab q̄ super/
bus est valde. ⁊ supbia eius remediū penitē
tie non admittit. ac per hoc nec venie: ac per
hoc nec puenire ad noticiā humilitatis mee
in illa scz supbia postea creaturaz infecerat.
innuēs ex hoc redimendū adhuc hominem
quippe quez aliena supplantauit malicia. et
ideo ei etiam pdesse poterit aliena charitas
Venit ergo deus ⁊ p̄ mortē suam regnū ce/
loz in prima creatōe datum nobis ⁊ statim
post lapsuz pditū: nobis reddidit. vt quicū/
q; per baptismū in morte eius baptisati sint
⁊ nulla peccata actualia addiderūt: in virtu
te eiusdē passionis si moriant: statim anolāt
⁊ apertū inuenāt regnū celoz. Dignū quip
pe iudicauit dei clemētia: vt qui per aliozū
culpam regnū pdidim⁹: per aliozū etiam la
bores nobis redderet. Vnde Bernā. Justuz
est vt quez aliena culpa ligauit: aliena iusti/
cia soluat. q̄diu ergo renati in baptismo et
participes facti passiōis christi actualia non
apponam⁹. si sic decedimus: accipim⁹ donū
dei: hoc est regnū celoz⁹ q̄d gratuito nobis
dedit: puriens nos sua inclita bonitate. q̄d
si īmemores gratie dei dorsum deo vertim⁹:
euntes ī prauitate cordis nostri post huius
mundi vanitatem ⁊ carnis voluptatē: adul
ti iam facti peccata peccatis cumulantes: ex
hoc ipo regnū celoz iam bis nobis datū ite/
rum perdimus. nec vltra nobis gratis om/
nino redditur sicut prius. sed exigēte dei iusti/
cia quia sponte ⁊ voluntarie perdidim⁹ nul/
lo cogente ⁊ violenter impellente: oportet vt
illud nostris laboribꝫ acquiram⁹ ⁊ rehabea/

mus. non ꝙ nr̃a satisfactio sufficiat. Quid enim esset vniuersa nostra iusticia: ꝑ nisi cõpatiamur om̃ino nõ ꝯregnabimus. ⁊ tunc qd̃ in nobis minus est ipse supplet. modicũ tamẽ illud qd̃cunq; est non patit̃ reseruari. Q si hoc nostruꝫ ponimus ip̃e tercio nobis regnũ reddet: addẽs de suis laboribꝫ qd̃ minus inuenerit de nostro. qd̃ iterũ ac iterũ ac iterũ fluit de visceribus sue pietatis. nisi em̃ nostra bona misceret suis: in nr̃a iusticia uõ esset vox neq; sensus. Q autem regnũ celoruꝫ ex prauis nostris actibus perditũ ex nostris laboribus oporteat reacquiri: aperte dicit aplus. Volũtarie nobis peccantibꝫ post agnitã gratiaꝫ: iam nõ relinquit̃ hostia pro peccato. christus resurgẽs ex mortuis iaꝫ nõ morit̃: mors illi vltra nõ dñabitur. Qd̃ exponens Berñ. dicit. Quõ voluntarie peccantibus iam nõ relinquit̃ hostia pro peccato: nisi quia nõ illi denuo crucifigit̃ christꝰ. nec cõplantat̃ iteruꝫ similitudini mortis eiꝰ per baptismũ. Sꝫ quid? qꝛ oportet nos omnia facere in nobis q̃ fecit christꝰ in se vt reacquirat nobis regnũ. que fuerũt tria. scilicꝫ qꝛ crucẽ portauit. corpus mortificauit. ⁊ in hoꝝ duoruꝫ virtue baptismũ nobis cõsecrauit. ⁊ hec eadem tria oportet nos trãsfigurare ⁊ in nos si volumꝰ regnuꝫ recuperare. Et hoc est qd̃ dicit Berñ. Propria iaꝫ ab eo vnda lachrymarũ exigit̃. propriã baiulare crucem. ꝓpria mortificare mẽbra. Et hoc est qd̃ dicit Augus. Qui creauit te sine te: non iustibcabit te sine te. Cui simile est illud. Qui bis dedit tibi regnũ celoꝝ sine te: non dabit tibi tercio sine te. Ex his ergo luce clariꝰ patet q̃ꝫ apte ⁊ cõueniẽter dixerit reddet ⁊ non dabit. ¶ F ¶ Secũdo dicendũ est de laboris diuersitate. de qua tria dicent̃. scilicet de eius necessitate. secundo de eius diuersitate. tercio de boni laboris vtilitate. Primo ergo videndum est de laboris ineuitabilis necessitate. oportet eniꝫ homiẽꝫ siue velit siue nolit ineuitabiliter laborare. quã necessitatẽ ex maledicto incurrimꝰ homini a deo propter preuaricatõem primoꝝ parentũ inflicto. sicut Geñ. iij. dicit̃. Maledicta terra in opere tuo. in labore comedes ex ea cũctis diebꝫ vite tue. in sudore vultus tui vesceris pane tuo donec reuertaris in terrã de qua sumptꝰ es. qꝛ puluis es ⁊ ĩ puluerẽ reuerteris. Quã necessitatẽ Job. v. cõsiderans dixit. Sicut auis ad volatũ nascitur: sic homo ad laborẽ. Hinc Berñ. Laborẽ nostrũ aliq̃ꝫdiu differre possumus sed non aufferre. Unde de quibusdã torpentibꝫ dicit ps̃. In labore hominum nõ sunt: ⁊ cum hominibus non flagellabuntur. Et sequit̃. Ideo tenuit eos supbia Propter qd̃ sciendũ ꝙ tria genera laboruꝫ sunt nobis ꝓposita. eligat homo quez voluerit. quia vnũ ex his tribus oportꝫ eum eligere velit nolit. scilicꝫ tempalis: penalis: infernalis. Primꝰ est breuis ⁊ leuis tres fructus afferens. Secundns longior ⁊ grauior faciens vnũ fructum. Tercius longissimus: grauissimus: ⁊ inutilissimus. Primus dico labor est breuis ⁊ leuis ⁊ vtilissimus. ⁊ est labor in p̃senti quez sufferimus ꝓpter deum. De q̃ dr̃ Eccl̃. Modicũ laboraui ⁊ inueni mihi multam requiẽ. Qui tres fructus confert. quia opera meritoria conferũt tria bona ſm triplicem radicẽ quam habent. scilicꝫ penalitatem cuius gratia tollũt peccata. virtualitatẽ cuiꝰ gratia auget virtutẽ. charitatẽ propter quã augetur premiũ in celo. Secundꝰ labor dicit̃ penalis. ⁊ est ille quẽ in purgatorio sustinemꝰ. qui longior ⁊ grauior est priore vnuꝫ conferens tantũ fructũ: scilicet purgationem peccatorũ. in quo nihil penitꝰ meremur: in eo ꝙ positi sumus extra statũ merendi. ⁊ licet modicum fructũ ⁊ vnuꝫ solum cõferat: acerbissime tamẽ punit. De qno Eccle. iiij. Plena vtraq; manus cum labore ⁊ afflictiõe. Item Prouer. v. Non sint labores tui in domo aliena. que domꝰ est purgatorij. De quo dicit Augusti. Ignis purgatorij ⁊ si eternus nõ est miro tamen mõ grauis est. excellit enim omnẽ penam quam vnq̃ꝫ passus est aliquis in hac vita. et hoc propter duplicem penam. scilicet damni ⁊ sensus. Terciꝰ labor est infernalis granissimꝰ ⁊ inutilissimus. De quo labore dicitur in ps̃. Laborabit in eternuꝫ ⁊ viuet adhuc in finẽ. Quibus dicere possumus illud Exo. xiiij. Stulto labore cõsumeris. quia nihil proderit in eternum. De his tribus laboribus nobis ꝓpositis dicit̃ Eccl̃. xv. Apposui tibi ignẽ

multitudine

De scō dyonisio.

et aquam: ad qd̄ volueris porrige manū tuam. Idez. Ante hominē mors et vita: bonū et maluz. Q sicut credo si omnes cupimus secundū et terciuz euadere: primū hoc est presentē laborem viriliter aggrediamur. p̄ quē lucrari possum⁹ infinita. Nam in labore vt ait Augus. non deest refectio laborātibus et nihilomin⁹ post laborem mercedem accipimus copiosuz. iuxta illud. Sapieñ. iij. Bonoruz laborū gloriosus est fructus. Qui autem sint isti fructus dicetur in tercio mēbro vbi agitur de mercede.

XCII. De eisdem sermo. ij.

Venite ad me omnes q̄ laboratis et onerati estis ꝛc. et ego reficiā vos. Mat. xj. ¶ G.

Presentez ergo laborem aggredi cupientes quinqz cōsiderare debemus. que cōsiderata omnē laborē presentē alleuiant: attenuant: et cōmendāt. scilicz laboris facilitatem. temporis breuitatem. refectiōis saturitatem. retributiōis īmensitatē. et dei voluntatē. Primo dico consideranda est laboris facilitas. quia nunqz ex omni qd̄ sumus et vndiqz laboramus: ad qd̄ accedit q̄ per laborē p̄ñtē cito ad charitatez veniem⁹. quia oīa etiā grauia facit leuia et q̄dāmodo nō sentire. Hinc Iud. dicit. Surgite ascendam⁹ nullus erit labor. quia deus per charitatez nobis cōiunctus labores nostros portat. ꝓpter quod etiam iugum vocat. Et hoc est qd̄ Sapiēs petit: dicens. Emitte domīe sedium tuarū assistricem sapientiā: vt mecum sit et mecuz laboret: vt sciam quid acceptū sit coram te omni tempore. Hinc Mat. xj. veritas dic. Tollite iugum meuz super vos. iugum eniz meum suaue est: et onus meū leue. Unde Augus. Omnia seua et īmania facilia et ꝓpe nulla facit amor. Bern. Labor meus vix est vnius momenti. si plus est pre amore non sentio. Secundo cōsideretur laboris breuitas. Non enim diu viuim⁹: et in eodez qd̄ viuimus iubemur propter discretiōem sepe nos a labore tempare. Hinc apostol⁹. Tempus breue est. Et in Apocal. ammodo iam dicit spiritus vt requiescāt a laboribꝰ suis. Propter qd̄ dicit Eccli. xviij. Numerus dieruz hominū vt multuz centū anni: et quasi gutte aque ad mare deputat⁹ est. Sic exigui anni in die eui q̄ si sine cessatione omni tempore qd̄ viuimus laborundū esset: quid essz respectu eternitatis. Tercio cōsideranda est laboris saturitas. Non enim benign⁹ dominus sinit nos duris laboribus cōteri: sed suis consolatiōibus crebro reficit laborantes. Hinc Eccli. vj. In opere ip̄ius exiguū laborabis: et cito edes de generationibus illius. Hinc Mat. xj. Venite ad me om̄es qui laboratis et onerati estis et ego reficiaz vos. dignus est eniz operari⁹ mercede sua. Quarto consideranda est retributiōis īmensitas. Nam pro labore modico datur nobis retributio durans et p̄manens in eternuz. Hinc Sapieñ. iiij. Bonoꝝ laborum gloriosus est fructus. Nam vt dicit Job. xxij. Pro terra dabit nobis silicem. et pro silice torrētes aureos. qd̄ est dicere. Pro terra. i. ꝓ molli opere dabit nobis silicem. i. meritū semper durans. et pro silice. i. opere meritorio dabit nobis torrētes aureos. i. p̄mia gloriosa. Hinc apostol⁹. Id quod momentaneū est et leue tribulationis supra moduz eternū pondus glorie operatur in nobis. Quinto cōsiderāda est dei voluntas. que vult vt in hoc breui tp̄e lucremur qd̄ in eternū expediat. cui merito est obtemperandū: etiam si ex hoc nihil aliud cōsequamur nisi his causis et ratiōibꝰ victi decernim⁹ in p̄senti tempore in dei velle seruitio operare. tūc sn̄mo opere informādi sumus in quibus nos oporteat laborare vt dei misericordiaz cōsequamar. ¶ H.

Sunt autem quinqz in quibus expedit laborare. scilicz in aliorum laborū inutiliū exoccupatione. in cordis contritōe. in mandatorum executiōe. in tribulationū patiēti portatione. in conatu cōtemplatōis. Primo dico laborandū est in laborū inutiliuz exoccupatiōe: refugientes om̄ino inutiles labores: quoruz multa sunt genera. Alij enim laborant mundo vt ditētur. alij carni vt delectētur. alij dyabolo vt vicijs inflent. et omnes isti labores p̄trahunt ad infernuz. Primus ergo labor mundi vitandus est: quia inutilis est. Unde Eccli. j. Quid habet homo de vniuerso labore suo q̄ laborabat sup̄ terraz?

Item Mat. Quid pdest homini si vniuersum mundū lucraretur? Nec solum hic nō proderit: sed pertrahūt ad infernum. Hiere. Labores populorū ⁊ gentiuz in igne erūt ⁊ disperibunt. Secūdus labor carnis est similiter cōtemnendus. quia facit hominem vicioſum. Vnde ex persona talium dicit Eccle.iiij. Qui laboro ⁊ fraudo animaz meam bonis. Maledictus est eniz qui seruit indignis se. ⁊ hoc est corpus qđ indigni? est anima. De quo dicitur Aggei. Qui mercedem cōgregat misit in sacculū pertusum. Tercio labor dyaboli est penit? execrandus. qui eniz conformat ei hic in vicijs: conformat ei postea in supplicijs. Labor autem dyaboli vertatur in superbia: inuidia: inimicicia: ⁊ similibus vicijs spiritalibus. omnes isti labores execrandi sunt ⁊ penitus fugiendi. quia non sinūt homineꝫ quiescere: ⁊ tamē pertrahunt ad infernuz. Qui ergo expedite laborare in dei seruitio desiderat: oīno excutiat se de illis. Secundo laborandū est in cordis cōtritione a peccatis oīnibus se emundans. De quo per ꝓ. dicit. Laboraui in gemitu meo. Et super omnia que ad negociatiōem peccatorum faciunt penitēcie laboribus duris et asperis aggrediamur. Tercio laborāduz est in mandatoruz executione: laborantes cum omni conatu ⁊ diligentia. vt que mādat dominus operibus impleam?. Et licet pauci sint qui scire velint quid mādauit deus. ipōrum tamē impletio meretur vitam eternā: ⁊ eoruz trāsgressio edificat ad gehennā. Haz de primo dicit Math. Si vis vitam ingredi serua mandata. De secundo Esdre. vij. Omnis qui non fecerit legem dei diligenter: iudiciuz erit de eo in mortem. De quibꝫ duobus Augus. Sicut vitaz prestat obseruatio mandatoruz: sic ecōuersō generat preuaricatio mortez. Quarto laborandū est in tribulationū patienti portatiōe. Hanc eniz legem statuit sibi deus: vt bene laborantibꝫ ⁊ fideliter seruiētibus exhibeat tribulatōes. tum propter hoc vt cumulus meritoruz ex passione crescat sicut ex actione. tuz propter hoc vt humilitas ꝓseruet iudicātes nos suos inutiles: qui propter negligentias castigamur. In his ergo laborandū est vt ipse siue a deo siue ab homine inferātur: patientissime sufferātur. Nam de his duabus sci licet actione ⁊ passione dicit Bern̄. Vita sanctorum in duobus principaliter cōsistit. scilicz in bonorum actiōe et passione aduersoruz. et tanqz turris que vndiqz cōstruitur erigit se in altum. Quinto laborandus est in cōtemplatione. Anima enim ex ꝑmissis omnibus purgata conatur ⁊ nititur vt celestia cōtemplet̄ur. in quo tamen maxim? labor esse creditur: ut homo quasi cōtra iactum fluminis conetur: et erigit se ad deum. Vnde Bern̄. Talis modus cogitandi de deo multi est laboris: multi sudoris. ⁊ nisi erigatur per gratiam: relabitur ad yma. ⁊ in cinerem suū reuertetur. // ¶ Tercio dicendū est de mercedis magnitudine. quā vt breuiter insinuemus: qz sermo in longum ductus est. merces omniuz predictoruz est ipse deus. quo nihil melius: nihil dignius: nihil vtilius poterit dare qz deus. in quo dātur omnia que sunt bona. De hac mercede dicitur Genes. xv. Ego ꝓtector tuus sum: ⁊ merces tua magna nimis. In quibus verbis insinuat nobis duplicem donationē sui. Dat eniz se in presenti ad consolatōem: ⁊ in futuro ad eternam glorificatiōem. Primo merces tangitur in eo qđ dic̄ magna. Secūdo in eo qđ subiungit nimis. de quibꝫ expressi? dicit Bern̄. Notandum sicut in regno beatitudinis presentem se exhibet domin? electis suis ad glorificatiōem. ita etiam se eisdem exhibebit in via peregrinatiōis ad iustificationem. vt a quo glorificandi sunt per spem: ab ipso prius iustificētur per fidem. quod sub alijs verbis dicit apostolus Roma. vj. Serui facti deo habebitis fructū in sanctificatiōem. finē vo vitam eternā. Ad quam ꝛc.

XCIII. De sancto Luca.

Honora medicū propter necessitatē Eccl. xxxviij. Dicit Augusti. Qui sentit vulnera medicum exposcit. // ¶ In verbis ergo ꝓpositis tria possum? intelligere. Primo exhortatiōem. secundo exhortatiōis specificationem. tercio infirmitatis insinuatio/

De sto luca cuta.

nem. Primuz ibi Honora. secūdū ibi: medicum. tercium ibi: propter necessitatē. Est itaq; sanctus Lucas qui medicus extitit tripliciter honorādus. Primo per supplicationem. doctrine sue susceptiōem. vite imitationem. In his enim tribus sanctus iste se reputat honorari. Primo ḡ honorem⁹ istum medicum oratiōibus. vigilijs. missarū solēnijs. ⁊ alijs quibuscūq; generibus boni. supplicantes enim vt apud deuz summū medicum nostroruz vulnera peccatorū suis intercessiōibus pristini restituat sanitati. Secūdo honoremus eum doctrinaz sue medicine vel medicinā sue doctrine taz in actibus apostoloꝝ q̄ in euāgelijs cum reuerentia fideliter suscipiendo sue doctrine plenā fidem exhibentes. Tercio honorem⁹ istum medicuz vitam suam exemplarez strenne imitando. Naz vita eius sicut Sapieñ. iiij. dicit. Sobrietatem ⁊ sapientiā docet: iusticiam ⁊ virtutē. quibꝰ vtilius nihil est ī vita hoīs. Qd facere monemur Deutro. xxvij. Accipias exemplar a sacerdotibus. vt dicere possim⁹ illud Prouerbi. xxiiij. Exemplo didici disciplinaz. His ergo tribꝰ modis sanctū Lucā fideliter honorem⁹. Sequitur secunduz scz medicum: in quo verbo cōmendatur sanct⁹ iste ab officij dignitate. Fuit enim medicus corporalis ⁊ spiritualis. vt corporali medicina sanaret corpora: spirituali autem medicina animas a vicijs ⁊ peccatis. propter qd in scriptura cōsueto nomīe medicus est vocatus. De quo dicit Col. iiij. Salutat nos Lucas medicus. Sequitur terciū: scz propter necessitatē. Cum enim propter peccatorum ⁊ vicioꝝ multitudinē caput leuare non audeam⁹ ad dominū: necessarios habemus sanctos vt eorū meritis ⁊ precibus interuenientibus pro nobis ad dominū intercedāt Et hoc est qd dicit Job. v. Ad aliquez sanctorū cōuertere. vt cuz indigni simus apud dominū: exaudiri ipsos patronos nostros ꝓ nostris excessibus sentiam⁹. Et hec de eius memoria breuiter tacta sufficiāt. Verum qz tam iste medicus q̄ eius medicina principaliter sunt a deo: iuxta illud Eccli. xxxviij. A deo est omnis medela. Ideo ad summuz medicum deū ad curandas nostras miserias recurramus: ante oclos sue misericordie peccatoꝝ nostroꝝ vulnera expandētes. Ipe est enim verus medicus qui ex se ⁊ per se sanat omēs infirmitates nostras: respectu cuius omnes alij medici dicere possunt illud Ysa. iij. Non sum medicus: et in domo mea nō est panis. qz ꝑ se ⁊ ex se alij nihil possunt. sed quicqd omnes sanitatis ⁊ curatiōis hominibus infirmis cōtulerūt: hoc totū a deo medico acceperūt. ¶ L Huius ergo medici qui de⁹ est occasiōe duo breuiter ꝑstringantur. scilicz de hūani generis infirmitate: et de dei medicinali sanitate. hoc est quomō nos infirmamur: ⁊ quomō nos a deo sanamur. Sciendu ergo ꝙ humanū genus in primo parente sanuz creatum est: ita vt nullam viciosam prauitatē haberet in seipo. ꝫ postq̄ corruit in peccatū: statim sensit aliam legez in membris suis repugnantē legi mētis sue. Et quia omnes in illo primo parente fuimus radicaliter. ideo in omēs nos trāsfunditur hoc peccatū. Licet eniz in quolibet renato peccatū curetur per baptismuz origiginale: nihilomin⁹ tamen qui curat⁹ est trāsmittit illud iterum in prolē. sicut iudeus circumcisus generat filiuz incircūcisum. ⁊ nudum granū seminatū procreat granuz cum palea. Et causa huius est. quia homo generat filiū non ꝑm ꝙ curatus est in mente: sed ꝑm ꝙ est corrupt⁹ in carne. Illud ergo originale peccatuz habet multa nomina: ⁊ hoc ex multiplici causa ꝑm ꝙ compat ad diuersa. Si eniz compatur ad animā vocatur infirmitas. quia reddit animaz infirmā ⁊ impotentez ad resistendū motibus carnis. Vocatur etiam feditas. quia maculat animaz. Vocatur etiaz pronitas ꝓpter continuā inclinationem appetitus ad malum. Vocatur etiam corruptio. quia ducit ad nihiluz. i. ad peccatum. Si vo compatur ad corpus vocatur lex carnis: eo ꝙ lege diuīa carni sit inflictū. Itez vocatur lex membroꝝ. quia mouet membra ad cōcupiscentiam. Vocat etiam fomes. quia fouet peccatū in carne. Vocatur etiam stimulus carnis. quia stimulat carnem ad primos motus ⁊ animū ad consensum. Item compatur ad primū hominē a quo contrahit: ⁊ sic vocatur peccatum ori-

ginale. Si vō ad totum hominē compare/
tur vocatur corpus peccati. eo q̄ ad oīa mē/
bra ⁊ oragana corporis se diffundit ysa. j. A
planta pedis vsq̄ ad verticem non est in eo
sanitas. vt sicut corpus naturale habet ocu/
los: aures: os: manus ⁊ pedes ⁊ cetera mē/
bra sua. sic corpus peccati omnia illa habet.
Nam in singulis membris et organis cor/
poris naturalis sunt etiam membra ⁊ orga/
na corporis peccati. vt sint oculi i oculis au/
res in auribus ⁊c. De hoc corpore peccati di
citur Roma. vj. Ut destruatur corpus pec/
cati. Quod videlicz corpus describit Pro/
uerbi. iij. vbi dicitur. Sex sunt que odit do/
min⁹: ⁊ septimū detestat anima eius. Ocu
los sublimes. linguā mendacem. manus ef/
fundētes sanguinē innoxiū. cor machinās.
cogitatiōes pessimas. pedes veloces ad cur
rendum in malum. testē fallacem ⁊ eū qui
seminat inter fratres discordias: hec cum de
struūtur: destruitur corpus peccati. Ista ēm
insunt omnibus nobis licet in magnis san
ctis per fortissima exercitia adeo debilitētur
vt raro audeant caput erigere: nunc̄ tamē
penitus extinguūtur. Nam de his dicit Ju
di. iij. De sunt gentes quas dimīn⁹ dereli/
quit vt erudiret in eis hierusalē: ⁊ discerent
filij eorum certare cum hostibus ⁊ habere cō
suetudinē preliādi. Unde Bernard⁹. Quā/
tumlibet manens in corpore ꝓfeceris erras
si putas vicia mortua ⁊ non magis cōpressa
velis nolis intra fines tuos habitat iebuze/
us. subiugari potest: extermiari non potest.
Et necessario. non ēm virtus crescceret si ista
nihil penitus impugnarent. quia mediū vi
ciorū tenet virtus. Unde vtilis est eor⁹ im/
pugnatio: si tamen non fiat eorū expugna
tio vt nos vincant: q̄d ne fiat. Ideo magni
sancti validis clamoribus ex persona totius
humani generis interpellabāt vt eos ab hu
iusmodi febribꝰ domin⁹ liberaret. Hinc ps.
Miserere mei dñe quoniā infirm⁹ sum: sa
na me quoniā ꝓturbata sunt ossa mea. Hic
Hieremias licet in vtero sanctificat⁹ dixit.
Sana me dñe ⁊ sanabor. Quorū clamo/
ribus domin⁹ miser⁹: dicit Osee. xiiij. Sa
nabo contritiones eorum. diligā eam spon/
tanee. Sanat autem dupliciter. sm duplicē
statum viuendi. scilicz in p̄senti: ⁊ in patria:
hic ad vtilitatem: in patria ad plenam ⁊ per/
fectam sanitatem. Primo dico q̄ deus sum/
mus medicus sanat hic ad vtilitatem. quia
penitus nō extinguit: sed ita sanat vt homo
infirmitatem sentiat sed non dereliciat. ⁊ p̄ hoc
q̄d sentitur homo humiliet. ⁊ per hoc q̄d nō
expugnat coronet. vt p̄ hoc q̄d sentitur sim⁹
humiliores ⁊ cautiores. ⁊ per hoc q̄d impu/
gnat ⁊ non expugnat simus in meritis diti/
ores. infinita enim merita nobis deperirent
si nihil nos penit⁹ impugnaret. Hinc Pro/
uer. xx. Liuor vulneris absterget mala. Si/
cut enim per liuorem memores sumus vul/
nerum: sic etiam per infirmitatem memini/
mus nos peccasse. Hinc etiam dicitur q̄
Lazaro suscitato in facie pallor relinquitur
vt per pallorem meminisset a domino se a
mortuis suscitatus. ¶ Sunt autem
tres medicine per quas deus sanat homīes
in presenti. scilicz per sacramēta. documēta.
corditis sui incitamēta. Primo dico sanat do
minus per medicinam sacrament⁹. ⁊ maxi
me per sacramentū corporis christi: q̄d pro/
prie est ⁊ dicit medicina. De quo dicit Ec/
clesi. xxxviij. Altissimus de terra creauit me/
dicinam. q̄d proprie de corpore domini dici
tur q̄d ex pane qui d terra nascitur altissimo
dñi consilio est cōfectus. Unde Aug⁹. Me/
dicina est celeste ⁊ venerabile sacramentum.
Hinc Bernard⁹. Duo sacramentū corporis
domini operatur in nobis. vt videlicet sen/
sum muniat: et etiam in grauioribus pecca
tis tollat omnino consensum. Et subiūgit.
Si quis vestruz non taz crebros vt solebat
nec tam acerbos sustinet iracūdie motus in
uidie luxurie ac ceterarum: granas agat cor
pori ⁊ sanguini dñi nostri Jesu christi. quo
niam virtus sacramēti operatur in eo. Un/
de domin⁹ Albertus exponens hoc verbum
Eccli. xliij. medicina omniū in festinatione
nebule: dicit. Q. forma panis infra quā cor
pus dñi continetur nebula vocatur. que me
dicina est p̄seruans ab omni infirmitate. Et
subiungit. Hic cibus sanus est ex operatio/
ne. quia operatur sanitatē in homine ipsum
in cōmunione sumentez deuote. Secundo
sanat nos deus medicus per medicinaz vo/

Symōis et iude.

cumentoꝝ. Omnia eniꝫ que mandauit dominus ⁊ que p̄dicauit quid aliud sunt q̄ꝫ medicamina animarum? Unde Sapieñ. xvj. dicitur. Neqꝫ herba: neqꝫ malagma sanat illos: sed tuus domīe sermo qui sanat om̄ia. Hinc Augusti. O medicinā omnibus consolentem. omnia tumētia cōprimentē. om̄ia tabescentia reficientē. omnia sup̄flua resecātem. omnia necessaria custodientez. omuia perdita reparantē. omnia deprauata corrigētem. Unde bene addidit ille sermonez domini esse medicinā qui dicebat Mat. viij. Tātum dic verbo ⁊ sanabitur puer meꝰ. ¶ N

¶ Tercio sanat deus medicꝰ per cordis sui incitamēta: hoc est per cordis affectiōes que sunt virtutes: vt est eiꝰ pietas. benignitas. misericordia. ⁊ charitas. que cor suuꝫ exuberare faciunt ad omnez gratiam exhibendaꝫ. vt quātumcūqꝫ faciliter cor eius nostris precibus pulsetur. oleum sue gratie nostris vulneribus infundat. Unde de eius misericordia ꝙ ipsa sanat dicitur Sapieñ. xvj. Misericordia tua adueniēs sanabit eos. De oībus autem subditur ibidez infra. Substantiā tuā ⁊ dulcedinez tuā quā in filios habes ostēdebas: scilicꝫ sanando infirmitates nostras: vocans dei affectiōes siue eius virtutes substantiā suam. eo ꝙ non insunt accidētaliter sicut nobis: sed insunt ei essentialiter quia non sunt aliud nisi deus. His ergo tribus sanat deus medicꝰ in hac vita peregrinatiōis nostre iufirmitates dispensatiue: tñ de eis in nobis aliquid licꝫ tenuiter derelinquēs vt humiliores cautiores nobisip̄is cognitiores p̄maneamus. Dicit autez dominus Albertus ꝙ deus sanat quadrupl'r. scilicet ab infirmitate p̄seruando. causaꝫ infirmitatis expellendo. sauitatem perditā reparando. sanitatē reparatam cōseruando. hec quatuor per diuinam gratiā deus operatur in nobis. quia per gratiā ab infirmitate preseruamur. vel infirmi iam facti per gratiam sanamur: ⁊ iam sani facti per gratiam cōseruamur. Ultimo sanat deus medicus in patria ad plenam ⁊ perfectaꝫ sanitatem: vt ibi sanati in perpetuū nunq̄ꝫ aliquid de infirmitatibus vel quibuslibet molestijs sentiamꝰ. Et hoc est qd̄ promittit nobis deus p̄ ysa. xlix. vbi dicitur. Longe effugabūtur qui absorbebant te. Hinc Apocal'. xxj. dicit. Absterget deus omnez lachrymā ab oculis sanctorum. ⁊ mors non erit vltra: neqꝫ luctus: neqꝫ clamor: neqꝫ vllus dolor erit vltra q̄ prima abierunt. Ad quā nos p̄ducat.

¶ XCIIII. ¶ Symonis ⁊ Jude.

Symon frater vester scio quia vir est cōsilij: ipsum audite. j. Macha. ij. Dicit Bern̄. Nec studium actionis bone: nec ocium contemplatōis sancte: nec lachryma penitentis accepta esse potuerunt illi: qui tanti habuit obedientiam vt vitam ip̄am q̄ꝫ obedientiaꝫ p̄dere maluit. vnde ex his q̄ passus est christus discimus quāta nos qui puri homines sumus oporteat pro obediētia perpeti p̄ qua ⁊ is qui deus est non dubitauit mori. Verba ergo p̄posita licet venerabis pater Matathias suis contribulibus de Symone filio suo dixerit. nos tamē verba predicta per sensum misticuꝫ altius intelligentes ex p̄sona christi ad celum ascendentis ipsa accipimus. Nec īmerito Matathias enim interpretatur donatus: signās christuꝫ qui super omnia dona est datum optimū descendens a patre luminuꝫ: vt ait Jacobus. qui ascendens in celum. post terguꝫ de Symōe apostolo dixit om̄ibus nobis verbum p̄posituꝫ. Symon frater vester scio quia vir c̄silij est ipsum audite. ac si dicat. Quia meam corporalem p̄sentiam habere non potestis: audite vestruꝫ fratrem tanq̄ꝫ meip̄m qui meis c̄silijs est imbutꝰ. ¶ O ¶ Volētes g̊ gloriosi huius principis audire cōsiliuꝫ sciendū ꝙ in virtute sui nomiuis Symō docet nos obedientiā. non qualēcunqꝫ: sed debitis appendicijs ⁊ circumstātijs adornatam. Nam in suo nomīe qd̄ est Symon hortat nos ad obedientiam. Symon enim obediens dicitur. In eo autem qd̄ dicitur vir consilij: insinuat nobis ꝙ eadem obedientia non debeat esse nuda: sed bonis circumstātijs esse vestita. Dicit enim Bernard. Obediētia simplex nō sufficit si suis stipata comitibus nō aderit. Et subiūgit. Ut ergo obedientia plena sit atqꝫ perfecta necesse est ipsam esse pu-

580

ram · voluntariã. humilem. patientez. fide/
lem. deuotam. diuine dilectiõis fortitudine
roboratam. He semptem conditiões in septẽ
psonis p̃figurate sunt. que vno eodemq; no
mine sicut ex diuinis colligim⁹ verbis. i. no/
mine Symonis sunt figurate. Legimus si/
quidẽ de symone mago. de symone cyreneo.
de symone leproso. d̃ symone machabeo. de
symone petro. de symõe chananeo qui ĩ ma
nibus est de symone on ye filio. Isti septem
illa septem que p̃diximꝰ p̃figurant. nõ om/
nes omnia: sed aliqui aliq̃. quedã remotiue.
quedã positiue. Ista p ordinem ꝓsequentes
primo dicimus ꝙ obediẽtia ad hoc vt sit ef/
ficax debet esse pura. vt solus deus sit in cau/
sa qui est causa causalissima. quicq̃d eniz ex/
tra deum agit̃ nihil valet. Sunt em̃ aliqui
qui oculũ cõsideratiõis extra deũ ad questũ
rei tempalis inflectũt qui solius ambitiõis
causa p̃latoꝝ mandatis obediunt. isti symo
nem magũ induũt. de quo dicit̃ Actu. viij.
Cum vidisset symon qꝛ p impositiõem ma/
nus apostoloꝝ daret̃ spũssanctus: obtulit eis
pecuniã: dicens. Date mihi hanc potestatẽ
vt cuicũq; imposuero manus accipiat spiri
tum sanctũ. Petrus dixit ad euz. Pecunia
tua tecuz sit in perditionẽ: quoniaz donũ dei
existimas pecunia possidere. nõ est tibi pars
neq; sors in sermõe isto. cor em̃ tuum nõ est
rectũ coram deo. Unde Mat. vj. dicit̃. Si
oculus tuus simplex fuerit: totũ cor tuũ luci
dum erit. oculũ intentionẽ vocans. Qd̃ ex/
ponens iterũ Berñ. dic̃. Sunt quoꝝ nõ est
simplex oculꝰ ⁊ receperũt mercedẽ suã. Se/
cundo obediẽtia ad hoc vt sit efficax debet es
se volũtaria. vt in difficilibꝫ ꝓmpte ⁊ hylari
ter impantibꝫ obediamꝰ non tanq̃ homini
bus sed sicut deo placere p oĩa cupiẽtes. co/
acta enim obediẽtia nõ hz meritũ apud de/
um. Hinc. j. Paral. viij. dicit̃. Scito deũ ⁊
seruias ei corde pfecto ⁊ aĩo volũtario. Qd̃
etiã Petrus aplus hortat̃: dicens. Proui/
dentes bona nõ coacte: sed spontanee s̃m de
um. neq; turpis lucri gr̃a: sed voluntarie. vt
testimoniũ Pauli. ij. Coꝝ. vj. nobis possit
veraciter adaptari dic̃. Testimoniũ illis p/
hibeo ꝙ sup̃ verticẽ volũtarij fuerũt. ¶ P
¶ Sed notandũ ꝙ nõ om̃is obedientia de
bet esse simplr̃ volũtaria. Cum eniz aliquid
de ꝓsperis ⁊ delectabilibꝫ p̃cipit̃: vt cum ali
cui ep̃atuz vel abbatiã vt accipiat p̃cipiatur
talis obediẽtia non debet esse simpliciter vo
luntaria: sed s̃m quid: hoc est s̃m aliquid. i.
s̃m voluntatez dei. Quod Gregorius pul/
chre nobis insinuat: ita dic̃. Obedientia si
de suo aliquãdo aliquid nõ habeat nulla est.
aliquãdo autez si de suo aliquid habeat mi/
nima est. verbi gratia. Cum hui⁹ mundi suc
cessus p̃cipiat̃ cum locus superior imp̃at̃ is
qui ad percipiẽda hec obedit: obedientie si/
bi virtutem euacuat si ad hec etiam ex pro/
prio desiderio anhelat. non enĩ in hac re ipse
obedit: sed suo desiderio obedit. Rursuz cũ
mundi despectus p̃cipitur: cuz opprobria cõ/
tumelie vel etiaz damna quelibet iubemur
nisi hec ⁊ ex semetip̃o animus appetat obe/
dientie sibi meritũz minuit. quia ad ea que
in hac vita despecta sunt inuitus nolẽsq; de
scendit. Debet ergo obedientia in aduersis
de suo aliquid habere. ⁊ rursuz in ꝓsperis d̃
suo aliquid nõ habere. quatenꝰ in aduersis
tanto gloriosior sit: quãto diuino ordini eti/
am ex desiderio iungit̃. ⁊ in prosperis tanto
sit verior: quãto in presenti ip̃a quam diui/
nitus p̃cipit gloriã funditus ex mente sepa/
ratur. Si ergo obedientie palmaz apprehen
dere veraciter nitimur: prosperis huius secu
li ex sola iussione inuiti: aduersis autez ex de
uotione militemus. Et sic patet quomõ de/
beat esse voluntaria. Sed heu p̃latoꝝ man
datis multi obediunt: sed inuiti ⁊ semp cnz
murmure. qui non solum nõ acquirũt meri
tum: sed penaz murmurantiũ incurrũt. Hi
tales induũt symonem cyreneuz. qui inuitꝰ
crucez dñi portauit: ⁊ cãdez in angaria baiu
lauit. ¶ Q Tercio obediẽtia deo grata de
bet esse hũilis. quã illi exoluũt qui p̃teritoꝝ
suoꝝ malorũ memores ⁊ p hoc humiles: eo
diuinis mandatis hũiliter obediunt. quo p
obedientie bonuz ad deum se posse redire cõ
pati videamur teste conscientia innocenter. Tunc enim nostre passiões ad maximũ sta/rent meritum: cum non ad peccati purgatio nem sed ad meriti cumulatiõez pateremur. Naz de peccati purgatione dic̃ Pet. Que est gratia si peccantes colaphizati suffertis? De secunda aũt flagellatiõe statim subiun/git. Sed si bene facientes patienter sustine/tis: hec est gratia apud deum. Nam de tali/bus passiõibus dicit apostol⁹. ij. Corin. Id qd̃ ẽ momẽtaneũ ⁊ leue tribulatõis sup̃ mo dum in sublimitatẽ eternũ glorie pond⁹ ope ratur in nobis. Tercio domin⁹ ꝑtulit gaudẽ ter: ipso dicente Johã. Desiderio delidera/ui mãducare hoc pasca anteq̃z patiar. Sic ⁊ nos non solum patiẽter: nec solũ libenter: sed ⁊ gaudẽter ea que patimur sufferamus. hoc fideliter agẽtes vt semꝑ aliquid dilecti/onis ⁊ beneficij singularis illis exhibeam⁹ a quibꝫ sufferim⁹ nostras passiones. De his duobus exercitijs: scz operoso ⁊ penoso dicit Berñ. Electoꝝ est bona facere ⁊ mala perpe/ti. Tũc em̃ supra modũ proficimus cũ am/bo ista in nobis recipiunt incrementũ. So/let em̃ hoc facere dei benignitas circa electos vt cum fecerint om̃ia tanq̃z serui inutiles fla gellent̃. ¶ L ¶ Tercio vita spiritualis de/bet esse virtuosa: hoc ẽ plena virtutibꝫ. qd̃ ne cessario sequit̃ ad p̃dicta. Nullum enim bo num sine virtutibꝫ deo poterit esse gratum: dicente Berñ. Quãtũlibet te affliges: quã/tumlibet te crucies: nõ sui copiam tibi tribu et qui dn̄s virtutum dicit̃: nisi fueris virtu/tibus adornatus. Obmissis autẽ omnibus alijs tres virtutes specialiter ad vitam reli/giosam ꝑtinentes breuiter ꝑcurramus. scili cet castitatem. humilitatẽ. charitatem. Ca/stitatem aũt hic accipim⁹ non soluz ꝓ absti/nentia omniũ voluptuosoꝝ: sed omniũ sup̃ fluorũ. Nunq̃z enim religiosus gustabit dei delitias: nisi abstineat a sup̃fluis ⁊ terrenis. Propter qd̃ dicit̃ religiosis Osee. Noli le/tari israhel: noli exultare sic̃ populi. In qui/bus verbis religiosus ꝓhibet̃ a leticia secu/lari. Cur hoc? qꝛ dic̃ Aug⁹. Si anim⁹ hz vñ oblectet̃ extrinsecus: sine delitijs manet in/trinsecus. Cur autem hoc sit ostendit Berñ. dicens. Anima sine delectatiõe esse nõ pote/rit. aut enim delectabit̃ in infimis ⁊ caret su premis. ant in sup̃mis et infima cõtemnit. Secunda virtus est hũilitas. que licet om/ni homini sit necessaria ad salutem: summe tamẽ necessaria est religiosis, ꝓpter qd̃ defor mati sum⁹ ab alijs hominibꝫ habitu et ton/sura vt ip̃am faciliter acquiram⁹. Hinc de/us monet specialr̃ aplos tanq̃z religiosos: dicens. Discite a me qꝛ mitis sum ⁊ humi/lis corde. Est enim hec virtus summe neces saria ⁊ ꝓprijssima virt⁹ religiosoꝝ. alias em̃ virtutes et gratias meret̃ humilitas: iuxta illud. Deus sup̃bis resistit: humilibꝫ autẽ dat gratiã. Datã cõseruat. qꝛ iuxta ysa. Nõ requiescit spiritus: nisi super humilẽ ⁊ quie/tum. Seruatas ꝑficit ⁊ consũmat: iuxta il/lud Apl̃i. Virt⁹ in infirmitate perficit̃. Ter cia virtus est charitas. sine qua nõ solũ pre dicte virtutes: sed nullũ bonũ penitus pla/cet deo. Nam iuxta apl̃m. Non fides placet etiam si montes quis transferat: nec scientia etiam si lingua quis loquat̃ angelorũ. non martyriũ etiam si tradiderit corp⁹ suũ quis ita vt ardeat. nec elemosyna etiam si dederit quis omnem substantiã suam in vsus pau/peruz. Q si alquis de his virtutibꝫ aliquid amplius loqui cupiat: q̃rat in locis suis vbi diffusi⁹ hec ꝑtractãtur. ¶ M ¶ Tercio ad vitam eternã festinandũ est. ⁊ hoc ꝓpter tria Quia ibi est quies delitiosa. leticiosa copio/sa. dignitas gloriosa. que tria totã beatitudi nem in se claudũt. Primo ergo festinandũ est ad celestem patriã qꝛ ibi est quies delitio sa. in quo duo tangũtur. scilicz quies ⁊ deli/tie: que duo copiosissime in patria possidẽ/tur. Nam de quiete dicit̃ Prouerbi. iij. Si dormieris scilicz morte corꝑali non timebis quiescas ⁊ suauis erit somnus tuus. Et sub iungit hui⁹ quietis causam: dicens. Domi nus erit iu latere tuo. ⁊ custodiet pedem tu/um ne capiaris. De hac dicit̃ ysa. xxxij. Si/lentiũ ⁊ securitas in eternũ erit. ⁊ sedebit po pulus meus in pulchritudine pacis ⁊ in ta bernaculis fiducie ⁊ in requie opulenta. Et bene dicit̃ opulenta. qꝛ nihil erit a dextris et a sinistris retro ⁊ ante: intus ⁊ extra qd̃ nos aliq̃liter inquietet: ita vt cuz ꝑuenerim⁹ gra tulabũdi: dicamus illud Eccl̃i. Modicum

laboraui ⁊ inueni mihi multam requiez. Et subiũgentes illud ꝑs. Hec requies mea i seculum seculi hic ⁊c. De delitijs quas habituri sum⁹ dicit ysa. lxvj. Gaudete qui lugebatis. quia replebimini ab vberibus consolationis eius: vt delitijs affluatis ab omnimoda gloria eius. Harũ autem delitiarũ ꝙ supefluens copia ex duabus causis super nos cumulat̃. scilicet quia ab oĩbus in nos fluunt: ⁊ in nos totos. Primo dico ab oĩbus in nos fluũt. scilicet a deo patre: filio: spiritu sancto. a beata virgine. a singulis angelis ac ꝙ sanctis. ⁊ ab omni que tunc ꝓmanet creatura. Hinc est ꝙ eadem supefluens abundantia deliciarũ dicit torrens. ꝙ sic ex multis riuulis cõfluentibus tandez torrens exuberat: sic delitie ex deo ⁊ ex omnib⁹ creaturis in animam confluẽtes supefluentez torrẽtem faciunt omniũ deliciarũ. Et hoc est qđ dicitur in ꝑs. Inebriabũtur ab vbertate domus tue: ⁊ tor. vo. ⁊c. Secunda causa ꝓpter quaz celestes delitie in tanta redũdantia possidentur hoc est. quia de omnibus cõfluit in nos totos. alioquin quomõ deus erit oĩa in oĩbus vt ait apostol⁹. si in homĩe de homine aliquid remanebit: Si ergo deus erit omnia in oĩbus: necesse est vt totus transeat in deum. ita vt de homĩe nulla ꝓcium cula remaneat extra deum. Et hoc est qđ declarat Bernarđ. in vna sententia satis pulchra: dicẽs. In illa futura vita inestimabilis ⁊ ineffabil̃ delectatio inebriabit electos. ⁊ in super effluenti dulcedine totos absorbebit. Et exponens seipm statim subiũgit. Oculi totos oculos. aures. os. lingua. dentes. guttur. manus. pectus. cor. iecur. pulmo. ossa. medulle. imo exta ipa ⁊ cũcta singillatim singulaꝙ membra eorũz mirabili delectationis ⁊ dulcedinis sensu replebũtur. Et hoc est qđ promittit̃ nobis Deutro. vbi dicitur. Rerum omniũ abundantia perfrueris. qui autem dicit omniũ: nihil ex omnibus videtur excipere. Et ideo dicit ysa. Tũc videbis ⁊ affluez ⁊ mirabereris ⁊ dilatabit̃ cor tuum: quãdo conuersa fuerit ad te multitudo maris: scilicet omniũ gratiarũ. ☞ Secũdo festinandũ est ad eternam patriam: quia ibi est letitia copiosa. Gaudebimus enim de bono ꝓprio: de bonis singulorũ ⁊ omniũ tanꝙ nostro. super omnia autem de visione dei ineffabili letitia absorbemur. đ qua ꝑs. Adimplebis me letitia cũ vultu tuo. Hinc ysa. lxv. Gaudebitis ⁊ exultabitis vsqꝙ in sempiternũ. Gaudebunt enim supra se de dei visione. infra se de inferni euasiõe. intra se de corporis ⁊ anime glorificatiõe. extra se de angelorum ⁊ hominũ associatiõe. retro se de mirabili ꝙuentione. ante se de perpetua securatione. circa se de omni bonorũz stabili ꝓmansione. De quorũ omniũ cumulata letitia dicit Bernarđ. Reuera videre nõ possũz quo modo ineffabile gaudiũ circũquaqꝙ non habeat quem tot cõmoda felicitatis circũdant sine fine. Gaudebis enim de bonis tuis multum nimis. sed si haberes aliquẽ quez sicut seipm penitus amares: de cuius bono sicut de tuo gauderes. illumqꝙ nõ minore ꝙ te felicitate per omnia vultum videres. nõne in gaudio eius gaudiũ duplicatuz haberes. si ⁊ o duos vel tres vel plures tibi pares in amore possideres ⁊ eos ea felicitate ꝓspicuos cerneres: nõne ꝓ eorũ numero in te multiplicaret̃ gaudij tui magnitudo Potest ne ẽ illius gaudij modus a quoꝙ homine penetrari: cũ vltra mille milia ⁊ decies milia centena milia innumerabiles sint ⁊ oĩes beati tudine eadem ꝑfruãtur. nec vllus eorum sit qui non tantũ de bono alterius gaudeat ꝙntum de suo: qđ tamẽ ego salus reuerẽdi patris nostri Bernardi verbis estimo itelligẽdum. nõ intensiõe gaudij sed i numero gaudiorũ. que omnia adhuc respectu eius quẽ supra se vident deum minus habent. Cum enim vident supra se: eum a quo omnia habent in tam inestimabili gloria fulgentez. et in eadem gloria oĩes eos pluscꝙ ipsi se mutuo ⁊ ꝙ deum diligant in infinitũ amantẽ. gaudent đ eius gloria super omnia gaudia ꝓius dicta. in cuius felici visione ꝓsistit vita eterna: dicente filio Joh. xvij. Hec est vita eterna vt cognoscant te verum deũ ⁊ quẽ misisti Jesum christum. cuius visione vt abundãtius ꝑfruamur videbimus eũ tripliciter. scilicz in oĩb⁹ creaturis. in nobis metipis. ⁊ ꝙ his oĩbus ineffabiliter iocundius est atꝙ beatius nuda facie in semetipo

Indicaiaꝝ.

videbimus trinitatem: gloriã eius sine vllo enygmate mundo cordis oculo cõtemplantes. ¶ O ¶ Tercio festinanduz est ad eternam vitam. quia ibi possidet dignitas gloriosa. hec autẽ dignitas maxime in hoc cõsistit quia singuli sanctoruz transeũt ibi in dignitatem regalẽ vt sint sponse ⁊ regine. non cuiuscũqz de plebe: sed regis dei qui se singl'is ibi exhibet ac si nullum habeat ibi ampli⁹ diligendũ: ita videlicet vt ipse rex solam suaz reginam diligat: ⁊ omnis reliqua multitudo ad eoruz nuptias ⁊ obsequiũ sit collecta. Mentior ego si hoc non dicat dñs per ꝓphetam ysa. lx. Leua in circũitu oculos tuos: et vide omnes isti cõgregati sunt venerunt tibi. ac si dicat. Omnes cõgregati sunt ad honorem tuũ: obsequiũ ⁊ decorẽ. Unde sicut sponsus ⁊ sponsa terrestris omnes quos in nuptijs suis cõgregatos viderint venisse: nõ dubitant propter eos. sic singule sponse estimant in celo de om̃ibus cõgregatis. Q autem deus singulis se exhibeat tanq̃z sponsuz ⁊ singl'as habeat tanq̃z spõsas: oñdit Hern̄. dicẽs. Spõsus noster domin⁹ christus spõsa v̄o eius nosip̄i sum⁹. ⁊ omnes simul vna sponsa que est ecclesia. ⁊ anime singulorum quasi singule sponse que se mutuo cum tanto delitiarũ affectu alterutrũ intuent ac si soli videant ⁊ videantur. Qd̄ aperte ostendit Hern̄. dicẽs. Audite mirum: sed verum. anima deum videns non secus videt q̃z sola videatur. Ex his omnibus cõcludit Aug⁹. ꝙ merces sanctorũ tam magna est ꝙ non potest mẽsurari. tã multa ꝙ nõ potest numerari. tam copiosa ꝙ non potest terminari. tam preciosa ꝙ non potest estimari. Ad que gaudia ⁊c̄.

¶ CI. ¶ In die animarum.

A Mortuo nõ prohibeas gr̄am. Eccl'i. vij. ¶ P. Dicit Hern̄. Trine descensiones locorũ sunt quas pro diuersitate meritoruz anime sortiũtur. Ad celũ statim auolãt qui domicilio corpis vsi sunt tanq̃z carcere qui defectiuã substantiã vtriusqz hominis purã seruauerũt. Ecõtra qui fecerũt vsqz ad mortem que digna sunt morte locis gehennalibus sine misericordia deputãtur. Qui vero inter vtrũqz sunt. i. qui mortalia cõmiserũt. sed circa mortem penituerũt penitentiã non explẽtes: indigni vt statim gaudeãt. nec digni vt semp ardeãt purgatoriũ sortiũtur. in quo flagellant vt excocti transferant ad regnuz. Pro his qui in celo sunt nec est orandum: sed eos non ꝓ eis orare debem⁹. Pro his v̄o qui in inferno sunt: suspendẽde sunt preces. quippe quibus clausa est misericordie ianua ⁊ toti⁹ spes ĩterclusa salutis. Pro illis autez vigilandũ est in oratiõibus: subueniendũ elemosynis: ac sacrificio hostie salutaris qui locis purgabilibus emundãtur vt benignus pater penam eoꝝ in satisfactionem: satisfactiõem in glorificatiõem cito cõuertat. Et quãto maior est necessitas indigẽtis: tato gratiosi⁹ est opus misericordie subueniẽtis. Et quia nemo pauperior his qui in purgatorio detinentur. ideo qui illis subuenit bñficia exhibet grata valde. Qui em̃ nihil om̃ino habet vnde necessitati sue cõsulat pauper est. Qui autez cum hac panpertate detinet in carcere vt non possit ꝑuenire ad eos qui sue pauꝑtate subueniãt pauperior est. Qui autẽ cum his duobus tanta inualitudine constriugit vt nec manuz ad os porrigere valeat: pauperrim⁹ est. ⁊ tales sũt homines qui pro suis excessibus in purgatorio detinentur. Et ideo deus misericordia motus hortat nos in verbis ꝓpositis vt eisdem pauꝑibus misericorditer subueniam⁹. Nec dubiũ quin gratissimũ in eisdem obsequium deo exhibeamus. quippe quia amici dei sunt q̃s ab eterno dilexit ⁊ diliget in eternum. ⁊ ideo grata est ei nostra subuẽtio quã talibus exhibem⁹. In verbis ergo ꝓpositis tria possumus intelligere. scilicet mortuorũ diuersitatem. subuenientiũ habilitatẽ. subuentionũ acceptabilitatem. Primuz ibi A mortuo. Secundũ ibi: non ꝓhibeas. Tercium ibi. gratiam. Hec per ordinez ꝓsequentes primo dicimus ꝙ in hoc nomĩe mortuo tangitur diuersitas mortuoꝝ. Cum eniz nõ dicatur a mortuis ĩ plurali: sed a mortuo in singulari: innuit ex hoc ꝙ non omnib⁹ mortuis subueniendu z est: sed vni tantũ generꝝ mortuoꝝ. ¶ Q ¶ Propter qd̄ sciendũ ꝙ

Sermo

Sm Augustinū tria sunt genera mortuorū. scz valde boni. valde mali. mediocriter boni ⁊ mali. qđ exponit ꝑ singula ita dicēs. Ual de mali sunt qui ex ꝑfidia cordis oris ⁊ operis dicūt deo illud Job. Recede a nobis: scientiaz tuarū viarū nolumus. In quibꝫ verbis tangit tria genera valde maloꝝ mortuorum. Nam in hoc ꝙ dicit ꝑfidia cordis: tangit omnes hereticos qui sola perfidia cordis a dño recedētes christianis hominibꝫ ne deprehendātur: ore ⁊ opere se cōformāt. Cū autem subiūgit ꝑfidia oris: tangit omnes qui publice suut infideles: vt sunt iudei. saraceni. pagani. ⁊ omnes natōes que aꝑto ore cōtradicunt fidei christiane. Cum aūt concluditur ꝑfidia operis: tāgit malos christianos qui corde ⁊ ore ꝯsentiūt fidei: sed malis operibus cōtradicūt: quos omnes infideles deus reputat eo ꝙ fidei cordis ⁊ oris testimonium operis non adiūgunt. ⁊ sunt de quibꝫ dicit aplus. Confitent̄ se nosse deum. factis autem negāt. Item Jaco. Quid ꝓdest si fidem quis dicat se habere: opera autē non habet. nūquid fides poterit saluare euz? Et subiungit. Tu credis quoniā vnus est deus: benefacis. ⁊ demōes credūt ⁊ cōtremiscūt. Sicut ergo corpus sine spiritu mortuū est: sic fides sine operibus mortua est. Hinc Johan. Qui dicit se nosse deū ⁊ mandata eius non seruat mēdax est. ⁊ per cōsequens peribit. qꝛ perdet deus omnes qui loquūtur mendacium. Et hoc est qđ dicit Grego. Vera fides est que in hoc qđ verbis dicit moribꝫ nō contradicit. Qđ cum ita sit fidei nostre veritatem in vite nostre consideratōe debemus cognoscere. Tūc eniz vere fideles sumus si qđ verbis ꝓmittimus: operibus adimplemus In die enim baptismatis omnibꝫ pompis antiqui hostis renūciare ꝓmisimus. si ergo hoc ꝓmissuz soluimus: fideles apud deū veraciter reputam̄. Ista ergo tria geuera mortuoruz dicunt̄ et sunt valde mali. qꝛ statim vt de corpe exeunt: in eodez puncto ad inferna descendūt: nunqꝫ inde exituri donec reddant vsqꝫ ad nouissimū quadrantē. vocans uouissimū quadrantē minimuz veniale qđ nunqꝫ per penam diluitur. dicente Grego. Qui de magnis malis debitores sunt supplicijs traditi: etiam nouissimū quadrantez soluere cogunt̄. quia quos magna premūt: etiā mala minima in gehenna affligūt. Unde hoc aduerbiū donec sumitur hic pro infinito sonans eternitatē. vnde sensus est. Nō exibunt in de donec reddāt nouissimū q̄drātez: hoc est qꝛ nō possunt: ergo nunqꝫ exibūt. Et est causa. qꝛ corpus ⁊ anima simul peccanerunt: anima cōsensuz dante ⁊ corpe opus perficiente: et idcirco deberent simul satisfacere. sed mortuo peccatore corpus in terra cōsumitur: anima in inferno sepelit̄. nec vnqꝫ simul cōueniūt vsqꝫ ad diē nouissimuz. q̄ dies p̄fixus est ad sententiā ꝓmulgandā nō ad emendā faciendā. Et ideo de talibꝫ mortuis non est verbum ꝓpositu. nec pro talibꝫ est oranduz. quia nulla eis prosunt suffragia: sed magis noceut. dño cōminante ꝑ ꝓphetam Ego maledicā maledictiōibus vestris ¶ R ¶ Unde si beata virgo cū omnibus sanctis vsqꝫ ad nouissimū diem ꝓ vna damnata anima dño supplicarent: ipe eam nullatenus exaudiret. ⁊ hoc ꝓpter duas causas. Primo qꝛ sunt extra statum ⁊ terminū misericordie ⁊ gr̄e: vt nulla gratia possit pertingere ad eosdē: dño dicente per ꝓphetam. Isti vocabunt̄ termini impietatis: ⁊ populus cui iratꝰ est dñs in eternū. Hinc Mat. Magnū chaos ⁊c. Secūda causa est. quia deus qui est eterna veritas fortissimū iuramentum p̄stitit vt nunqꝫ misericordiā consequantur. quia licet sit om̄ipotens: nullatenus tamē potest venire contra suū iuramentum. Hoc autem iuramentū tam in veteri testamēto q̄ꝫ in nouo est firmatū. Nā in veteri dicit̄ per Hiere. Viuit dominus si steterit Moyses ⁊ Samuel corā me. non est anima mea ad populuz istum. eijce eos. a facie mea egrediātur. Dicit ergo om̄ibus electis in celo ⁊ in terra illud Hiere. Noli orare ꝓ populo isto in bonū. quia nō exaudiā te. Itē in nouo testamento dicit̄ Mat. Amen amē dico vobis non recedet inde. Sz diceret aliquis. que sunt peccata pro quibus peccatores tam grauiter damnabūtur. Respondeo ꝙ aplus enumerat ea euidēter: dic̄. Manifesta sunt opera carnis: que sunt fornicatio. īmundicia. inimicicie. cōtentiones. ire. rixe.

In die mar.

dissensiones. inuidie. homicidia. ebrietates. comessatões. ⁊ his similia que p̄dico vobis. quoniã qui talia agunt: regnũ dei non cõsequẽtur. Si autem non cõsequẽtur ergo nõ damnabũtur. qꝛ non est dare mediuꝫ. Cui cõsonat Johan. in Apocal. dicẽs. Timidis ⁊ incredulis: ⁊ execratis ⁊ homicidis ⁊ fornicatoribus. veneficis ⁊ ydolatris ⁊ omnibus mẽdacibus: pars illoꝝ erit in stagno ardenti igne ⁊ sulphure. qđ est mors secunda. Hec peccata adhuc Augus. euidentiꝰ exprimit: dicens. Quãuis apostoli multa capitalia enumerauerint: nos tamẽ ne desperationem facere videamur: breuiter dicamꝰ que sunt illa. Sacrilegiũ. homicidiũ. adulteriũ. falsum testimoniũ. furtum. rapina. sup̄bia. inuidia. auaricia. ⁊ si longo tempe teneatur iracundia: ⁊ ebrietas si sit assidua: in eoruꝫ numero computãtur. Et subiũgit. Quicũq̄ ergo aliqua de istis peccatis in se domiari cognouerit: nisi se digne emendauerit ⁊ si habuit spaciuꝫ longo tempore penitentiam egerit. ⁊ largas elemosynas erogauerit. et a peccatis eisdem abstinuerit: trãsitorio igne purgari non poterit. sed eterna illa flãma sine vllo remedio cruciabit. ⁊ ideo pro talibꝫ mortuis non est orandnꝫ. quia nullo modo poterunt liberari. dicẽte p̄s. Pones eos vt clibanuꝫ ignis in tempe vultus tui. i. q̄diu vultꝰ dei durabit. Hinc est qđ de eisdẽ mortuis dicit. Mors peccatorũ pessima. ¶. S.

¶ Est enim mala ꝓpter temporaliũ relictionem. peior propter perpetuaꝫ damnatõem. pessima propter diuinẽ faciei eternã separationem. Primo dico mors peccatorũ est mala propter temporaliũ relictiõem. Cum enim peccator moriẽs relinquat omnia dilecta ꝓpter quoꝝ adhesionẽ fruitionẽ ⁊ cõsolationẽ deum perdidit et regnũ celoꝝ noluit: merito talis relictio facit mortẽ malam. Unde diues ille euãgelicus moriens ita funditꝰ perdidit omnia temp̄alia: vt in inferno sepultꝰ de omnibus relictis guttam aque nõ potuit impetrare. Secũda mors peccatoꝝ est peior propter perpetuã damnatiõem. quia damnati acerbissima pena luent om̄ia simul. nec tamen in perpetuũ a minimo expiantur. hoc est qđ dicit Hiere. Ecce ego inducaꝫ super eos mala de quibus exire non potuerunt. et clamabũt ad me ⁊ non exaudiam eos. Tercia mors peccatoꝝ est pessima propter diuĩe faciei eternam separatiõem. hoc enim super omnia mala pessimũ est: dicente Criso. Nõ puto ita acerba esse gehẽne supplicia vt sunt illa quibus torquet̄ is qui arcetur a conspectu christi. hoc (crede mihi) penis omnibus grauius est. hoc est soluꝫ qđ sup̄at gehennã. Secundi mortui sunt ⁊ dicũtur valde boni: qui statuꝫ puritatis tenẽtes nullis sunt huius mũdi sordibꝫ inquinati. vel si sunt inquinati per fortissimã penitentiã ⁊ satisfactiõeꝫ plenissime sunt purgati. quorũ anime statiꝫ vt de corpore exeũt sine medio auolãt ad regna celorũ. Sed qui sunt hi ⁊ laudabimus eos. ¶ T. ¶ Sunt tamẽ taliñ quatuor genera hominũ. scilicet innocẽtes. penitentes. patientes. ⁊ cõtemplãtes. que nobis in scriptura per quadruplicẽ celi apertionẽ sunt lucide declarata: quod de singulis per ordineꝫ videamus. Nam de prima apertiõe dicitur Mat. iij. Ecce celi aperti sunt super eum: scilicet Jesuꝫ. ⁊ vox de celis audita est. Hic est filius meus dilectꝰ. In q̄ celi apertõe innuitur ꝙ omnes in puritate baptismatis decedentes celum habent sibi apertũ. Secundo vere penitẽtibus celuꝫ est apertum. qđ in secunda apertiõe innuit. Sic enim dicitur in Act. x. Ascendit Petrus in sup̄iora domus vt oraret ⁊c. ⁊ cecidit super eum mentis excessus. ⁊ vidit celũ ap̄tũ. ⁊ descẽdẽs vas q̄ddã velut lintheũ magnũ q̄tuor initijs sũmitti de celo ĩ terrã in q̄ erãt oĩa quadrupedia et serpentia terre ⁊ volatilia celi. ⁊ facta est vox ad eum. Surge Petre occide et manduca. Ait autẽ Petrꝰ. Absit dñe quia nunq̄ mãducaui omne cõmune ⁊ ĩmundũ. Et vox iterum ad euꝫ. Qđ deus purificauit tu ne immundũ dixeris. Per qđ innuit ꝙ om̄es vere penitentes qui per fortissimã contritionẽ omne ĩmundũ qđ in lintheo cõscientie inueuerũt mactant ⁊ occidũt. ipsi sunt quibꝫ statim vt de corpe exeũt celũ sine dubio est ap̄tum. Tercio martyriũ patiẽtibus celum est apertum. qđ iterũ in Act. vij. legit. vbi Stephanus in passione positꝰ: ait. Video celos apertos. Per qđ innuit ꝙ celuꝫ martyribꝫ

est apertum. Verus quia vt ait Grego. In pace iam viuit ecclesia vt nemo iam martyrium patiat. Deus saluti nostre inuigilās: puidit quedaz exercitia que martyrio equipollēt. require supa sermōe. ix. de sancto Stephano. Quarto celum apertuz legimus in Apocal. vbi Johānes in pathmos insulam relegat⁹ dixit. Ecce ego Johānes vidi ostium apertū in celo. Per qđ innuit qđ ab omnibus mūdi actibus elongati: et diuine contemplatiōis ocio dediti: ad celuz statim vadunt. nec pro his mortuis est oranduz: sed magis nos eoz intercessiōibus indigemus. De his enim mortuis dicit. Preciosa in cōspectu dñi mors sanctoz eius. i. plena pcio. Habent enim preciuz de mundi liberatiōe. inferni euasione. regni celorū eterna possessione. Et sunt de quibus dicit apostol⁹. qui supra fundamentuz qđ est christus superedificant autz argentum et lapides pciosos. Qđ exponit Aug⁹. dicēs. Fratres. sunt homīes omino cōtemptores huius seculi: quibz nō est notuz quicqđ fluit temporaliter. non hrēt dilectiōe aliqua terrenis rebus. sancti. casti. iusti. cōtinentes. et forasse oia sua vendentes et paupibus erogātes. aut possidētes tanqz non possidētes. et utentes hoc mundo tanqz non utentes. ipsi sunt pro certo qui supra fundamentū scz christum superedificant aurū et argentū et lapides pciosos. aurū scz amatorie dilectiōis. argentū edificatorie locutiōis. lapides pciosos meritorie operatiōis. ¶ Vel. ¶ Tercij mortui sūt mediocriter boni et mediocriter mali. et sunt qui capitalia crimina non cōmiserūt. vel si cōmiserūt p pmtentiā et satisfactōem licet insufficientē in venialia cōmutauerūt et multa venialia addiderunt. hi tales quia nō habēt capitalia: euadūt infernū. sed quia habent venialia nō statim trāseunt ad celū: sed in loco mediocri hoc est in purgatorio detinent taz diu quousqz predicta venialia per ignē purgatorij cōsummuntur: vel p suffragia sanctoz redimunt. Vnde Aug⁹. Qui crimīa capitalia non admittunt: sed ad minuta perpetrāda faciles sunt et ad redimendū negligētes: ad vitā eternaz sine dubio venturi sunt. sed prius aut in hoc seculo p dei iusticiā amarissime sunt torquē di aut per multas elemosynas et orationes liberandi. aut certe illo igne de quo dicit apostolus. sic quasi p ignē longo tempe cruciandi. Que sunt autē illa venialia Augus. enumerat; dicens. Quotiēs aliquis in cibo vel potū plus accipit qz necesse sit. quotiens flagello dei impatiēs fuerit. quotiens plus loquit qz oportet. plus tacet qz expedit. quotiens excepto desiderio filioz vroreż cognouerit. quotiēs malas cogitatōes sine cōsensu admiserit. quotiēs in diuino seruitio negligēs fuerit. quotiēs terrena dilexerit citra deum tamē. hec et similia adminuta peccata p tinere non dubiū est. Ex quibz peccatis licz aīa nō damnet: tñ velut quibusdā pustulis et quasi horrenda scabie deformat anima vt cum his ad amplexus dei in celo nullatenus admittat. et ideo quicqđ de his minutis cōtinuis oratōibz. elemosynaz largitōibz. misericordie opibz. missaz ꝓpatōibz. ieiunijs. indulgētijs eorū qui in nos peccauerūt assidue redemptū nō fuerit: aut hic multis tribulatiōibz expiat: vel illic in purgatorio deputat. hoc ipm tñ anima patit plus et min⁹. Quā diuersitatē aplus insinuat ad Corin. vocans eadē minuta ligna fenū stipulaz. nō qđ sint talia: sed quia cruciāt plus et minus. ¶ Sequit secundū principale: scz non phibeas. in q monemur vt ad suffragia eis exhibenda nos habilitemus. Ipsoz autem suffragia tripliciter phibemus. scz si in peccatis mortalibus viuim⁹. si ab eis cōpassionis oculos auertimus. si nihil p eis facim⁹. Primo ergo si gratiā eorū phibere nolum⁹ ad intercedendū p eis: faciam⁹ nos ydoneos p peccatoz emendatōem: ne nobis p eis in peccatis orantibus dicat deus illud Luc. Medice cura teipm. Dicit enī Gre. Cuz indignus ad intercedendū mittit: irati animꝰ ad deteriora puocat. faciāt tñ bona que possunt. qz non in faciētiuz: sed patientiū charitate a dño sortiran acceptant. Secūdo grauz eoz phibemus si oculos cordis ab eoz miserijs auertam⁹. Faciam⁹ ergo hui⁹ oppositū et quicqđ ad eoz cōpassionem nos puocare possit exerceamus. cogitātes quātū nos vellemus iuuari si in simili essem⁹ miseria constituti. imo si digitū haberem⁹ in igne quez

In dic aiaꝝ

per nos retrahere nõ possem⁹: q̃ valido clamore om̃es nostros amicos ĩuocarem⁹. qd̃ ergo nobis fieri cupimus: alijs simil'r faciamus. Dicit enim Greg. Ea fidelitate qua nũc defunctis succurrim⁹: nobis simil'r succurretur. Tercio eoꝝ gratiã ꝓhibemus si nihil ꝓ eis facim⁹. q̃ si subueuire eis cupim⁹: omnia q̃ pro nobis ip̃is facimus eis impartiamur. nec ex hoc minus habebim⁹: sed omnia opa nr̃a duplicant̃. Nam si ip̃a nr̃a opa pie eis cõmunicanerim⁹: ip̃is ꝓderũt. sed fidelitas nostra nobis copiosius a deo recompensat̃. Sũt em̃ amici dei q̃s ab eterno dilexit. ⁊ ideo quicq̃d ꝓ amicis dei facim⁹: deus copiosissime nobis reddet. ¶ V ¶ Sequit̃ terciũ principale. s. gratiã. in quo tangit̃ suffragiorũ acceptabilitas. Et licet multa sint genera gratiarũ quib⁹ mortuis possum⁹ subuenire: omnes tñ illas ꝑm triplicẽ habitũ rerum in triplicẽ gr̃am colligamus. habemus enim res. corpus. ⁊ animã. Ex reb⁹ g̃ subueniamus elemosynarũ largitõe. ex corpe aũt quarũlibet penalitatũ exercitatiõe. ex aĩa autem interna ꝯpassiõe. Naꝫ de prima gratia dicit̃. Sicut aqua extinguit ignẽ: sic elemosyna peccatũ. De secũda gratia dat̃ regula in theologia q̃ pena pene resolutoria est. De tercia ex ꝑsona defuntoꝝ dicitur Job. Miseremini mei ⁊c̃.

¶ CII. De eodem sermo. ij.

Memor esto iudicij mei. sic enim fiet ⁊ tuuꝫ. Eccl'i xxxiiij. ¶ Z ¶ Dicit Aug⁹. Sic ꝑtinet ad diuinã iusticiã bonos ꝓpter venialia in purgatorio cruciari. ita ꝑtinet ad bonitatem ⁊ misericordiã dei eosdẽ ꝑ suffragia liberari. Et qꝛ hi qui in purgatorio detinent̃ amici dei sunt quos ab eterno dilexit ⁊ diliget in eternũ. ideo ad eoꝝ subuentõem deus tripliciter nos hortat̃. scꝫ ꝑ scripturã creaturam. ⁊ figurã. Primo ꝑ scripturã nos hortatur: dicẽs singulis ⁊ om̃ib⁹ nobis illd̃ Esd̃. Vittite ꝑtes eis qui nõ preparauerũt sibi. quippe qui in nullo possunt ꝑsonaliter se iuuare. ⁊ ideo sup̃ omnes hui⁹ mũdi paupes pauprimi iudicantur. Hinc Prouer. xxiiij. Erue eos qui ducunt̃ ad mortem: ⁊ qui trahuntur ad interitũ liberare ne cesses. Secũdo hortamur ꝑ creaturã. Videmus eniꝫ ad sensuꝫ q̃ tam aĩalia q̃ volucres suis mortuis quodãmodo cõpatiũtur. Tercio ideꝫ ptꝫ ꝑ naturã. Unũquodq̃ enim membꝝ infirmiori cõpatitur. ⁊ quãtum poterit subuenit in necessitatib⁹ ꝯstitutis. Sic oculus subuenit pedibus. pedes v̄o corpi. ⁊ man⁹ pro ceteris partib⁹ corpis ictibus ⁊ vulneribus se exponit. In verbis ergo ꝓpositis duo possumus intelligere. Primo enim hortant̃ nos defuncti ad suoꝝ cõpassionẽ. Secũdo p̃muniunt nos ad nostram de futuris cautionẽ. Primũ ibi. Memor esto iudicij mei. Secũdũ ibi. sic eĩ fi. ⁊ t. ac si singuli defuncti ad singulos nos post tergũ clamare videãtur. Memor esto iudicij mei vt mihi subuenias. ⁊ memor esto tui vt idem iudiciũ subterfugias. ¶ A ¶ Sciendu ergo q̃ sup̃ nos singulos de⁹ triplex iudiciuꝫ exercebit. Primum exercet sup̃ corpus solũ. secunduꝫ sup̃ aĩaꝫ solã. terciũ sup̃ corp⁹ ⁊ aĩaꝫ simul. Primuꝫ exercet deus in corpis extinctõe. secundum in anime exalatõe. terciũ in generali resurrectiõe. Primũ iudiciũ exercet deus sup̃ corpus in ip̃ius extinctione. Cum enim per corpus deũ offenderim⁹ in dilectoꝝ adhesione. delectabiliũ fruitõe. in carnaliũ ⁊ turpium imaginatõe. ideo deus iustus iudex qui dedecus culpe non sinit inultũ sine decore iusticie punit corp⁹ in his in quib⁹ deliquit ꝑ cõtraria p̃dictoꝝ. vt cũ ꝑ corp⁹ deũ offenderimus ĩ dilectoꝝ adhesione: punimur iusto dei iudicio in morte in eorũdẽ oĩm sepatõe. ibi em̃ ab amicis. a diuitijs. ab honorib⁹. et ab omnibus q̃b⁹ hic inordinate cõtra deuꝫ adhesimus sepamur. Et hoc est qd̃ deus cõminatur nobis Ezechiel. xxiiij. Ecce ego tollo a te omne desiderabile oculorũ tuorũ. Et hoc est qd̃ dicit p̃s. Desideriũ peccatorũ peribit. Hinc est q̃ ille diues in euangelio de omnib⁹ bonis hic relictis guttã aque nõ poterat impetrare. Et hoc est qd̃ dicit p̃s. Dormierũt somnũ suũ ⁊c̃. Hinc Berñ. In morte nõ magnũ aliq̃d nec ꝑuũ: imo nihil oĩno de om̃ib⁹ bonis hui⁹ seculi secũ delatur⁹ est. hoc time ergo o homo q̃ in morte sepandus

es ab omnibus bonis huius corporis. et ꝙ tam dulce corporis ⁊ anime cõmertiuꝫ amarissimo secandũ est diuortio. Secunduꝫ iudiciũ exercet deus in corpe ꝓpter delectabilium fruitionẽ. qꝛ ꝑm mensuram delectabilium: totum corpus penalitates ⁊ amaritudines sustinebit. quia quãto aliquid delicatius est nutritũ: tanto impatiẽtius ⁊ grauius sustinet amara. Hinc Boetius li. ij. ꝓsa. ij. in de cõsolat. philos. Nisi ad nutum cuncta supperãt: omnis aduersitatis insolentia minima quisqꝫ ꝓsternitur. adeo ꝑexigua sunt que fortissimis summã beatitudinis detrahunt. Et ideo corpus qđ hic delectabiliꝰ fruebatur ꝑ mortis amaritudineꝫ amarissime cruciatur. nihil de cetero gustans de omnibꝰ delectabilibꝰ que reliquit. Hinc Sapi. dic. Sicut morit homo: sic moriũtur ⁊ illa delectabilia. qꝛ corpore moriente secũ omnia morientur. Hoc ergo iudiciũ in hoc maxime ꝯsistit: vt quãto corpus delicatiꝰ hic nutritur: tãto mortis amaritudinẽ grauiꝰ sustinebit. Hinc in Apocal. dicit. Quãtum glorificauit se ⁊ in delitijs fuit: tantum date ei de tormentis. Tanto eñ erit mors amarior: quãto vita fuit delicatior. adeo eniꝫ mors est amara vt solũ nomẽ mortis oĩa viuentia abhorrescãt. Hinc Eccli. xlj. dicit. O mors q̃ amara est memoria tua homĩ pacem habenti in substãtijs suis. Q si mortis memoria est amara: quis cogitare poterit q̃ amarissima sit mors ipa? Hinc accidit illud miserabile ꝙ saluator ex sola mortis imaginatõe ⁊ memoria quã in ꝓximo voluit sustinere sanguinẽ sudauit: vt habet Luc. xxij. Factꝰ Jesus in agonia ꝓlixius orabat. ⁊ factus est sudor eius tanq̃ gutte sanguinis decurrentis in terrã. Terciũ iudiciũ exercet deus sup corpus ꝓpter turpiũ ⁊ carnaliũ imaginatiõem ꝑmittens nos laruales facies demonũ grauiter inquietari: qđ iusto dei iudicio agitur. tum qꝛ eoꝝ ꝑsuasionibꝰ sepe ꝯsensimus. tuꝫ qꝛ turpia sepe ⁊ carnalia fantasmata: admisimus. vt sicut ꝑ demones peccauimꝰ eoꝝ persuasionibꝰ ꝯsentiendo: sic etiam ꝑ demones torquemur. vt fiat qđ scriptũ est Sapiẽ. xj. Per q̃ quis peccat: ꝑ hec ⁊ torquet. Et hoc cõminat dñs per ysa. xxxiiij. Occurrent eis demouia onocẽtauri. ⁊ pilosus clamabit alter ad alterũ. Sed qđ clamabũt: hoc insinuat nobis Bern. dicẽs. Clamãt demones affer affer. infige verubꝰ. impone male bulliẽtibus caldaribꝰ. De hoc triplici iudicio qđ sup corpus agitur dic Bern. Quis pudor erit o anima mea: cuꝫ dimissis omnibꝰ quorum ꝑsentia tibi tam iocũda: tam gratꝰ aspectus: taꝫ familiaris cohabitatio: ecce primũ iudiciũ. durissima acerbitate multat: ecce secundũ. sola egredieris in incognitã regionẽ: occursantia tibi cateruatim ruere deterrima illa monstra videbis. Quis tibi in die tante necessitatis occurret? Quis tuebitur te arugiẽtibus preparatis ad escam? quis cõsolabitur? quis deducet? ecce terciuꝫ iudicium corporis. ¶ H Secundũ iudiciũ iustaurat deꝰ cõtra animã postq̃ est a corpore exalata. qđ iusto dei iudicio agitur: eo ꝙ nullũ peccatũ ꝯmittit ad qđ ipsa anima prius voluntatẽ non dederit et cõsensuꝫ: dicẽte Aug. Peccatũ adeo voluntariũ est ꝙ si nõ sit voluntariũ: non sit peccatũ. Hinc dicebat illa virgo. Si virginitatẽ mihi abstuleris: duplicabis mihi coronaꝫ. ⁊ ideo merito anima districtissime iudicat. Hoc autem iudiciuꝫ contra animã triplici examine instaurat. scilicet in numero põdere: ⁊ mẽsura. Sic eniꝫ ait dominꝰ ysa. xxviij. Ponam iudicium in pondere ⁊ iusticiã in mensura. Item Sap. xj. Omnia in numero mẽsura ⁊ pondere disposuisti. Primo ergo aĩa dei iudicio ꝑsentata iudicat in numero. quia omnia peccata cogitatiõis. locutionis. operatiõis. vel cuiuscunqꝫ alterius cõmissionis districtissime numerãtur. Nec est peccatũ licet minutissimũ qđ numerũ hunc euadat. nec solum peccata sed ⁊ bona opera numerãtur. vt malis pena bonis autem ꝑmia tribuãtur. Sic enim dicitur Eccli. vij. Cũcta que fiunt adducet deus ad iudicium. Item Hiere. xxxiij. Adhuc transibunt greges per manuꝫ numerantis. Cui cõsonat apostolus. ij. Corinth. v. Omnes nos mãifestari oportꝫ añ tribunal xp̃i vt referat vnusquisqꝫ ꝓut gessit: siue bonũ siue malũ. Verũ qꝛ plena cognitio opeꝝ nostroruꝫ ex solo numero haberi non poterit. ne digna retributio bonis ⁊ malis nostris ex solo

In die aiarꝝ.

numero potest haberi. ideo non soluꝫ in numero: sed etiã in pondere iudicamur. Hinc Bern. Qd̃ sine numero est quõ numerabo? quomõ satisfaciam cum cogar reddere vsqꝫ ad nouissimũ quadrantẽ? ¶ C ¶ Secundum ergo iudiciũ contra animã in pondere instaurat̃. Ponderant̃ enim bona que fecimus si digna sint retributõe eterna. mala q̃ cõmisimus si digna sint gehenna. si beneficiis dei gratiarũ actiõibus sufficiẽter respondimus. si dona eius ad lucrũ debitũ posuim⁹. si ꝓximos vt nos dileximus. si tempus bene expendimus. ⁊ ꝑm hoc põdus digna nobis retributio reponderat̃. Qd̃ bene ĩ veteri lege nobis ĩnuit̃. vbi oĩa ponderare iubent̃ q̃ ad sanctuariũ ꝑtinebant. Hinc Exo. xxj. dicit̃. Equalis ponderis erunt oĩa. Itẽ Prouer. xj. Equũ pondus volũtas eius. Hoc em̃ põdus ad iustũ retributõis merit ñ summe est necessariũ. Nam inter bona ⁊ bona: mala et mala nõ parua est distãtia. Aliud em̃ opus est leuius: alind graui⁹: cui oportet leuius ⁊ graui⁹ premiũ remetiri. Illis eniꝫ malis q̃ tam grauia sunt vt dimergãt ad inferna: iusta retributiõe damnatio correspondet. leuibus ꝟo malis pena leuior scꝫ purgatoriũ deputat̃. Similiter bona illa q̃ cuꝫ magna grauitate conaminis et laboris dño exhibentur grauius ⁊ celestis regni premiũ cõsequant̃. illa que leuiter ⁊ sine diligẽtia fiũt: ꝑmia accipiant leuiora. Sic omnia peccata nr̃a põderant̃ que venialia: q̃ mortalia. que ex infirmitate: q̃ ex ignorãtia vel malicia sint ꝯmissa. vt recipiat vnusquisqꝫ ꝑm aplm̃ ꝓut gessit in corpore: siue bonũ siue maluꝫ. De qua districta retributiõe dicit̃ Leuiti. Sicut fecit: sic fiet ei. ⁊ qualẽ inflixit maculã: talẽ sustinere cogetur. Ibi etiã ponderat̃ si equuꝫ pondus ꝓximis seruauerim⁹ quos eque vt nos tenemur diligere. sicut in lege ꝑcipitur vbi dicit̃. Iustus sit modius equusqꝫ sextarius. si videlicꝫ eos iudicauim⁹ sicut nos volumus iudicari. ⁊ in malis nos iudicam⁹ sicut illos. qd̃ raro seruatur ad regulã. Dicit enim Grego. Fit plerũqꝫ vt ⁊ nostra grauia leuiter: ꝓximoꝝ leuia grauiter iudicemus. Qd̃ q̃ꝫ graue sit apd̃ deũ ostendit̃ in Prouerbi. vbi dicit̃. Pondus ⁊ pondus: mẽsura ⁊ mensura: vtrũqꝫ abomĩatio est apud deum. Ponderat̃ etiam si peccatis nostris iustum pondus satisfactõis exoluim⁹. qd̃ si nõ fecimus: dicit nobis deus illud Paralip. Ego maius pondus apponã. ¶ D ¶ Tercio examinat̃ anima in iudicio per mẽsurã. Ibi enim oĩa nostra tam bona q̃ꝫ mala non solũ numerãtur: nõ solũ ponderant̃: sed etiam mensurãtur q̃nto tempore peccauim⁹. si peccata sint continuata: vel vsqꝫ in cõsuetudinem ꝓlongata. vel si ex surreptiõe vel deliberatione sint cõmissa. vtrũ tam longa vt ꝑtigere valeãt ad infernũ. Similiter bona nostra mensurãtur: vtrũ eis remetiri debeat regnũ dei. sicqꝫ cõtingit vt nobis pro bonis et malis equa mensura iuste retributiõis omnibus remetiat̃. De hac mẽsura dicitur. ij. Reg. Mensus est Dauid duos funiculos. vnuꝫ ad occidendũ: ⁊ aliuꝫ ad viuificandũ. Quid ꝑ Dauid qui manu fortis nisi deus quid ꝑ funiculos nisi iusta retributio boni ⁊ mali accipitur. ꝑ quã alij ad occidendũ: alij ad viuificandũ ꝑ iustã retributiõis regulaꝫ metiũtur. De hac mensura dicit̃ Zacha. ij. Leuaui oculos meos ⁊ ecce vir: et in manu eius funiculus mẽsure. ⁊ dixi. Quo tu vadis? Et dixit ad me. Vt metiar hierl̃m quãta sit longitudo ⁊ latitudo eius. Vnd̃ Luc. vj. Ea mẽsura qua mẽsi fueritis remetietur vobis. De hac triplici examĩe dicit̃ Danie. Mane thetel phares. Et hec est interp̃tatio eius. Mane numerauit deus regnum ⁊ hoc q̃ꝫtum ad numerũ. thetel. i. appensus es ĩ statera q̃ꝫtum ad pondus. phares inuentus es minus habens: scꝫ per mensurã. O quanta ibi ad lucem ꝓdeunt q̃ hic nunq̃ꝫ fuerũt ad memoriaꝫ reuocata. o qnãta ibi apparẽt peccata que hic opa meritoria sperabant̃. Qd̃ considerãs Job: ait. Verebar omnia opera mea. Qd̃ exponẽs Greg. dicit. Que aperte egerim video: sed quid in his latẽter ꝑtulerim ignoro. qꝛ nr̃a iusticia ad diuĩe iusticie examẽ deducta iniusticia est. nulli em̃ sua iusticia sufficit. ¶ E ¶ Terciũ iudiciũ instaurat de⁹ iudex iust⁹ ꝯ corp⁹ ⁊ aĩaꝫ ꝑm merita ⁊ debita in secundo iudicio ĩuenta diffinitiuã sñiam ꝓmulgãdo. qd̃ ꝯtigit cũ angel̃ tubis sonantibus in extremo iudicio mortui susci

tantur: ⁊ ante tribunal iudicis congregãtur tũc due dant̃ sententie. vna pro electis: ⁊ altera pro reprobis. Prima erit ista. Venite benedicti. Secũda Ite maledicti. Per primam sententiã electis ineffabilis gloria. per secundã reprobis intermĩabilis miseria adiudicatur. Est autem electoꝝ gloria ineffabilis propter tria. scilicꝫ propter omniũ bonorum generalem influentiã. totalem sufficiẽtiam. eternam ꝑmanentiaꝫ. Primo dico ꝓpter omniũ bonorũ generalem influentiaꝫ. quia dei patris: dei filij: dei spũssancti: omnium angelorũ ⁊ omniũ sanctoruꝫ gloria in nos fluit. Hinc ꝑ ysa. lxij. dicit̃. Delitijs affluens ab om̃imoda gloria dei. Secũdo erit gloria ineffabilis propter totalẽ sufficientiã quia gloria que ab om̃ibꝫ fluit: in nos totos fluit vt non sit dare punctũ in corpore ⁊ anima qđ non hac gloria repleat̃. Hinc iterum ysa. lxiiij. dicitur. Deserta tua ⁊ solitudines tue ⁊ terra ruine tue angusta erũt pre habitatoribus. ⁊ dicẽt in auribus tuis. angustatus est locus: fac spacium vt inhabitẽ. Tercio erit ineffabilis ꝓpter eternam ꝑmanentiam. quia lux perpetua lucebit sanctis suis. Sic ecõuerso reprobis erit ineffabilis miseria propter predicta tria scilicet ꝓpter generalem omniũ maloꝝ influentiã. totalẽ sufferentiam ⁊ eternã ꝑmanentiam. Primo dico eoꝝ miseria erit ineffabilis ꝓpter omniuꝫ maloꝝ influentiã. Omne eniꝫ malum influit super eos. Qđ Deutro. xxviij. dñs cõminatur cum dic̃. Vniuersos languores ⁊ plagas que nõ sunt scripte in volumĩe legis inducet dñs super te. Secundo reproboꝝ miseria erit ineffabilis propter totalẽ sufferentiaꝫ. quia in toto corpore ⁊ in omnibꝫ membris pariter ⁊ in anima hãc miseriã sustinebunt. Tercio erit ineffabilis ꝓpter eternã ꝑmanentiã. Vnde ysa. Ignis eorũ non extinguetur. nec vermis eoruꝫ morietur. ¶ F.

¶ Sequit̃ terciũ principale. scꝫ sic eniꝫ fiet ex tuũ. In quo ꝑmunimur ne ad taꝫ districtũ iudiciũ nisi optime muniti veniam⁹. Propter qđ sciendũ ꝙ sunt tria genera exercitiorum. que huic districtõi misericorditer nos subducunt. scꝫ si nosmetip̃os in hac vita districte iudicamus: si offensas remittamus: ⁊ si iudiciũ ꝓximorũ declinam⁹. Naꝫ de primo dic̃ apl̃s. Si nosmetip̃os dijudicabim⁹ non vtiqꝫ iudicamur. Berñ. Nihil aliud a nobis exigit deus. tãtuꝫ dicam⁹ iniquitates nostras ⁊ iustificabit nos gratis vt gr̃a cõmendet̃. Diligit enim deus aĩam q̃ sine intermissiõe dijudicat semetip̃am. idqꝫ iudicium nõ nisi ꝓpter nos a nobis exigit. quia si nosip̃os iudicamus nõ iudicabimur. Sed non facile quis credat iudicio suo. nec sufficit vt quis se iudicet sola lingua dicẽs. Ego me peccatorem iudico. me peccatoreꝫ esse cognosco. Sed ad verum iudiciũ requirit̃ triplex testis: testante dño. In ore duoruꝫ vel trium testiuꝫ stet omne verbũ. scꝫ testis cordis ꝓfunde contritiõis. testis oris fidelis cõfessionis. testis operis cõmensurate satisfactionis. ⁊ hoc iudiciũ a nobis exigit deus: in eo ꝙ dicit Johan. vij. Nolite s̃m faciẽ iudicare: sed iustũ iudiciũ iudicate Q si vnus illoꝝ testiũ defuerit: dicit nobis de⁹ illud Sapieñ. vj. Nõ recte iudicastis. Secundũ qđ huic districto iudicio nos subducit est iniuriaruꝫ siue offensionũ remissio. per qđ supra moduꝫ dominũ placamus. Vnde Luc̃. vj. Dimittite ⁊ dimittemini. Item Mat. Si dimiseritis hominibꝫ peccata eoꝝ: dimittet ⁊ vobis celestis pater delicta vestra. qđ si nõ dimiseritis: nec pater celestis dimittet vobis peccata vestra. Eccl̃i. Relinq̃ ꝓximo tuo nocenti te ⁊ tunc dep̃canti tibi peccata soluent̃. Terciũ est vt ꝓximũ nostrũ de malis nõ iudicemus. Hinc dñs. Nolite iudicare vt nõ iudicemini. in quo enim iudicio iudicaueritis: iudicabimini. Si ergo hec tria exercitia tanq̃ꝫ tres nuncios ꝑmittim⁹: pacem nobis impetrãt vt misericorditer iudicemur. Prestante domĩo ⁊c̃.

¶ CIII. ¶ De sancto Martino. s̃mo. j.

Oculis ac manibus in celũ semꝑ intẽt⁹. Verba sunt ecclesie beatũ Martinũ de vite sanctitate ꝯmẽdãtis: dicẽte Greg. Sãctoꝝ exẽpla aĩos audiẽtiũ accendũt vt videant q̃ ab eis fortia facta sunt ⁊ valde sibi ĩdignant̃ ꝑiter ⁊ humiliant̃ ꝙ talia nõ imitantur. ¶ G ¶ Verba ergo proposita maximã

sanctitatem glorioſi huius principis nobis inſinuãt, ꝓpter quam nobis vermiculis vilibus merito indignamur. que ideo deuotioni audientiũ ꝓponim⁹: vt ꝑ hoc vtrũq; conemur erigere caput: ⁊ reprando tenuiter imitari. Ad qđ faciendum verba ꝓpoſita primo exponamus: vt cognito intellectu verborum ſciamus quomõ ipſum imitemur. Sancta ergo eccleſia cõmendat ſanctum Martinum q̃ oculis ac manibus ſemp fuerit intentus in celum. Per oculos autem deuotiõem et intentionẽ accipimus. per manus autẽ operationem. Nam de oculo deuotõis dicitur in Cantic. Vulneraſti cor meũ ſoror mea in vno oculor tuorum. hoc eſt in oculo deuotionis. De oculo vo intentiõis dicitur Mat. ⁊ Luc. Si oculus tuus ſimplex fuerit: totũ corpus lucidum erit. quia ab intentiõe omnia opa nr̃a tenebroſa vl etiã luminoſa iudicantur. Quicqd enim agant homines intẽtio iudicat omnes. q̃ etiam per manũ operatio deſignetur: dicẽte Grego. Quid per manũ niſi operatio deſignatur. Eſt ergo ſenſus ꝓpoſiti thematis. Beatus Martin⁹ tota deuotõe in celo verſabatur: ⁊ cum hoc per intentionem omnia ſua opera in celum ſimiliter ordinabat: vt nihil vnq̃ ꝓpter ſe: ꝓpter homines: propter mundũ faceret: ſed omnia propter deum. Sic breuiter patz quomõ iſte ſanctus oculis ac manibus ſemp fuerit intentus in celũ. Cui ſimile eſt illud qđ de ceteris cõfeſſoribꝰ dicit. Iſte ſanct⁹ digne venitur in memoriam hoĩm ⁊c. vſq; cogitatiõe ⁊ auiditate in illa eterna patria cõuerſatus. Qđ enim hic dicitur oculis ac manibꝰ: hoc illis dicitur cogitatiõe ⁊ auiditate. Expoſitis ergo p̃dictis verbis nunc ꝓponendum eſt quomõ ipſum imitari debeamus: vt ſi gloria eius participes eſſe cupim⁹ viaz per quã venitur ad gloriam non recuſem⁹: vt ⁊ nos poſſimus gloriari in domiõ: dicentes. Oculi mei ſemper ad dominũ ⁊c. Verum q̃ nemo repente fit ſummus: nec ſine quibuſdã mediis oculos noſtros ſemper in celo tenere poſſumus. ideo oculi noſtri in inferioribꝰ iſtis acuendi ⁊ aſſuefaciẽdi ſunt: vt tandem aliquãdo ipſos tanq̃ quibuſdam gradibus (duce gratia) ad deum ſemper erigere valeamus. ¶. D Primo ergo oculos noſtros cum manibus. i. deuotiõem noſtram ⁊ intẽtionem ⁊ omnẽ operatõem retro nos dirigamus. ſecundo ante nos ꝓſpiciamus. tercio infra nos videamus. quarto intra nos inſpiciamus. quinto a dextris ⁊ ſiniſtris circũſpiciamus. ſexto ad celum oculos erigam⁹. ſeptimo oculos ipſi deo quãtum poſſum⁹ infigamus. Hec ꝓſequentes per ordinẽ primo oculos noſtros poſt tergum ſuper mala que cõmiſimus reflectam⁹ deuotiõem profunde penitentie cum intentiõe ⁊ operatione in ſatiſfactionis ſacrificiũ offerentes. Cito enim proficimus ſi exercitijs noſtris rectum ordinem imponam⁹. qđ facere monemur Leuiti. Juſte qđ iuſtum eſt exequaris. taliter hec agentes vt ante omnia per oculũ deuotiõis penetreamus: cõſiderãtes intimo dolore que qualia ⁊ quãta ſint cõmiſſa. ⁊ tunc per oculum intentiõis omnia noſtra opera in ſatiſfactionem taliũ iuſto ordine dirigamus: ita vt ſi fieri poterit ſingulis peccatis ſingulas deuotiones penitẽtie tribuamus. Qđ faciebat Hieremias cum peccata populi deplorabat: dicens. Diuiſiones aquarum deduxit oculus me⁹. Quod exponẽs Grego. dicit. Diuiſas quippe ex oculis lachrymas deducimus: cum ſingulis peccatis diſpartitas lachrymas damus. Hunc reſpectũ iuſte figuratum legimus Exo. xiiij. vbi dicit. Egredientes filij iſrahel de egypto leuauerũt oculos ſuos et viderunt egyptios poſt ſe et timuerũt valde. clamauerũtq; in celum. Per egyptios enim qui tenebre interpretãtur ſignant peccata. que cum tot ⁊ tanta videm⁹ nos inſequi: merito timemus ⁊ clamamus ad dominũ. Hunc ergo reſpectũ tam diu cõtinuemus: quouſq; dom⁹ miſertus noſtri dicat nobis illud yſa. Ego deleui vt nubes iniq̃tates tuas: ⁊ quaſi nebula peccata tua. Sed quid ꝓdeſt remiſſio peccatorum: niſi detur nobis gratia cõtinendi? Secundo ergo oculos cum manibus ante nos in dei iudicium dirigamus: cogitãtes q̃ diſtricte pro peccatis ſingulis ⁊ maxime poſt remiſſionẽ iteratis a deo iudice iudicam⁹ q̃ in numero põderet ⁊ mẽſura oĩa exoluere nos oportz Ec cl. xij. De oĩ errato adduc te de⁹ ad iudiciũ

Sermo

Q si apertis oculis videremus: peccata cũ
summa diligentia caueremus. Quis enim
nisi mẽtis inops a iudeo mutuaret obulum
vt iu breui pro eo redderet marcã auri: aut
quis pro delectatõe momẽtanea penam lon
gissimaꝫ ⁊ cum hoc grauissimaꝫ sustineret?
Hinc Sapiens. Minimũ pro magno pla
ceat tibi. ac si dicat. Minima pena in resistẽ
do placeat tibi pro magno. i. plusq̃ magna
pena in luendo. Cum ergo vicijs ⁊ iam di
missis peccatis iterꝫ impugnamur: ꝯsensus
nostros fortiter teneamus: dirigentes ocu
los cum manibus ante nos ad dei iudiciuꝫ
atq̃ dicentes illud Apli. Horrenduꝫ est in
cidere in manus dei viuentis. Q si postea
daretur iterũ gratia penitendi: multo tamẽ
facilius cauetur peccatuꝫ q̃ emendet. opor
tet enim hominẽ per multa trahi anteq̃ pec
catũ penitus destruat. Propterea Ambros.
dicit. Facili⁹ inueni eos qui innocentiã ser
uauerunt q̃ qui dignam penitentiã egerũt.
Tanta enim mala incurrimus ex peccato q̃
raro vnq̃ ad plenũ emendãtur. Qd figu
ratum legim⁹ in veteri testamẽto. quia licet
templũ domini post primã destructiõem fu
isset sepius reparatũ: nunq̃ tamẽ fuit ad de
corem pristinũ reformatũ. Veruꝫ quia post
peccatorũ emendationẽ ⁊ post eorũdem ces
sationem iam inter amicos dei incipim⁹ cõ
putari. ideo necesse est vt in signuꝫ eiusdem
amicicie ĩcipiam⁹ a dño tãq̃ filij charissimi
flagellari. Sic em̃ angelus dixit ad Thobi
am. xij. Quia acceptus eras a domĩo: neces
se fuit vt temptatio ꝓbaret te. Et de Abra
ham dicit Judith. viij. Abraham per mul
tas tribulatiões ꝓbatus: amicus dei factus
est. Et ideo vt hic dñi flagella virtuose ⁊ cũ
patientia sufferamus: necesse est vt oculos
iterũ alibi inflectam⁹. ¶ J ¶ Tercio ergo
oculos cuꝫ manibus infra nos in infernũ cũ
multa sollicitudine dirigamus. vt si amara
videãtur flagella dñi: cogitem⁹ melius est
vt hic castigem̃ q̃ in inferno eternaliter dã
nemur. dicentesq̃ in singulis flagellis illd
Judith. viij. Omnes qui temptatões non
susceperũt cũ timore domĩ extermĩati sunt.
Non ergo vltiscamur nos pro his que pati
mur: sed reputãtes peccatis nostris hecipsa
minora esse supplicia flagella dñi: quasi ser
ui domini qui corripimur: ad emendationẽ
non ad perditiõem: misericordiam euenisse
credamus. Qui enim vt ait Job. vj. timet
pruinaꝫ irruet super eum nix. Cum ergo fla
gellamur a domĩo: dirigamus oculos cum
manibus infra nos ad penas inferni: dicen
tes cum gaudio. Melius est hic purgari q̃
illic eternaliter cruciari. Ipsa enim flagella
certum dant indiciũ q̃ inferni supplicia eua
dem⁹. Quia vt ait ꝓpheta. non cõsurget du
plex tribulatio. Dicetq̃ nobis deus. Affli
xi te ⁊ non affligam te vltra. Hostis autem
noster dyabolus videns nos per peccatoruꝫ
remissionem et per eorum cessationem pa
riterq̃ per domini flagellatõnem non soluꝫ
erutos a sua potestate: sed longe ab eo alie
natos: acrius incipit nobis insistere: instau
rans contra nos om̃ia huius mũdi delecta
bilia. per que tanq̃ per machinas fortissime
nos impugnat: ĩmittens nobis tales ⁊ simi
les intoxicatas ĩmissiones. quid facis ⁊ pre
sentem vitam vis perdere ⁊ futurã? Quar
to ergo oculis ac manibus totum hunc mũ
dum cum suis appendicijs cõspiciam⁹. cau
te estimãtes quid omnia que mũdi sunt ha
bita proficiãt: quid nõ habita noceant. ⁊ in
uenim⁹ q̃ habita nocent plurimuꝫ quia dei
amiciciã perdim⁹: ⁊ per cõsequens omne bo
num: dic. Jaco. iiij. Qui vult amic⁹ esse hu
ius seculi inimicus dei cõstituit. Inimicos
autem eius deus percutit in posteriora ⁊ op
probrium sempiternuꝫ dabit eis. vt ait ps.
Spreta autem ꝓpter deum multum profici
unt. qꝛ ꝓ eis nobis omne bonũ cõmutat: do
mino ꝓmittente Mat. xix. Omnis qui reli
querit fratrem ⁊ sororeꝫ: patrẽ ⁊ matrẽ: do
mos aut agros ꝓpter nomen meũ: centu. ac
ci. ⁊ vitã eter. possi. Qd exponens Augusti.
dicit. O felix cõmutatio. petr⁹ reliquit om
nia vana ⁊ accepit om̃ia bona. Nam de his
vanis dicit Salomon Eccli. j. Vidi cũcta
